Teologia

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
30 — B
21 M

Baldi

64
50
20

II II
6 6
D D

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JOHANNIS BUXTORFI P.
TIBERIAS
Sive
COMMENTARIUS
MASORETHICUS TRIPLEX
Hiſtoricus, Didacticus, Criticus,

Ad illuſtrationem OPERIS Biblici BASILIENSIS conſcriptus,

Quo

PRIMÙM HISTORIA MASORETHArum Tiberienſium, ſive à quibus Maſora conſcripta ſit, excutitur: quid item tractet, quæ ejus methodus, & quo fine inventa ſit, amplè explicatur:

SECUNDÒ CLAVIS MASORÆ TRAditur, per quam ad maxima & minima Maſoræ penitùs cognoſcenda, facillimus datur aditus.

TERTIÒ CASTIGATIONES INNUmerorum mendorum per univerſam Maſoram proponuntur.

Recognitus, & additamentis non paucis hincinde locupletatus à

JOHANNE BUXTORFIO FIL.

Editionem hancce novam accurante

JOHAN. JACOBO BUXTORFIO
JOH. FIL. JOH. NEP.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BASILEÆ,
Sumptibus JOHANNIS KÖNIG, Bibliopolæ,
Typis JOH. JACOBI DECKERI, Acad. Typ.
M DC LXV.

53a
7

Digitized by Google

JOH. JACOBUS BUXTORFIUS
JOH. FIL. JOH. NEP. utriuſque in Profeſſ. Linguæ Sanctæ Succeſſor.

LECT. S.

MAſoram Judæi סְיָג לַתּוֹרָה *Sepem Legis* vocant, elogio ut familiari ita appoſito: quippe eo fine adornatam, ut quemadmodum ſepes hortum munit, ne invaſionibus ferarum furumque pateat, ita S.Scriptura ſepe hac circumdata, eſſet velut גַּן נָעוּל hortus concluſus, tutusq; ab irruptionibus manibusq; falſariorum quorumcunque ſacrilegis: neq; vel minima in ſacroſanctis Dei eloquiis tentaretur aut perverſio aut mutatio.

De hocce Maſorethārum conatu, operæq; exantlatæ pretio & uſu, prolixè diſſeram, nec attinet, nec pagellæ præfationi deſtinatæ patitur anguſtia. Breviter dicā quod res eſt. Nam כָּל־הַמְּקַצֵּר הֲרֵי זֶה מְשֻׁבָּח *Grata ubiq; brevitas.* Cùm hæc fuerit Maſorethārū intentio, (fuiſſe nullum dubium) tandem aliquando abſolvendi eſſent innocentes, contextus quippe ſacri ad ſuperſtitionem uſque retinentiſſimi, & ſtudioſiſſimi, à crimine malitioſę S. Literarum

SACERD. COLL.

depravationis, cujus hactenus ſuſpecti fuere, immo adhuc hodie poſtulantur à non paucis, accuſatione iſtâ *per latus* Maſoretharum & Judæorum Deum ipſum peti, vel non ſatis intelligentibus, quod imprudentiæ, vel non multum curantibus;quod impietatis.

Ut ſcopus Maſoretharum nulla non laude digniſſimus,ita ſuum quoq; pretium conſtat operæ ipſi monſtroſæ prorſus & fidem pene ſuperanti,quā hic impenderunt: ſingulorum librorum verſus, voces, literas numerādo, earum medietates notando, quoties quæq; dictio ſic, aut ſic ſcripta atque affecta in univerſis libris occurrat ſupputando, interdum etiam,ubi opus erat,ſignificata diſtinguendo. אֵין בְּתוֹרָה אֲפִילוּ אוֹת אַחַת שֶׁאֵין הָרִים גְדוֹלִים תְּלוּיִין בָּהּ *Non* enim *in Lege vel una litera, à quâ non montes magni dependeant*, quæq; propterea nullam non mereatur induſtriam.

Sunt equidem qui admodum contemptim judicent dehoc opere,pro ſe laudatis, (ne ſoli ita ſentire videantur,) ex Judæis ipſis Ab.Eſra, & Authore libri Coſri; quorū ille ספרים Numeratores iſtos, (ſic Maſorethæ vulgo vocantur) aſſimilet לְמִי שֶׁמּוֹנֶה הֶעָלִין וְהַדַּפִּין לְסִפְרֵי הָרְפוּאָה כִּי לֹא יִגְהֶה מִכָּל זָרָה מָזוֹר *numeranti folia & paginas librorum*

rum medicinalium, quâ re non ſanatur ullum vulnus: Hic verò inter alia dicat, הַתִרְאֶה שֶׁמַּעֲשֵׂיהֶם בָּזֶה לָרִיק וּלְבַטָּלָה או הִשְׁתַּדְּלוּת בְּדִבְרֵי חוֹבָה הָיָה *Nunquid vides quod opus ipſorum*, (Maſoretharum) *in hac re fuerit inane & ſupervacaneum, aut occupatio in re utili:* cùm tamen utrumq; obtorto velut collo in caſtra hæcce contemptorum & oſorum Maſoræ pertrahi, nullũ prorſus ſit dubium: verbis quippe eorum ita allegatis, quaſi, quod ex mente aliorum dicunt, aut per modum objectionis ſibi refutandæ proponunt, ipſimet aſſererent.

Ego à teneris ſic doctus ſum à Parente meo p.m. cujus nunc occupo cathedram, (animo longe libentiore, ſi per fata licuiſſet, diutius ad pedes ejus hâc cum primis ætate ſeſſurus) Criticam iſtam antiquam contextus Hebræi ad minimos uſq; apices tenaciſſimam, longè pientiorem ac ſanctiorem eſſe, Criticâ illorum novâ, qui nihil non licentiæ ſibi & aliis tribuunt, textum Hebræum, Chriſtianorum parti meliori hactenus authenticum, immutandi non ſolùm quoad puncta, (quæ pro recenti & arbitrario habent Judæorum invento,) ſed etiam quoad literas & integras voces; faciendi v.g. ב ex כ, ג ex נ, ד ex ר, ex ז, ו vel י,

& vice verſâ, reponendi ל pro ר, viciſſimq́; ſi libitū fuerit, caput literę ל amputandi, ut fiat ר, vocabulum unum in duo, tria ſecandi; & viciſſim duo in unum compingendi: quoties ſc: deprehendatur ſenſum veterū Verſionum, Lxx. Interpetum, Chaldaicæ, Vulgatæ, meliorem eſſe & convenientiorem, earumq́; Authoribus propterea textum Hebræum quem expreſſerint, fuiſſe alium ac nobis: ſicubi dein oſtendi poſſit ſenſum Codicum noſtrorum Hebręorum vel nullum eſſe, vel falſum & abſurdum, vel deniq; in cōmodum & inconveniētem: hic enim noſtromet proprio judicio, & conjecturis, ſeu facultati *στοχαστικῆ* aliquid eſſe indulgendū. בְּנִי הִזָּהֵר בִּמְלַאכְתְּךָ שֶׁמְּלַאכְתְּךָ מְלֶאכֶת שָׁמַיִם שֶׁמָּא תַּחְסִיר או תּוֹתִיר אוֹת נִמְצֵאת מַחֲרִיב הָעוֹלָם כֻּלּוֹ׃ *Mi fili cautus eſto in opere tuo, ſi opus tuum ſit opus cœli,* (divinum, ſacrum, circa Scripturam ſacram verſans:) *quod ſi enim fortè detrahas aut ſuperaddas vel unicam literam perinde habeberis, ac ſi vaſtares totum mundum.* Sota c.3. Hoc niſi licentioſis iſtiuſmodi Criticis dictum, nemini dictum.

Si verſiones quædam vetuſtæ ut Lxx. Interpretum & Paraphraſtarum Chaldæorum, abludunt à textu Hebræo ſecundum Codices

hodiernos,

hodiernos, num propterea præſumendum, textum quo uſi, aliū fuiſſe à noſtro, noſtrumq; ex verſione illorum corrigēdum? Fac, picturam quandam Alexandri M. opus Artificis atàs optimi, & ſi velis ipſius Apellis, in quibusdam recedere ab illius lineamentis, num propterea dicemus Alexandro ita depicto faciem fuiſſe aliam, & diſſimilitudinem iſtam quaemcunque potius varietati faciei depictæ, quàm errori Pictoris adſcribendam? Annon longè tutius ſuper iſta Verſionum à textu Hebræo diſcrepantia accuſare homines, à quibus errare non alienum, quod in transferendo errarint; quàm Deum O. M. Cuſtodem Iſraelis ſtertere neſcium, quod verbo ſuo parū ſolicitè invigilans, illud ſartum tectum non conſervarit, ſed mutari imo perverti paſſus ſit?

An exemplar ex verſione corrigendum: annon æquius verſionem ex fide exemplaris emēdare, ut *unde ad nos venit, ſalutaris transitio,* (ſicut Caſſiodorus loquitur,) *inde quoq; veniat decora correctio?* Annon magis modeſtum immo pium ſenſum S. Literarum, quem verba dant, quiſcunq; demum ille, amplecti & retinere, ratione ſub obſequium fidei tantiſper captivatâ, quàm ſenſu iſto, eo quod

quod durus videatur, inſuper habito, comĩ-
niſci alium, mutato ſecundum ſenſum hunc
textu ipſo? Πᾶσα προφητεία γραφῆς ἰδίας ἐπι-
λύσεως οὐ γίνεται monente Petro 2. Epiſt. 1. 20.
Cui concinit illud R. Moſis Nachmanidis, à
R. Jacob Ben. Chaym in præf. Bibl. citatum:
לבלתי הגיה מסברא *Non eſſe ex propriâ opinione*
(in libris ſacris) *aliquid corrigendum.*

Sicut כל המיושן מחבירו הוי יפה מחבירו *Quo quid
alio antiquius, eo melius*. Ita antiqua quoque
Critica nova hacce longe religioſior, ac me-
lior: hincq; non abs re ab Avo meo b. m. tanto
ſtudio explicata, reſerata, & expurgata, tribus
Commentarii hujus Maſorethici partibus.
Explicatione enim opus habuit Maſora, quia
pleriq; de ætate, & authoribus illius minus re-
ctè ſenſerunt. Clavis quâ reſeraretur, neceſſa-
ria erat, quia ante hæc tempora Chriſtianis in
acceſſa fuerat adeò, ut vix quiſquam eam de
limine ſalutarit, nedum ut penetralia ingre-
di & ſcrutari potuerit. Caſtigationes accedere
debebant, propter menda, quæ tractu tẽporis
Judæis in exilio ac ſub jugo aliorũ viventibus
irrepſere plurima, ex Maſora ipſa corrigenda.

Diſtractis priorũ editionum exemplaribus
cùm ad prælum iterum peteretur Commen-
tarius

tarius

tarius iſte, Parens p. m. eum à capite ad calcem ita recognovit, ut nõſaltem menda priorum editionũ correxerit, ſed etiam non pauca hinc inde aſperſerit, furculis hujuſmodi [ ] ut à priſtinis dignoſci poſſent, incluſa. Animus ipſi erat, Coronidis loco quædam adjicere ad vindicandam authoritatem Authoris libri Coſri & Aben Eſræ, retundendumq; novum eorum conatum, qui ſine minime bono omnibus in univerſum Judæorum Authoribus & Hiſtoricis omnem & antiquitatem & fidem derogatum eunt. Aſt quia נִתְבַּקֵּשׁ בִּישִׁיבָה שֶׁל מַעְלָה: *requiſitus eſt in Academiã cæleſtem*, quod molitus eſt, emoliri non potuit. Tu, benigne Lector, cùm plura mors & mihi & tibi inviderit, iis quæ communico, facilè acquieſces. Providi quantum licuit, ut editio iſta nova fieret emendatiſſima. Non quidem planè expugnari potuit inveterata operarum conſuetudo. Nam כְּשֵׁם שֶׁאִי אֶפְשָׁר לְבַר בְּלֹא תֶבֶן כָּךְ אִי אֶפְשָׁר לִדְפוּס בְּלֹא מְעֻוּוֹת *ſicut frumentum non poteſt eſſe ſine palea: ſic operæ Typographicæ nequeunt eſſe ſine erroribus?* Sed forſan non adeò multa ſunt, quę commiſere, & facilè à quovis poterunt obſervari. Vale, & ſtudiis meis fave.

b

JOHANNES BUXTORFIUS

LINGUÆ SANCTÆ IN ACADEMIA BASILIENSI PROFESSOR,

LINGVAE SANCTAE STVDIOSIS S. D.

S*I verum eſt illud, quod Orator in 1. de Finibus ſcribit, inquiens:* Liberalitate qui utuntur, benevolentiam ſibi conciliant, &c, quod optimum eſt ad quietè vivendum, charitatem: *utrumq; mihi apud te, Lector benevole, minimè defuturum, ex bonitate cauſæ meæ, & prudentiâ judicii tui, & ſpero & confido. Etenim ſi omnia Hebræorum Chriſtianorumq; ſcripta percurras, haud invenies, qui de Maſora ac Maſorethis, liberaliùs affluentiusq́;, addo & libentiùs & faciliùs ſua tecum ex ſolo benè de te merendi ſtudio communicaverit, quàm ego nunc facio. Benè in hunc uſum præcepit Ennius, ut quicquid ſine detrimento poßit commodari, id tribuatur vel ignoto. Nec immeritò veteres dixerunt, apertas eſſe Muſarum januas, immò & invidiæ expertes. Apertum ſit & tuum, Le-*

ctor

ctor in his accipiendis pectus, benevolus beneq́ existimans animus, candidum & omnis invidiæ expers judicium. Charitate mutua foveto, quem tuorum profectuum amor ad hos labores allexit, & proficiendi neceſſitas confirmavit. Pauciſſimi enim hactenus deprehenſi ſunt, qui vel mediocrem in hac materia cognitionem aut ſcientiam adepti fuêre, non quòd diſcendi defuerit voluntas, ſed quòd occaſio. Unus Elias Levita, genere Judæus, gente Germanus, ſuperiori ſeculo, ſuis hanc viam præivit, edito libro Maſoreth hammaſoreth, *qui brevis in Maſoram Commentarius. Ejus exemplaria tã inter Judæos quàm Chriſtianos hodie rariſſima, pares cultores habent. Inter Chriſtianos etiam eo rariores, quòd nunquam Latinè iſte Liber converſus ſit, ut & alibi dixi. At quòd paucula inde Sebaſtianus Munſterus aliquando, tranſtulit, id cauſam præbuit, quare plurimi doctrinâ præcellentes viri Theologi & Philologi, de Maſora & Maſorethis, ſiniſtra nimiùm conceperunt præjudicia. Pars enim horum aſſeverant firmiſſimè, Maſorethas fuiſſe viros ſapientes urbis Tiberiadis: vixiſſe demum poſt conſcri-*

ptum Talmud judaicum, poſt quingentos ſcilicet à Chriſto Salvatore annos: conſcripſiſſe Maſoram: inveniſſe puncta vocalia & accentus, eaq́ textui aſcripſiſſe. Quis aliter credidit, qui hanc ab Elia ſemel imbibit ſententiam? immò quomodo aliter credere potuit, cùm nemo aliter hanc hiſtoriam unquam enarrarit? fides auditum ſequitur: auditus quæ concipit, in animum tranſmittit, qui pro judicii excellentia iis fidem adjicit aut detrahit. Elias apud ſuos inter mille; quid? vix inter plura millia unum habet, qui ipſi applaudat, qui approbet, qui ſubſcribat. Ratio, quòd partim falſa, partim periculoſa nimiùm iſta eſſet ſententia. Falſa; quòd Maſorethæ vixerunt ante Talmud judaicum, & quidem tanto tempore, ut Talmudicis vocentur Riſchonim, *Priſci, Antiqui. Id tam clarè patet ex hoc meo Commentario, quàm quod in ipſa meridie. Periculoſa; ea in primis ſententiæ pars quæ aſſerit, Sapientes Tiberiadenſes tanto tempore poſt Chriſtum Salvatorem puncta vocalia libris aſcripſiſſe, quæ hodiernæ lectionis ac ejus ſenſus, quem lectio iſta exhibet, ſunt fundamentum. Viri iſti fuerunt homines, ut quilibet alius,*

lius,

lius, non Prophetæ, ut olim, quorum dictis ac ſcriptis ex immediata Spiritus Sancti operatione conſtabat authoritas: Opus ipſorum vocalium aſcriptio, fuit poal enuſchi, opus humanum, *ac proinde authoritas iſtius lectionis, humana eſt, quæ per ſe & ex ſe neminem hîc obligat. Si inventum humanum ſunt, & authoritas ipſorū humana, removeri poſſunt, & ſic lectio pro cujuſq; erit arbitrio. Quæ tunc textus Hebræi firmitas, quæ certitudo? Hæc, & quæ alia hinc conſequuntur, Hebræi æqua judicii lance penſitantes, Eliæ ſuo perpetuum indixerunt bellum, ipſum quibus poſſunt machinis oppugnando, ut validiorem textui Hebræo authoritatē ſtatuant. Attamen ex Chriſtianis maximi graveſq; viri, præ omnibus, qui in ſupremis Theologorum cathedris præſident, ambobus, quod ajunt, pedibus, in iſtam, Eliæ conceſſerunt ſententiam. Horum alii, ceu ex ſummo tribunali Maſorethas condemnant, ut profanos Hebræorum interpretes: qui opportuniùs Epimenidis aut potiùs mortuorum ſomnum dormiiſſent, quàm quando Tiberiadem Paleſtinæ convenerunt, ut ſacrā ſcripturam verſibus, accentibus punctiſq; vo-*

Digitized by Google

calib. diſtinguerent: qui iſtis Scripturam partim illuſtrarunt, partim obſcurarunt: qui verſus confuderunt ac miſcuerunt: qui ut verbo dicam, Scripturam corruperunt. Alii ajunt, Puncta nihil ad lectionem facere: alii, puncta adjecta non debere nos ita aſtringere, quin ſi commodiorem videamus ſenſum, illum ſequi poſſimus: alii, puncta eſſe recens Judæorum inventum, quod non opus ſit, quemquam ſtrictè imitari: alii, Hebraiſtis Chriſtianorum licitum eſſe puncta, diſtinctiones, conſtructiones, ſignificationes & quæ Grammatica præterea habet, audacter immutare, ut cum Novo Teſtamento ſenſus conveniat: alii, delirare eos, qui negent puncta à recentibus Maſorethis inventa eſſe. Hæc & alia in Chriſtianorum impreſſis libris proſtant. Non opis eſt noſtræ tantas componere lites. Nec patrocinium horum ſuſcipere, nec litigare cum quoquam de eo cogito. Alia & in alium finem ſpectantia, ex Hebræorum hiſtoria refero. Hæc docet, Maſorethas inde ab Eſra & Nehemiæ temporibus promanaſſe: quando autem deſierint, non uſq; adeò clarum eſt. Maſoram ante Talmud judaicum majori ex parte extitiſſe, ex

ipſo

ipſo Talmud luculenter probo. Quorſum ergo hæc ſive laus, ſive fraus, (aut potius ſcelus & impietas, ſi Maſora textus ſacri eſt corruptio, ut vulgò accuſatur) Maſorethis iſtis poſt-Talmudianis Tiberienſibus aſcribitur? De ea Maſoræ parte, quæ circa vocum formam, ex literis & punctis vocalium & accentuum, conſtantem, occupata eſt, præcipuè, & quàm maximè dubitatur, an ea ante Talmud vel poſt Talmud confecta ſit. Ante Talmud factam non eſſe, Elias Levita quatuor rationibus probat, quas ſuo loco propono, & ex Hebræorum ſententia ad eas reſpondeo. Maſorethas tamen puncta vocalia & accentuum notas inveniſſe, totus mundus Hebraicè doctus clamat. Fieri poteſt, ut quidam Maſorethæ fuerint, qui illa invenerint. At qui illi? & quando? Tiberienſes poſt-Talmudiani inquit Elias. Si maximè verum eſſet, Tiberienſes iſtos Maſorethas hanc Maſoræ partem conſcripſiſſe, tamen neutiquam inde ſequetur, eos ſimul punctorum inventores eſſe. Nam omnes Maſorethicæ notæ, quæ punctorum vocalium & accentuum meminerunt, nihil aliud oſtendunt, quàm hos Maſorethas harum notarũ

authores,

Digitized by Google

authores, de punctis & vocalibus, ut textui ſacro longiſsimè antè aſcriptis, judicaſſe, & ſui judicii notas appoſuiſſe, ut genuina forma conſtaret, & ut in libris inventa, ſic permaneret, nec cuiquam ulla eſſet cauſa, occaſio vel ratio, quicquam immutandi. Sic Maſorethæ, qui maſoram conſcripſerunt, non etiam ſimul punctorum ſunt authores. Conſidera, Lector benevole, exempla quæ ad illud declarandum, ſuo loco à me adducuntur. Concipe rectum judicium, ſepone conceptum præjudicium. Quærendos putabis alios ab his Maſorethas, qui puncta ſeorſum invenerint, de quibus poſtea Maſorethæ eam maſoram quæ hodie extat, conſcripſerint. Ubi illi quærendi fuerint magis, quam inter iſtos Maſorethas, qui ante Talmud vixerunt, quorum origo à Viris Concilii magni, cui Eſra Sacerdos præfuit. A quibusdam inventores punctorum ſtatuuntur Ben Aſcher, & Ben Naphtali, *ut tradit Galatinus lib. 1. cap. 8, qui etiam propterea vocantur ab aliis Maſoretharum principes, ut apud Genebrardum in Præfatione in Pſalmos. Hi plenè vocati ſunt* Rabbi Aharon filius Rabbi Moſis è tribu Aſcher. *Alter,* Rabbi Moſes filius Davidis è tribu Naphtali. *Hic in*

Babylonia

Digitized by Google

Babylonia floruit, ille in terra Iſraëlis, & in quibusdam vocalibus & accentibus interdum diſcreparunt, quorum diſcrepantiæ in fine Bibliorum magnorum ſunt impreſſæ. Genebrardus Chronographiæ ſuæ libro tertio, ad annum Chriſti 485. ſcribit, Judæos Tiberiadis Paleſtinæ indixiſſe concilium, ad quod etiam Babylonii confluxerint, primariis ipſorum Rabbi Ben Aſcher & Rabbi Ben Naphthali, ac notulas vocalium conſtituiſſe Hujus ſententiæ teſtem & authorem citat Eliam Levitam, libro de Accentibus, capite ſecundo. Cave credas, Lector, Eliam hoc ibi dicere. Vide locum, lege, judica Mox idem ſubjicit, iſtos duos Rabbinos fuiſſe punctatorum principes, & quòd in quibusdam vocalibus & accentibus diſſentirent, duplicem ſignandi & diſtinguendi modum Judæis reliquiſſe, &c. Teſtem adducit Kimchium in Pſalmum ſexageſimũ. Hæc citatio invenitur & apud alios ſcriptores. Sed tu Lector, & hìc cave quæras: perdes tempus. Nihil quicquam enim Kimchi de eo ibi tradit. Galatinus dicto loco ſcribit, communiorem eſſe ſententiam, iſtos duos eſſe authores punctorum & accentuum, non Eſram. At inter quos communis iſta ſententia obti-

Digitized by Google

net, judæósne an Chriſtianos? inter judæos certè non, ut patet ex Elia, præfatione tertiâ in librum Maſoreth, ubi dicit, diſſenſionem inter iſtos duos longè poſt inventionem vocalium exortam fuiſſe. Si hi fuerunt primi inventores, & inter ſe diſſenſerunt, quæ tunc inventionis hujus authoritas & certitudo? Quod ſi autem inter Chriſtianos ea communis eſt ſententia, quo nititur illa fundamento? qua hiſtoriæ certitudine? quibus fidis authoribus? Incerta itaq; hîc nimis ſunt doctorum virorum judicia. Hoc verò certum, hos duos primos eſſe, qui expreſſam punctorum mentionem fecerunt, & figuras propter diſſenſiones ſuas, ſcribendo expreſſerunt. Quo tempore vixerint, nemo hiſtoricorum diſertè affirmat. Author Chronici Schalſchelet hakkabala, fol. 37. editionis Cracovianæ ſcribit: Hoc tempore floruerunt juxta ſententiam meam, duo ſapientes maximi, Ben Aſcher & Ben Naphtali, qui inter ſe diſſenſerunt in lectione multarum vocum juxta vocales & accentus. *Tempus illud eſt, quando diſſipatæ fuerunt Scholæ Babylonicæ, quod juxta hunc authorem, & Tzemach David & alios, accidit Anno Chriſti 1037. Hoc ſi verùm, tunc nimis recens punctorum inventum eſt.*

Google

eſt. At hoc credibile non videtur, quòd hi duo authores, quisq; ſuæ terræ homines in ſuam ſententiam pertraxerunt. Nam R. Aſcherem ſecuti ſunt judæi terræ Iſraëlas: alterum judæi regni Babyloniæ. Facta eſt ergo iſta diſſenſio, quando utrinq; Scholæ adhùc florebant, & judæorum utrobiq; eſſet multitudo, qui ſuorum anteceſſorũ partes ſequebantur. In ultima autem iſta diſſipatione, Scholæ Babyloniæ totaliter & funditus fuerunt everſæ, ac judæi omnes in alias orbis partes ejecti & fugati, in judæa autem ab aliquot ſeculis vix ullius celebrioris Scholæ & doctorum virorum memoria ſuperfuerat. Cæterùm primi Grammatici Hebræorum qui de punctis vocalibus ſcripſerunt & rem Grammaticam ex profeſſo tractarunt, fuerunt Rabbi Jehuda Chlug, Afer, & Rabbi jona, Hiſpanus. Hi floruerunt circa annum Chriſti 1100. & ab Aben Eſra, qui obiit non diu ante annum Chriſti 1200, aliquoties laudantur. Sed longiùs progredior, quàm volebam. A maſora incepi, in eam revertar, & deſinam. Dum Biblia ſubirent prælum, in maſora diſſenſiones, defectus, ſuperflua, confuſa, animadvertere cœpi. In ea inquirere, eaq; pro viribus dirigere & corrigere; quantum præ-

lum procedens concedebat, operæ pretium duxi. Sic feci, nec de prolixiori maſoræ commentario quicquam cogitavi. At operis magnitudo, rei maſorethicæ difficultas, rariorq; ejus apud pleroſq; cognitio, in iſto temporis longioris decurſu, ſæpè animum ad pleniorem maſoræ explicationem commoverunt. Hinc factum, ut hunc Commentarium horis vacantibus colligerem, quem nunc juris & uſus publici facio. Hoc ut facerem, eo magis adductus ſum: quòd pauciſſimos maſoræ veram notitiam hactenus conſecutos, plurimos autem viderem de Maſorethis, magis ſecundum affectus animi præjudiciis gravati, quàm verâ ſcientiâ imbuti, judicare. Hiſtoriam itaq;, ut potui, pertexui: rem totam pro viribus explicavi: menda occurrentia ſuſtuli: defectus ſupplevi: ſuperflua ſemovi: & lucem omnem quam potui, intuli. Nec tamen credas, omnia eſſe correcta & emendata; nunquam enim ordine in ſingula inquiſivi, ſed prout quæque nunc hîc nunc illic obviam accederent, ita ad cenſuram vocavi. Multa, non dubito, ſuperant, ad quæ examinanda hinc patebit aditus. Non hæc fuerunt vitia primorū authorum, ſed librariorum in deſcribendo. Quod vel inde patet,

de patet, quòd maſora per maſoram & ex maſora corrigitur. Pudenda verò hîc Judæorum eſt negligentia, immanis incuria & oſcitantia, ad manifeſtiſsima etiam vitia cæcutiviſſe, & inter tot impreſsiones ad ea meliorem manum non adhibuiſſe. At tu Lector, in omnibus ſis benevolus interpres: Hiſtoriam cape, ut ex ſuis authoribus refertur: ſi quid diſplicet, culpa ſit authorum, qui majori diligentia in iis annotandis non ſunt uſi; aut potius injuriæ temporum aſcribe, quorum acerbitas certiori iſtorum notitia poſteros privavit. Reliquam maſoræ totius rem, quo potui ſtudio explicavi, ut tandem omnibus linguæ & hiſtoriæ Hebraicæ ſtudioſis, hoc quoque antiquiſsimum priſcorum Hebræorum erga ſacras literas ſtudium, plenius innoteſceret. Hunc meum erga tuos profectus juvandos laborem, ſi tu candidè interpretaberis, & ego gratum acceptumq́; cum tibi eſſe perſpexero, non tantum ad alia tuorum ſtudiorum commoda promovenda, me incitabis, ſed & obligabis. Vale & cum Marone Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo. *Baſileæ 23. Martii, Anno*

Chriſti Salvatoris

MDC XX.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

COMMENTARII MASORÆ HISTORICI.

CAP. I. de Nomine Maſoræ. pag. 1.
CAP. II. Quid Maſora? pag. 5.
CAP. III. De Cauſa Efficiente ſive Authoribus Maſoræ. pag. 7.
CAP. IV. De Urbe Tiberiade. pag. 13.
CAP. V. De Schola & Sapientibus Tiberiadis pag. 18.
CAP. VI. De Translatione Scholarum ex Judæa in Babyloniam. pag. 22.
CAP. VII. De Ultimis Sapientibus Tiberiadis. pag. 26.
CAP. VIII. An Maſora poſt Talmud conſcripta ſit? pag. 33.
CAP. IX. An Maſorethæ punctorum vocalium & Accentuum fuerint Inventores? pag. 46.
Ubi 1. De Punctatione ſive Notatione inconſtanti & inſolenti vocalium. pag. 47.
2. De Notatione Punctorum Dages & Mappik. pag. 60.
3. De Notatione Accentuum. pag. 61.
CAP. X. De Viris Synagogæ Magnæ, Eſrâ Præſide. pag. 88.
CAP. XI. Viros Synagogæ magnæ eſſe primos Maſoræ Authores. pag. 96.
CAP. XII. De Materiâ Maſoræ, & primùm de cenſura, circa verſus Biblicos. pag. 117.
CAP. XIII. De Cenſura Maſoretharum circa voces. pag. 122.
CAP. XIV. De Cenſura circa literas, & primùm Majuſculas. pag. 135.
CAP. XV. De Cenſurâ circa literas minuſculas. pag. 146.
CAP. XVI. De Literâ נ inversâ & quatuor ſuſpenſis. pag. 153.
CAP. XVII. De literis punctatis. pag. 162.
CAP. XVIII. De Cenſurâ circa Numerum Literarum. pag. 169.
CAP. XIX. De Formâ Maſoræ. pag. 180.
CAP. XX. De Fine Maſoræ. pag. 189.

INDEX

INDEX CAPITUM

CLAVIS MASORÆ.

CAPUT I. pag. 201.

CAP. II. De Vocibus decurtatis. pag. 210.

CAP. III. De Abbreviaturis Maſorethicis. pag. 212.

CAP. IV. De Vocibus Maſorethicis peculiaribus & primùm de vocibus. ארכרא : אורתא : אות : אבא : אירת : אלפא
ביתא : אמצעי : אנדרונינוס : אריך : אשלמתא : pag. 219.

CAP. V. De Vocibus. בתרא : דגש : דכותיה : דמין : : דלוג :
רעלם : pag. 223.

CAP. VI. De Vocibus : האי : היכא : חברע : חלין : הלילא : ודיה :
זוגין : זוטא : זעיר : pag. 229.

CAP. VII. De Vocibus : חבר : חטק : חול : חלוף מתחלפין
חלק : חסר : חסר דחסר : טובא : טעם : pag. 234.

CAP. VIII. De Vocibus : יתיראין : מיחרין : יפה : יתיר : כותיה
כתיב : כתובים : לעיל : לשנא : לירת : pag. 239.

CAP. IX. De Vocibus : מאוחר : מאילא : מאריך : מדנחאי : מטעין
מלא : מלעיל : מלרע : מסרתא : מערבאי : מפיק : מפיק : מצע :
מוקדם : מקף : מורדף : מרעים : משמש : pag. 244.

CAP. X. De Vocibus : נסיב : נזיקין : סבירין : סדר : סדופי
סמיך : סימן : ספרא : pag. 256.

CAP. XI. De Vocabulis : עטור סופרים : ענין : פלוגתא : פסוק
פסקא : פרשת : פשטין צבחרו : פתח : pag. 263.

CAP. XII. De Vocibus : קמץ : קרחי : קריא : רפה : שטה : תאומים :
תורת : כהנים : תיבה תריסר : pag. 268.

CAP. XIII. Interpretatio Maſoræ parvæ ſuper primum caput Geneſeos. pag. 275.

CAP. XIV. Interpretatio Maſoræ magnæ ſuper Caput primum Geneſeos. pag. 279.

CAP. XV. De Maſora magna, in ſingulorum Librorum veſtibulo. pag. 285.

CAP. XVI. De Symbolis Maſorethicis variis. pag. 290.

INDEX COMMENTARII

MASORÆ CRITICI

ſive

CASTIGATIONUM IN MASORAM.

In GENESIN. pag. 303.

In EXODUM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

In EXODVM. pag. 319.
In LEVITICVM. pag. 320.
In NVMEROS. pag. 325.
In DEVTERONOMIVM. pag. 332.
In JOSVAM. pag. 335.
In JVDICVM LIBRVM. pag. 340.
In LIBRVM I. SAMVELIS. pag. 345.
In LIBRVM II. SAMVELIS. pag. 348.
In LIBRVM I. REGVM. pag. 351.
In LIBRVM II. REGVM. pag. 354.
In JESAIAM. pag. 357.
In JEREMIAM. pag. 364.
In EZECHIELEM. pag. 369.
In HOSEAM. pag. 377.
In JOELEM. pag. 378.
In AMOS. Ibid.
In OBADIAM. pag. 379.
In JONAM. pag. 380.
In MICHEAM. Ibid.
In NACHVM. Ibid.
In HABAKVK. pag. 381.
In SOPHONIAM. Ibid.
In HAGGÆVM. Ibid.
In ZACHARIAM. pag. 382.
In MALACHIAM. pag. 383.
In PSALMOS. Ibid.
In PROVERBIA. pag. 391.
In JOBVM. pag. 394.
In CANTICVM. pag. 398.
In RVTH. Ibid.
In THRENOS. Ibid.
In ECCLESIASTEM. pag. 399.
In ESTHER. Ibid.
In DANIELEM. pag. 400.
In ESDRAM. pag. 402.
In NEHEMIAM. pag. 403.
In LIBRVM I. PARAL. pag. 404.
In LIBRVM II. PARAL. pag. 406.
In MASORAM MAGNAM FINALEM. pag. 410.

JOHANNIS

Digitized by Google

Johannis Buxtorfi

COMMENTARIUS MASORÆ HISTORICUS.

Caput Primum.

De Nomine Maſoræ.

NEmini non eſt notum illud pertritum, *Verba ſunt notæ rerum.* Res impendiò magis citiusque noteſcunt, ſi verba penitùs perſpecta, & origine ſuâ probè cognita fuerint. Maſoram ergo explicaturi, Nomen primò interpretabimur.

מָסֹרָה, מָסוֹרֶת *Maſora, Maſoreth*, Nomina ſunt verbalia, à Radice ſive themate מָסַר. Hoc Verbum bis tantùm legitur in textu Hebræo, pro *Tradere:* ut, לִמְסָר־ מַעַל *Ad tradendum prævaricationem*, Numer. 31. 16: וַיִּמָּסְרוּ מֵאַלְפֵי יִשְׂרָאֵל *Et traditi ſunt ex millibus Iſraelis*, ibid. verſ. 5. Chaldæis in longè frequentiori uſu fuit. Nam in Targum ſive Paraphraſi Chaldaica Veteris Teſtamenti, uſurpatum legimus pro verbis Hebraicis נָתַן, נִכַּר, אִנָּה, סִגֵּר, non tamen ſimpliciter & ſemper, ſed quando cum Nomine יָד *Manus*, junguntur, aut quando illud ſubintelligitur, pro *Tradere in manum alicujus*, quod interdum etiam eſt, *in poteſtatem*. Rabbi David in libro Radicum

Digitized by Google

addit, ſignificare *Traditionem* בְּכָל לֵב *cum toto corde*, cum ſumma voluntate & ſingulari ſtudio, ac poſitionem in poteſtatem alterius, ſive res certæ ſint ſive perſonæ. Exempla, הַיּוֹם הַזֶּה יְסַגֶּרְךָ יְהוָֹה בְּיָדִי *Hodie tradet te Dominus in manum meã*, Targum יוֹמָא הָדֵין יִמְסְרִנָּךְ יְהוָֹה בִּידִי, 1. Sam. 17. ℣. 46. Hebraicè, אֲשֶׁר נְתָנְךָ יְהוָֹה הַיּוֹם בְּיָדִי, *Quod dedit te Dominus hodie in manum meam*, Chaldaicè, יַת דְּמַסְרָךְ *Quod tradidit te*, 1. Sam. 24. 11: הִנְנִי נֹתְנוֹ בְיָדְךָ *Ecce ego do ipſum in manum tuam*, Targum הָא אֲנָא מָסַר לֵיהּ בִּידָךְ *Ecce ego trado ipſum in manum tuam*, 1. Reg. 20. ℣. 13: נִכַּר אֹתוֹ אֱלֹהִים בְּיָדִי *Alienavit eum Deus in manum meam*, Targum, מְסַר יָתֵיהּ *Tradidit eum*, 1. Sam. 23. 7: וְהָאֱלֹהִים אִנָּה לְיָדוֹ *Et Deus occurrere fecit in manum ejus*, Targum, וּמִן קֳדָם יְהוָֹה אִתְמְסַר לִידֵיהּ *Et à Domino traditus eſt in manum ejus*, Exod. 21. 13. וְהִסְגַּרְתִּי עִיר *Et concludam civitatem*, Targum וְאֶמְסַר קַרְתָּא וּמְלֹאָהּ *Et tradam civitatem & plenitudinem ejus*, Amos 6. 8. Ex his patet, Verbum hoc dici de perſonis & rebus, quæ de manu unius in manum alterius, aut de poteſtate hujus in poteſtatem illius deduntur. Hinc etiam Hebræi dicunt, מוֹסֵר עַצְמוֹ לְמִיתָה *Tradit ſeipſum morti*, שֶׁהָיוּ מוֹסְרִים עַצְמָן עַל קְדוּשַּׁת הַשֵּׁם *Qui tradiderunt ſeipſos propter ſanctificationem Domini*, ſcil. in mortem, qui martyrium prompti ſubierunt, Dei nomen ſua morte ſanctificantes.

Secundò מָסַר *Tradere*, dicitur de rebus animo conceptis, de doctrina & ſcientia, de conſiliis & ſecretis, quæ unus alterum docet, quæ quis alteri revelat, cognoſcenda proponit, communicat & quaſi in manus tradit. Hoc ſenſu correlatum ejus eſt קִבֵּל *Accipere*, id eſt, percipere, cognoſcere, intelligere. Quæ enim ore traduntur, auribus accipiuntur, & per auditum in animum transmittuntur cognoſcenda. Sic Hebræi in libro Apophthegmatum Patrum, cap. 1. ajunt, מֹשֶׁה קִבֵּל תּוֹרָה מִסִּינַי

וּמְסָרָהּ לִיהוֹשֻׁעַ וִיהוֹשֻׁעַ לִזְקֵנִים וּזְקֵנִים לִנְבִיאִים וּנְבִיאִים מְסָרוּהָ לְאַנְשֵׁי כְנֶסֶת הַגְּדוֹלָה id eſt, *Moſes accepit Legem è Sinai, & tradidit eam Joſuæ, Joſua ſenibus, ſenes Prophetis, Prophetæ tradiderunt eam viris Synagogæ magnæ.* Sic & apud Latinos authores; Cæſar, *De Deorum immortalium vi ac poteſtate diſputant, & juventuti tradunt.* Ovid. *Tradit præcepta volandi.* Cicero, *Sit boni oratoris multa auribus accepiſſe.* Vergilius, *Accipite hinc animis, lætasq; advertite mentes.* Ex hoc ſenſu ſunt ſequentia Maſoræ nomina.

מָסֹרָה. Sic hodie communis hujus Nominis pronunciatio eſt apud Judæos. Eſt autem in medio litera Samech, quæ acutum Hebræis habet ſonum, ac ſi audias geminum, veluti *Maſſora*, quomodo & multi ſcribunt. Forma Hebræa eſt ad formam בָּגוֹדָה *Prævaricatrix*, Jer. 3.7. At hæc forma irregularis eſt, cui nullum ſimile exemplum occurrit in tota Scriptura. Analogia enim poſtulat Scheva ab initio, ut cùm à גָּדוֹל in fœminino genere dicitur גְּדוֹלָה. Sic & Subſtantiva hujus formæ habent Scheva ab initio, ut, בְּשׂוֹרָה *nuncium*, אֲגוֹרָה *nummus*, חֲגוֹרָה *cingulum*, עֲבֹדָה *ſervitus.* juxta hanc formam dicendum eſſet מְסֹרָה. Qui putant ſcribendum מַסֹּרָה, ſubſidium habent in forma רַתּוֹק *catena*, קַנָּא *zelotes*, כַּמּוֹן *Cyminum.* Sic eſſet מַסּוֹר & fœmininè מַסֹּרָה. Quidam legerunt מְסָרָה, formæ צְדָקָה, alii מַסָּרָה formæ כַּפָּרָה. Pagninus in Theſauro linguæ ſanctæ legit מִסְרָה, ut videre eſt in אֵיל, & in קרב, in Nomine קָרְבָּן. Sed *Maſora* eſt communis & genuina appellatio.

מָסוֹרֶת. Hoc Nomen ſine dubio petitum eſt ex eo, quod legitur apud Ezechielem, וְהֵבֵאתִי אֶתְכֶם בְּמָסֹרֶת הַבְּרִית *Et adducam vos in traditionem fœderis*, Ezech. 20. 37. id eſt, in fœdus שֶׁמָּסַרְתִּי quod tradidi & exhibui vobis, quod vobis à me traditum eſt. Sed alii id malunt eſſe

Digitized by Google

contractum, pro מַאֲסֹרֶת id eſt, *Vinculum*, ab אָסַר *Vincire*, cujus formæ ſunt מַחְגֹּרֶת, מַחְלֹוקֶת, & alia.

מַסּוֹרֶת. Hujus formæ paradigmata ſunt in כַּפּוֹרֶת *propitiatorium*, בַּצּוֹרֶת *ſiccitas*, פָּרוֹכֶת *velum*, in quo poſtremo eſt Kametz propter ejectum Dages ex litera ר. Hinc *Maſſoreth*, quæ pronunciatio itidem communis eſt.

מַסּוֹרְתָּא, מָסֹרְתָא Chaldaica forma eſt, ex præcedenti Hebræa in ת, deducta. Ejus uſus eſt in Targum Jobi cap. 15. 18. ubi legitur, מִן מָסוֹרְתָּא דַאֲבָהָתְהוֹן *Ex traditione patrum ipſorum*. Poteſt etiam hoc legi מַסּוֹרְתָּא vel מַסֹּרְתָּא, correpto cholem in kametzchatuph.

Hinc Maſora ſive Maſſoreth *Traditio*, vel Rei de manu in manum, aut Doctrinæ ex animo in animum: mediante docentis voce, quâ ceu manu doctrina alteri traditur. Sic dicitur מָסוֹרֶת חֲכָמִים *Traditio ſapientum*, id eſt, doctrina à ſapientibus tradita: מָסוֹרֶת הַתּוֹרָה *Traditio Legis*, Lex à majoribus tradita. Hinc R. Salomon Exod. 19: 41. ad אַתֶּם רְאִיתֶם *Vos vidiſtis*, ſcribit, לֹא מָסוֹרֶת הוּא בִּידְכֶם *Non eſt traditio illud in manibus veſtris*, q. d. Vidiſtis oculis veſtris, quæ in Ægypto fecerim, non autem traditum aut narratum eſt vobis illud à Majoribus veſtris. Græcè in Novo Teſtamento *Traditio* dicitur παράδοσις, quod ferè ſumitur pro Inſtituto, Doctrina & Conſtitutione de certis ritibus. Sic Judæi multas habebant Traditiones à Scribis & Doctoribus, majoris pietatis causâ inventas & præſcriptas, ut per earum obſervationem perfectiùs continerentur in obſervatione præceptorū Dei. Hinc Syriacè talis Traditio dicitur מְשַׁלְמָנוּתָא *Completio, Perfectio*, quòd putarent talibus Traditionibus & inſtitutis compleri & perfectiorem reddi Legem Dei, in ſcripto quaſi imperfectè comprehenſam. At cùm Lex Dei irrita potiùs per tales traditiones redderetur, non immeritò Chriſtus eas improbavit & rejecit,

quando

quando dixit, *Quare & vos transgredimini præceptum Dei per traditionem veſtram?* Matth. 15. 3. Item, *Irritum feciſtis præceptum Dei per traditionem veſtram*, verſ. 6.

Maſora autem, de qua hîc agimus, per Synecdochen ſpeciei, ſignificat Doctrinam criticam à priſcis Sapientibus traditam circa textum ſacrum Hebræum, genuinæ ejus lectioni conſervandæ inſervientem, cujus ratio deinceps explicanda.

CAPVT II.

Quid Maſora.

MASORA eſt doctrina Critica, à priſcis Hebræorum Sapientibus, circa textum Hebræum ſacræ Scripturæ, ingenioſè inventa, quâ verſus, voces & literæ ejus numeratæ; omniſque ipſarum varietas notata, & ſuis locis cum ſingulorum verſuum recitatione indicata eſt, ut ſic conſtans & genuina ejus lectio conſervetur, & ab omni mutatione aut corruptione æternùm præſervetur, & validè præmuniatur. Hinc Elias Levita in præfatione tertia libri ſui Maſoreth, ſcribit: אך המעשה אשר עשו בעלי המסורת הוא שהשתדלו בכל מאמצי כחם ולא נחו ולא שקטו עד שמנו כל הפסוקים והתיבות והאותיות מכל ספר וספר לפיכך קראו להם סופרים׃ id eſt, *Cæterùm opera quam præſtiterant Maſorethæ, ea fuit, ut in id laborarent omnibus viribus ſuis, neq; quieſcerent aut tranquilli eſſent, donec numerarent omnes verſus, voces & literas cujusq; libri, unde etiam dicti fuerunt* Sopherim, *quaſi Numeratores.* Finis, ut vera lectio conſervetur, & corruptio caveatur, mox in ſequentibus ab eodem indicatur, his verbis: אחר המעשה שעשו בעלי המסורת אי אפשר שנפל או שיפול חלוף או שנוי בשום צד בכל ספרי המקרא ולא לחנם אמרו רז״ל מסרה סיג לתורה id eſt, *Poſt la-*

borem iſtum, quem præſtiterunt Maſorethæ, impoſsibile eſt, ut ceciderit vel cadere poſsit mutatio aut depravatio quædam ullo modo in ullos libros Biblicos, unde etiam non fruſtrà dixerunt Rabbini noſtri, bonæ memoriæ; Maſora eſt Sepes Legis. In hoc ſtudio admirabilis priſcorum Hebræorum diligentia, ardentiſſimus circa conſervationem textus Verbi Dei zelus, inimitabile & ſine exemplo, in ulla totius mundi gente ſtudium, & admiranda Dei erga gentiles, ad agnitionem Dei per communicationem verbi ſui vocandas, providentia nitidiſſimè emicat. Hîc enim, quà latiſſimè patent Oriens & Occidens, uno ore, uno modo verbum Dei legitur, hîc omnium librorum, qui vel in Aſia, vel in Africa, vel in Europa ſunt, ſine ulla diſcrepantia, conſonans harmonia cernitur. Non ſic contigit ulli genti, cùm nec Chaldæorum, nec Græcorum, nec Romanorum, aliorumque populorum libris hanc felicitatem obtigiſſe videamus. Uni populo Hebræo oracula Dei concredita fuerunt, quem provida Dei cura voluit gentibus aliis, quarum gratiosè fuit miſertus, eadem incorrupta tradere. Hinc antiquiſſimus primæ eccleſiæ Chriſtianæ ſcriptor, Juſtinus Philoſophus & Matryr, in Sermone ad gentes, ſingulari Dei providentiæ aſcribit, quòd Judæi Codices ſacros tam ſtudiosè in ſuis Synagogis ad uſus noſtros aſſervarint. Verba ejus ſunt: *Quòd ſiquis*, inquit, *obſtinatus neget, hos Judæorum libros ad ſe pertinere, qui uſq; hodie in ipſorum Synagogis aſſervantur, dicatq; nos fruſtra inde pietatem diſcere, audiat ipſam Scripturam, quòd hæc doctrina non illorum, ſed noſtra ſit. Servari autem etiam nunc apud Judæos noſtram religionem, Dei erga nos eſt providentiæ, qui, ne maledicendi occaſionem præbeamus iis, proferendo illos ex eccleſia noſtra, malumus illos è Judæorum Synagoga proferri, ut ex lectione manifeſtè appareat, noſtram eſſe doctrinam, quic-*

quid

Digitized by Google

quid ſcripſerunt viri doctiſsimi. Et Auguſtinus in Pſalmum 40. vel juxta Hebraicam diſtinctionem, Pſalmum 41. *Judæi*, inquit, *capſarii noſtri ſunt, ſtudentibus nobis Codices portant.*

Ut ergo, quid hæc Hebræorum Maſora ſit, ſolidiùs & penitiùs intelligatur, eam per Cauſas ſuas ordine examinabimus & explicabimus, quantum noſtris viribus hoc tempore conceditur. Difficilimum autem eſt, in denſa caligine umbram à luce diſcernere, & veritatis lucem è tenebris eruere, quales maximè in hac materia ſeſe offerunt.

CAPUT III.

De Cauſa efficiente, ſive Authoribus Maſoræ.

AUthores Maſoræ Hebræis dicuntur בַּעֲלֵי הַמָּסוֹרֶת, in noſtris Scholis *Maſorethæ*, à tractatione Maſoræ ſive doctrinæ criticæ. Hi Maſorethæ veri qui fuerint, ubi aut quando vixerint, id ex Hebræorum libris Chronologicis, aut priſca Hiſtoria Hebraica, aut ipſiſmet Maſoretharum ſcriptis, certò & indubitatò ſciri nequit. Etenim ſi quæ de eo certitudo eſſet, eam tot viri docti, Hebræi & Chriſtiani, quales R. Jacob Chajim, author & collector Maſoræ hodiè impreſſæ, Elias Levita acerrimus hujus rei ſcrutator, Arias Montanus, Johannes Mercerus, aliique doctiſſimi, qui manuſcriptos Maſoræ libros accuratiſſimè perviderunt, nullo modo tacuiſſent.

Duplex autem potiſſimum hac de re apud Hebræorum Rabbinos, occurrit ſententia: *Prima*, Sapientes Tiberienſes ſive urbis Tiberiadis ejus authores eſſe: *Altera*

Altera, à Viris Synagogæ magnæ ſive Concilii magni, à Propheta Eſra convocati, eam conſcriptam.

Primam ſententiam qui tuentur, non tantùm Maſoram Sapientibus Tiberiadis attribuunt, ſed & punctorum vocalium & accentuum primos inventores eos eſſe volunt. Inter hos primus eſt R. Aben Eſra, (ſcribendis libris claruit Anno Chriſti 1150.) qui in libello Grammatico צַחוּת (excuſus eſt apud Bombergum in 8) diſertis verbis ſcribit: כֵּן מִנְהַג חַכְמֵי טְבֶרְיָא כִּי מֵהֶם הָיוּ אַנְשֵׁי הַמָּסֹרֶת וּמֵהֶם קִבַּלְנוּ כָּל הַנִּקּוּד: id eſt, *Sic fuit conſuetudo Sapientum Tiberiadis: nam ex illis fuerunt Viri authores Maſoræ, & ab illis accepimus totam punctationem.* Sæpiùs autem iſtorum Sapientum in hoc libello recordatur, eosque à peritia lectionis & pronunciationis genuinæ aliquoties laudat. His adjungi poteſt, quod in Commentariis ejus, Exod. 25. 31. ſcriptum invenimus, ubi ita ad explicationem vocis תֵּיעָשֶׂה notat: רָאִיתִי סְפָרִים שֶׁבְּדָקוּם חַכְמֵי טְבֶרְיָא *Vidi libros, quos ſcrutati ſunt ſapientes Tiberiadis, in quibus jurarunt quindecim ſeniores ipſorum, quòd ter quaterve conſiderarint quamq; vocem, quodq; punctum, omnemq; dictionem plenam vel defectiva[illegible] & ecce Jod illud in voce* תֵּיעָשֶׂה *fuit aſcriptum*, & cæt. Hoc verò de illis Sapientibus, quos antea ſcripſit, punctorum & Maſoræ inventores fuiſſe, intelligi non poteſt, cùm dicant, ſe ſingula etiam puncta conſideraſſe, non quidem quæ ipſi primùm invenerant, eorum enim rationem ipſimet ſciviſſent, ſed quæ jam antè ab aliis inventa & libris aſcripta erant, ut de iis judicium colligerent. Et minimè omniū veriſimile eſt, primorum iſtorum auctorum, [illegible] puncta juxta ipſius ſententiam invenerunt & libris aſcripſerunt, authenticos libros, ad ejus manus deveniſſe. Digni enim iſti libri fuiſſent, qui non ab uno aliquo videri & legi, ſed à tota natione in archivis ſacris, ut olim authenti-

thenticum Moſis exemplar, ceu inæſtimabilis theſaurus, in univerſæ poſteritatis uſum conſervarentur. [De horum verborum Aben Eſræ genuino ſenſu, & ejus mente, videatur Tractatus noſter de Punctis par. 1. c. 3. ubi prolixè oſtendimus, Aben Eſram equidem Maſoræ conſcriptionem Tiberienſibus adſcribere, non verò Punctorum inventionem. Itaque non ulteriùs quàm de Maſoræ ſeu inventione, ſeu conſcriptione hæc ſunt accipienda.]

Alter ab hac ſententia eſt Elias Levita, Judæus è Germania, Grammaticus ſuperiori ſeculo multorum librorum editione clarus, qui omnibus ſui populi Rabbinis, in Maſoræ totius explicatione, & hujus inprimis curioſa tractatione, laudem præripuit. Hic in libro מסורת המסורת *Maſoreth hammaſoreth*, Præfatione rhythmica prima, ſic ſcribit:

עָלָה עֶזְרָא הוּא מַלְאָכִי	*Aſcendit Eſra qui eſt Malachias,*
דּוֹמֶה אֶל מַלְאַךְ הַשָּׁרֶת	*Similis angelo miniſtratorio*
כֹּהֵן וְרַב וּלְסוֹפְרִים אָב	*Sacerdos & Doctor, & Scribarũ pater*
אֵם לְמִקְרָא וּלְמָסוֹרֶת	*Mater Bibliorum & Maſoræ,*
עָשָׂה אָז בָּבֶל כִּמְצוּלָה	*Fecit tunc Babyloniam ſicut voraginẽ*
שֶׁאֵין בָּהּ דָּגָה נִשְׁאֶרֶת	*In qua nullus piſcis relictus*
שׂוּם שֵׂכֶל הֵבִין בְּמִקְרָא	*Appoſuit intellectum, intellexit Scri-*
בִּכְתִיבָה זוֹ הַמְאֻשֶּׁרֶת	*Scripturam hanc beatam (pturam*
קוֹצִים כִּלָּה מִכָּל מִלָּה	*Spinas ſuſtulit ex quaque dictione*
הֶחֱזִיר אֶל יוֹשְׁנָהּ הָעֲטֶרֶת	*Reſtituit in priſtinum Coronam.*
אַחֲרָיו לַאֲלָפִים וּרְבָבוֹת	*Poſt eum mille & myriades*
עָשׂוּ מִשְׁמָר אֶל מִשְׁמֶרֶת	*Fecerunt cuſtodiam ad cuſtodiam.*
רוֹב כַּת אַנְשֵׁי זֶה הַמַּעֲשֶׂה	*Maxima pars authorum hujus operis*
אָז בִּטְבֶרְיָא מִתְגּוֹרֶרֶת	*Tũc in urbe Tiberiade commorabatur,*
יָדָם הָיְתָה בָּרִאשׁוֹנָה	*Manus ipſorum fuit omnium primò*
בְּחָכְמָה זוֹ הַמְפוֹאֶרֶת	*In ſapientia hac prælaudata.*
גַּם הִמְצִיא דַּת הַנִּקּוּד	*Etiam invenit rationẽ punctationis,*

Digitized by Google

מֵהֶם הִיא לָנוּ נִמְסֶרֶת *Ab illis ea nobis eſt tradita*
גַּם הַטְּעָמִים הָיוּ שָׂמִים *Etiam accentus fuerunt appoſiti,*
לִהְיוֹת בָּם תּוֹרָה נִפְתֶּרֶת׃ *Ut eſſet per eos Lex explicata.*

Eſra, inquit, aſcendit ex Babylonia, ſeptuaginta annorum captivitate finitâ, & ſecum omnes exules Judæos inde abduxit, non ſecus ac ſi quis piſcinam profundam omnibus piſcibus evacuaret. Ille fuit Malachias. Sic priſcis Hebræorum quibuſdam creditum, unde Jonathan paraphraſtes Chaldeus, Malachiæ 1. 1. transfert: בְּיַד מַלְאָכִי דְּיִתְקְרֵי שְׁמֵיהּ עֶזְרָא סָפְרָא *Per manum Malachiæ, cujus nomen vocatur Eſra Scriba.* Et Rabbi David hoc loco ſcribit: *Rabbini noſtri, bonæ memoriæ, ajunt, Malachiam eſſe Eſram.* [Sic D. Hieronymus in commentariis in Malachiam, in principio: Malachiam autem Hebræi exiſtimant Eſram Sacerdotem &c.] At Aben Eſra: *Quidam dicunt, eum eſſe Eſram, ſed juxta meam ſententiam nomen ejus eſt ſicut ſcribitur.* Hinc Malachias, cujus nomen petitum eſt à מַלְאָךְ *Angelus*, juxta Eliam ſimilis fuit Angelo miniſtratorio, quem Deus adminiſtrandæ hominum ſaluti ex regno Babyloniæ in terram Iſraelis emiſit. Venit eò, ut Eccleſiæ Judaicæ in Babylonia corruptæ, & ſacræ Scripturæ in captivitate neglectæ, opem ferret. Sic fuit Scribarum & Legis divinæ peritorum pater. Libros enim ſacræ Scripturæ diſperſos recollegit, relegit, ſpiritu divino & prophetico recognovit, cum authenticis prophetarum libris contulit, varietatem lectionis & ſcriptionis notavit, omneſque difficultates ceu ſpinas ſuſtulit, quæ ipſius Maſoræ prima origo & genitura fuit, ut tota Scriptura tunc quaſi ex nova matre renata videretur.

Secundò idem Elias in ejuſdem libri Præfatione tertia circa finem ſcribit: וְהָאֱמֶת כִּי בַּעֲלֵי הַמָּסוֹרֶת הָיוּ לְמֵאוֹת וְלַאֲלָפִים דּוֹר אַחַר דּוֹר כַּמָּה שָׁנִים וְלֹא נוֹדַע לָנוּ זְמַן הַתְחָלָתָם גַּם זְמַן הִתַּמְּתָם׃

התמתם׃ id eſt, *Verum eſt, quòd authores Maſoræ fuerunt centeni & milleni*, (id eſt, quàm plurimi, infiniti) *una generatione poſt aliam annis compluribus, neq; cognitum nobis eſt tempus principii vel finis ipſorum.*

Tertiò, etſi tempus principii & finis Maſoræ Elias incertum hîc dicat, tamen in eadem præfatione præcipuum, immò certum & definitum Maſoretis tempus aſſignat, ubi ſcribit: וכן היה גם לנו קודם שנוסרו הנקדות ונמשך זה עד זמן חתימת התלמוד שהוא שנת ג׳ אלפים תתקפט ליצירה שהיא שנת תלו אחר חרבן בית שני ומאז והלאה היה לשון הקודש הלוך וחסור עד זמן בעלי המסורת והם אנשי טבריה היא מעזיא והיו חכמים גרולים ובקיאים במקרא וצחי לשון מכל שאר היהודים אשר היו ברורות ההם ואחריהם לא קמו כמותם׃ id eſt, *Similiter fuit apud nos, antequam fundata eſſent puncta, duravitq; illud uſq; poſt abſolutionem Talmud, quod fuit anno 3989. creationis mundi, qui eſt annus 436. poſt vaſtationem Templi ſecundi. Ab eo tempore & deinceps, lingua ſancta paulatim cœpit deficere, uſq; ad tempus Maſoretharum, qui fuerunt viri urbis Tiberiadis, quæ eſt Mœſia, Sapientes maximi & in Scriptura exercitatiſſimi, diſertiſſimiq; omnium reliquorum Judæorum, qui illis temporibus extiterunt.* Similiter, nempe, prout viderat Elias Romæ tres viros Chaldæos (ſic ipſos appellat) Pſalterium Davidis, vernaculâ ipſis Chaldæâ linguâ conſcriptum, ſine ullis punctis vocalibus expeditè legere, quòd exercitati eſſent in ea legenda inde à pueritia ſua: ſic, inquit, etiam apud nos Judæos fuit, qui legimus noſtros libros ſine notis vocalium ſcriptos, ſine ullo impedimento, uſque ad tempus Maſorætharum, qui notas vocalium demum aſcripſerunt. Factum id poſt abſolutum Talmud, cujus abſolutio & authentiſatio fuit Anno 436. poſt excidium Domus ſacræ ſecundæ. Hanc vaſtationem præceſſerunt anni 70, circiter, à

nato Chriſto Salvatore, qui ſi addantur prioribus, erunt 506. anni à nato Chriſto, quando Talmud ipſorum abſolutum, & ut liber juris authenticus, acceptatus fuit. Poſtea, linguâ deficiente, Tiberiade convenerunt Sapientisſimi & doctiſsimi quique, qui Maſoram confecerunt, & punctorum vocalium & accentuum notas, textui ſacro aſcripſerunt. Hæc mens eſt Eliæ, & hoc tempus præcipuum ab ipſo Maſorethis & Maſoræ complemento aſcriptum. Huic confirmando eadem faciunt, quæ idem Elias in præfatione in librum ſuum טוב טַעַם *De accentibus*, ſcribit, quòd Accentus & puncta non fuerint appoſita literis, niſi poſt abſolutum Talmud Babylonicum, שֶׁקָּמוּ בַּעֲלֵי הַמָּסוֹרֶת אֲשֶׁר בִּטְבֶרְיָא הַמְּדִינָה וְהִמְצִיאוּ זֹאת הַחָכְמָה׃ *quando exſurrexerunt authores Maſoræ, in Tiberiade urbe, & invenerunt hanc artem.* Quâ methodo etiam hoc factum ſit, docet eodem libro, cap. 2: de quo hîc agere nobis non eſt propoſitum, ubi duntaxat quærimus Maſoræ authores.

Quartò expreſsè in principio præfationis iſtius tertiæ affirmat, ante Tibérienſes iſtos Maſoram ſcripto comprehenſam non fuiſſe. Inquit enim: וְכֵן עִנְיַן הַמָּסוֹרֶת הַזֹּאת לְפִי. שֶׁנִּמְסְרָה לַחֲכָמִים אִישׁ. מִפִּי אִישׁ עַד עֶזְרָא וְסִיעָתוֹ וּמֵהֶם לְחַכְמֵי טְבֶרְיָא אֲשֶׁר כְּתָבוּהָ וְקָרְאוּ. לָהּ מָסֹרָה׃ *Et ſic vocatur Maſora hæc, propterea quòd tradita eſt Sapientibus oretenus usq; ad Eſram & concilium ejus, à quibus deinceps tradita eſt Sapientibus Tiberiadis, qui literis conſignarunt eam & vocarunt MASORAM.*

Denique idem Elias eodem loco adducit in ſuæ ſententiæ confirmationem, Rabbi Jonam, Grammaticum, qui paulò poſt milleſimum, à Chriſto nato annum floruit, & coævus fuit R. Jehudæ Chiug Feſſano, omnium Grammaticorum Hebræorum primo, qui R. Davidi Kimchio & Aben Eſræ ſæpè laudatus, ut & R. Jona, hunc,

Digitized by Google

hunc, inquam, Elias adducit, de Sapientum Tiberienſium peritia, ſic ſcribentem, הָרֵישׁ הַדָּגוּשָׁה וְהָרְפוּיָה בְּקִיאִים בָּהּ אַנְשֵׁי טְבֶרְיָא וְלֹא אֲנַחְנוּ כִּי הֵם צַחֵי הַלָּשׁוֹן מִכָּל הַיְּהוּדִים : id eſt, *Reſch dageſſatum eſt & raphatum, in quo exercitati fuerunt viri Tiberienſes & non nos: illi enim nitidiſsimam habuerunt linguam præ omnibus Judæis.* Hic nec Maſorethas, nec tempus ipſorum nominat, non tamen eſt dubium, quin iſtos Tiberienſes intelligat, quos Aben Eſra & Elias ſcribunt, authores Maſoræ fuiſſe.

Senſus ergo Elianæ ſententiæ de Maſoræ & punctorum vocalium origine huc redit:

1. *Maſoræ authores fuiſſe innumeros, diverſis ſeculis*
2. *Tempus principii & finis ipſorum eſſe incertum.*
3. *Tiberienſes Hebræos primum conſcripſiſſe Maſoram, & inveniſſe puncta vocalium & accentuum, poſt abſolutum Talmud, id eſt, longè poſt 500. à Chriſto Salvatore noſtro annos.*

Horum veritas & firmitas ut meliùs nobis innoteſcat, ut &, quid tota hæc Hebræorum Maſora ſit & cui uſui ſerviat, ſolidiùs & perfectiùs à nobis Chriſtianis tandem quoque intelligatur, altiùs hæc à prima origine inquirere, & ex ipſis fundamentis & intimis Maſoræ receſsibus perſcrutari, magnum operæ pretium fore duximus. Primò autem inquiremus in perſonas, deinde in tempus.

CAPUT IV.

De urbe Tiberiade.

QUandoquidem Tiberienſes Hebræi, Authores Maſoræ ſcriptæ primi ab Elia ſtatuuntur, quæramus primò Urbem ipſam à tam admirando opere celebrem.

טִיבֶרְיָא , טְבֶרְיָא Hebræis Scriptoribus dicitur urbs,

quæ Græcis vocatur Τιβεριὰς, *Tiberias.* De hac Elias ſuprà dixit, הִיא מְעֻזְיָא *Ea eſt Mæſia*, & R. Jacob author diſpoſitionis Maſoræ impreſſę, in Maſora magna ad finem Operis biblici adjecta, in Litera ח, ad ordinem חלף ſcribit: וְדִקְדּוּקֵי הַטְּעָמִים שֶׁחִבֵּר רַבִּי אַהֲרֹן בֶּן אָשֵׁר מִמָּקוֹם מְעֻזְיָה הַנִּקְרָאת טְבֶרְיָה: *Et doctrinas accentuum, quas compoſuit R. Aharon filius Aſcher ex loco ſive urbe Mæſia, quæ vocatur Tiberia.* Hinc Munſterus in principio ſuæ Grammatices, ubi de vocalibus ex Elia agit, ſcribit: *Judæi autem illi Tiberitæ, qui ſcilicet habitabant in Mæſia Paphlagoniæ*, &c. Paphlagonia regio eſt Aſiæ minoris ad Pontum Euxinum ſita: Myſia, Μύσια regio ejuſdem Aſię ad Helleſpontum verſus Propontidem, in cujus protractu ad Phrygiam majorem Geographi ponunt Tiberiopolin. An hæc iſta Tiberias ſit, quam Mœſiam vocant, aliis inquirendum relinquimus. Nos quærimus eam, quæ omnium Judæorum linguæ Hebraicæ peritiſſimos Maſorethas genuit. Hæc autem eſt Tiberias, quæ in terra Galilææ, ad lacum Genneſareth ſita fuit, de cujus ortu & ſitu, Joſephus nobilis & antiquiſſimus rerum Judaicarum Scriptor, libro Antiquitatum Judaicarum 18. cap. 3. ita nobis refert: *Herodes porrò tetrarcha receptus in ſummam amicitiam Tiberii, de ipſius nomine urbem à ſe conditam, vocavit Tiberiada, electo ad hoc optimo agro Galilææ, in ora lacus Genneſarethici, unde non longè apud Emmauntem vicum, ſunt aquæ calidæ. Hæc partim à convenis, partim à Galilæis habitata eſt*, & cæt. Herodes iſte ab Antonio Triumviro Romano, Tetrarcha Judææ conſtitutus fuit, annis circiter quadraginta ante Chriſti nativitatem, juxta Chronicon Bucholceri. In Joſepho autem frequens deinceps eſt Tiberiadis iſtius mentio, qui ipſemet eam aliquando ſingulari ſtratagemate ab hoſte liberavit, ut ſcribit lib. 2. de bello Judaico, cap. 27. At à Veſpaſiano fuit capta, ut refert ibidem

ibidem cap. 16. Lacus Genneſareth deſcriptio ibidem, cap. 18. Sed & in Novo Teſtamento ejus mentio & memoria celebris, Chriſto ad eum ſtante, cùm maxima turba ad eum confluerет, audiendi verbi Dei cauſâ, Lucæ 5. 1. Dicitur etiam *Mare* ex Hebraiſmo, ſive Mare Galilææ, Matth. 4. 13. & Mare Tiberiadis, à celebritate urbis iſtius, Johan. 5. 1. & 21. 1. [Hinc ſcribit C. Julius Solinus, in Polyhiſtore cap. 38. ubi de Lacubus Judææ agit; *Sed lacus Tiberiadis his omnibus anteponitur, ſalubris ingenuo hauſtu, & ad ſanitatem uſu efficaci.*] Ad hujus lacus tractum erant quoque aliæ urbes, ut Capernaum, Chorazin, Bethſaida, & aliæ.

Porrò de ſitu urbis & thermis ejus, apud Hebræos ſcriptores quoque nonnulla leguntur Joſepho conſona, quæ ſilentio minimè nobis prætereunda. Apud Jonathanem paraphraſten Chaldæum in Legem, Deut. 3. ꝟ. 17. ita ſcriptum legitur: וְקַרְתָּא טְבֶרְיָה דִסְמִיכָא לְיַמָּא דְמִלְחָא *Et ad urbem Tiberiada, quæ ſita eſt ad mare ſalis.* Loquitur ibi Moſes de terminis terræ tribus Ruben & Gad, qui inter cæteros erant quoque à mari Kinnereth ſive Genneſareth uſque ad mare ſalis. Tiberias autem ad lacum Genneſareth ſita erat, qui infra Tiberiada ſe in Jordanem effundebat. Jordanis tandem ſatis longo tractu in mare ſalis labitur, quouſque iſtarum tribuum limites protendebantur. Teſtis Joſephus lib. 3. de bello Judaico, cap. 18. ubi de Jordane ait: *Centum autem & viginti aliis prateritis ſtadiis, poſt oppidum Juliada, Genneſar lacum medium tranſemenſus, deinde multam per ſolitudinem in Aſphaltitem lacum*, (ſive mare ſalis aut mortuum) *exit*. Guilhelmus Poſtellus in lib. De univerſitate, in Syriæ deſcriptione: *Primi*, inquit, *vocabant lacum Genezar, poſteriores Tiberiadis, alii Galilææ, in quo pars torrentis Kiſon ab occaſu recipitur. Alluit lacus ille plures urbes & vicos, ſed celebrio-*

res,

Digitized by Google

res, quum extabant, ab occaſu Capernaum & Tiberiada, ab ortu Genezar, unde primum nomen ſtagno. Et mox: *Inde item per ſexaginta millia paſſuum, devenit in lacum Aſphaltitem,* (*aut mare mortuum*) *adhuc ultionem divinam redolentem.* Malè itaque conſuta eſt iſta ſuperior Jonathanis interpretatio.

Author libri מוּסָר, fol 88. 2. editionis Cracovianæ, ex Talmudicis adducit: אָמַר ר׳ יוֹסֵי יְהִי חֶלְקִי עִם מַכְנִיסֵי שַׁבָּת בְּטְבֶרְיָא וּבְמוֹצָאֵי שַׁבָּת בְּצִפּוֹרִי׃ *Inquit Rabbi Joſe: Sit pars mea cum ingredientibus ſabbathum in Tiberiade, & cum egredientibus à Sabbatho in Tzephore.* Interpretatio authoris Muſar: *Tiberias ſita erat in valle, ita ut non conſpiceretur ipſis amplius ſol, quaſi dimidiâ horâ ante occaſum ejus, idcirco lucente adhuc ſole ſabbathum inchoabant, & adjiciebant ad ſanctum* (nempe partem diei communis). *Tzephore urbs ſita erat in vertice montis, ut ſolem adhuc conſpicerent lucentem, dum aliis occideret, ideoq́; longius protrahebant ſabbathum quàm alii, & adjiciebant de prophano ad ſanctum,* id eſt, partem diei ſequentis ad ſabbathum. Tzephore urbs, Joſepho vocatur Sepphoris, quam ipſe aliquando ab hoſte liberavit, lib. 2. de bello Judaico, cap. 27. Guilhelmus Poſtellus, in libro De univerſitate, in Syriæ deſcriptione, ait: *Inde* (à vico Nazareth) *ad Sephoram urbem ſunt tres leucæ: ex ea putatur ortus Joſephus, pater politicus Chriſti.* De hac urbe in ſequenti capite plura.

Abraham Zachuth, author libri יוּחֲסִין, fol. 21. 2. ſcribit: וּטְבֶרְיָה עֲמוּקָה מִכֻּלָּם *Et Tiberias depreſſior erat præ reliquis omnibus.* Joſephus lib. 3. de bello Judaico, cap. 17: *Etenim civitatem* (Taricheas) *ita ut Tiberias, ſub monte poſitam,* & cæt. [Sic R. Salom. Soph. 1. 11. ad verba; *Ululate habitatores Machteſch*, ſcribit: זו טבריא שעמוקה מכל ארץ ישראל *Iſta eſt Tiberias, depreſſior totâ terrâ Iſraelis.*]

Rabbi Benjamin Tudelenſis in Itinerario ſuo, utriuſque

uſque hujus urbis etiam meminit, ubi ſcribit: משם שלשה פרסאות לשיפוריה היא ציפורי ושם קברו של רבינו הקדוש ורבי חייא שעלה מבבל ויונה בן אמתי הנביא והם קבורים בהר ויש שם קברים הרבה: ומשם ה׳ פרסאות לטיבריה היושבת על הירדן הנקרא ים כנרת: id eſt, *Hinc tribus milliaribus Sipuria eſt, quondam Tziphori dicta, ubi ſepulchrum eſt Rabbi Jehudæ Magiſtri noſtri ſancti, & R. Chaijæ qui migravit ex Babylonia, & Jonæ filii Amittai prophetæ, qui in monte ſepulti ſunt, & aliorum plurimorum. Inde quinque milliaribus Tiberias eſt, ſita ad Jordanem, qua ibi dicitur Lacus kinnereth.*

Joſephus ſuprà meminit etiam aquarum calidarum, quarum & apud Talmudicos frequens eſt laudatio. Hinc in libro Megilla, fol. 6. 1. legitur: חַמַּת זוּ טְבֶרְיָה וְלָמָּה נִקְרָא שְׁמָהּ חַמַּת עַל שֵׁם חַמֵּי טְבֶרְיָא: *Chammat eſt Tiberias. Quare vocatur nomen ejus Chammat? propter Chamme* (id eſt thermas ſive aquas calidas) *Tiberiadis.* Eſt autem Chammat nomen urbis, Joſ. 19. 35. [Unde & Num. 34. 8. pro Hebræo מֵהֹר הָהָר תְּתָאוּ לְבֹא חֲמָת *A monte Hor fines conſtituite ad acceſſum urbis Chamath*; in Targum Jonachanis habetur; מְטוּרוֹס אוּמָנוֹס תְּכַוְונוּן לְכוֹן מֶעְלָךְ לִטְבֶרְיָא *A monte Umano diſponetis vobis terminum uſq; ad Tiberiada.*] In libro Peſachim fol. 8. 2. מִפְּנֵי מָה אֵין חַמֵּי טְבֶרְיָא בִּירוּשָׁלַיִם *Quare non ſunt thermæ Tiberiadis in Jeruſalem? ne aſcendentes ad feſta dicerent, ſe non aſcendiſſe niſi ad lavandũ in thermis Tiberiadis?* Habuerat etiam Tiberias, aquas ſive fontium ſive lacus, potabiles & facilis digeſtionis, ut viderentur limpidæ exire, ſicut erant potæ, unde rurſus apud Talmudicos in libro מכשירים Machſchirim, cap. 6. fol. 141. הַשּׁוֹתֶה מֵי טְבֶרְיָא שֶׁיּוֹצְאִים נְקִיִּים *Bibens aquas Tiberiadis, quæ egrediuntur limpidæ.* De aquis Lacus Geneſareth, Joſephus lib. 3. de bello Judaico, cap. 18. *Lacus autem, Geneſar, à terra continente appellatur, quadraginta ſtadiis in latitudine patens, centumq; in longitudine, aquæ dulcis eſt, atq; potabilis.* Rabbi Benjamin Tudelenſis in

Digitized by Google

Itinerario ſuo, ubi de Tiberiade agit: וְשָׁם מַיִם חַמִּים הַנּוֹבְעִים מִתַּחַת הָאָרֶץ וְקוֹרִין לָהֶם חַמֵּי טְבֶרְיָה׃ *Illic etiam ſunt aquæ calidæ ſcaturientes ex terra, quæ vocantur Thermæ Tiberiadis.* Meminit ibidem quorundam etiam celebrium ſepulchrorum, quæ ibi reperit. [Plinius lib 5. cap. 15. ubi de Jordanis ſitu agit; *Ab Occidente*, inquit, *Tiberiade circumſeptus, aquis calidis ſalubri.*] Sic urbis Tiberiadis ſitum & qualitatem aliquam inveſtigavimus: videndum porrò, quam à literis ac literarum ſtudiis, Scholisque celebritatem habuerit, ut tot viri docti, Maſoræ authores, inde ceu ex equo Trojano prodierint. [Plura de hac urbe & ejus ſitu qui volet, adeat Doctiſſimi viri, Johannis Lightfooti, Angli, Horas Talmudicas, in Centuria chorographica, cap. 70. & aliquot ſeqq.]

CAPUT V.

De Schola & Sapientibus Tiberiadis.

SI Tiberias omnium Judæorum in lingua Hebræa peritiſſimos artifices, artis tantopere laborioſæ & ingenioſæ, Maſorethicæ & punctatoriæ, produxit, & quidem eo tempore, quando Judæam terram horrenda vaſtitas tegebat, æquiſſima ratio poſtulat, ut literarum ſtudia firmiſſimas ibi radices jam longo tempore egerint, & ſapientia ipſa *Sicuti magna Jovis antiquo robore quercus Ingentes ibi ramos tetenderit*, ut Vergilius loquitur. Studioſiùs ergo nonnihil, & quantum fieri poteſt diligentiſſimè rimemur, quæ nam poſt horrendam iſtam auguſtiſſimorum Hieroſolymorum ruinam, huic Tiberiadi tam exuberans à literis & ſapientiæ cultu laus nunquam intermoritura in omnem poſteritatem remanſerit.

Primùm ergo, poſt Urbis per Titum Veſpaſianum exci-

excidium, multos in terra Iſraelis paſſim doctos Judæos remanſiſſe, negari nullo modo poteſt. Fuerunt autem reliquiæ Judæorum partim in Babyloniam ejectæ, partim manſerunt in Palæſtina ſive terra Iſraelis, ubi in locis & urbibus commodioribus ſcholas & eccleſias paulatim reſtaurarunt. Inter eas, quæ ſapientum aliquot nominibus celebriores redditæ, referuntur in Hebræorum ſcriptis, Jafne, Zephoria, Cæſarea, Tiberias.

De יַבְנֶה Jafne legitur in Itinerario Benjaminis: וּמִשָּׁם ג׳ פַּרְסָאוֹת אֵיבְלִין הִיא יַבְנֶה וְעַדַיִן נִרְאֶה שָׁם מְקוֹם בֵּית הַמִּדְרָשׁ׃ *Hinc* (à Japho ſive Joppe) *ſunt tria milliaria uſq; ad Ebalin, quæ eſt antiqua Jafne, & ad hæc uſq; tempora viſitur ibi domus Scholæ.* Primus hujus Scholæ Rector fuit Rabban Jochanan filius Zachæi, qui ex ruinis Hieroſolymorum evaſerat, & Jafnem pervenerat, ubi per quinque annos Rector Synagogæ & Caput exulum fuit, וְתִקֵּן שָׁם סְיָגוֹת לְתוֹרָה *& fecit ibi ſepes Legi*: id eſt, doctrinâ & legibus vivendi, Verbum Dei confirmavit & propagavit: Liber Tzemach David fol. 39. Juchaſin fol. 20. Huic ſucceſſit Rabban Gamaliel ſecundus, Rabban Gamalielis ſenis, Pauli Apoſtoli præceptoris filius, & deinceps dictus fuit רבן גמליאל דיבנה Rabban Gamaliel Jafnenſis, Tzemach ibid.

De Tzephoria legitur in Talmud Jeroſolymitano, libro Megilla, cap. 1. טִיבֶּרְיָא שֶׁהַיָּם חוֹמָה לָהּ׃ רַבִּי יוֹחָנָן קְרֵי לָהּ כְּנִשְׁתָּא דְצִיפּוֹרָא וַאֲמַר הָדָא הִיא עֶקְר טִיבֶּרְיָא קַדְמִיתָא׃ id eſt, *Tiberias, cui mare murus eſt: Rabbi Jochanan vocavit eam Synagogam Sephorianam, dixitq́; eam eſſe ipſiſſimam Tiberiada antiquam.* [R. David Sophon. 1. 10. illud, מֵהַגְּבָעוֹת *A vallibus*, explicat, זה ציפורי שיושבת בראשי ההרים *Hæc eſt Tzephoria, ſita in cacuminibus montium.*]

De Cæſarea, in libro Juchaſin fol. 74. 1. רַבִּי אַבָּהוּ הָיָה יוֹשֵׁב בְּקֵיסָרִין *Rabbi Aſhu habitabat Cæſareæ.* Alia multa te-

ſtimonia prætereo, quia Tiberiadẽ duntaxat quærimus.

De Tiberiade, in lib. Juchaſin, fol. 31. 1: ר׳ יוסי בן קסמא היה בטבריה: *Rabbi Joſe filius Kiſma erat in Tiberiade.* Et fol. 74. 1: והיה יושב בקיסרין ושלח לרבי חנינה בנו לטבריא ללמוד *Et reſidebat Cæſarea miſitq́; ad R. Chaninam, filium ſuum Tiberiadem, diſcendi causâ.* Et fol. 82. 1: רבי אמי הכהן חברו של ר׳ אסי הכהן התלמיד המובהק והגדול מרבי יוחנן והוא נשאר למלא מקומו להיות ראש ישיבה בטבריה id eſt, *Rabbi Ammi ſacerdos collega erat R. Aſſci ſacerdotis, diſcipulus clariſſimus, & major ipſo R. Jochanane, qui erat factus ſuperſtes ut compleret locum ejus, eſſetq́; Caput Academiæ Tiberienſis.* In libro Talmudico Megilla, fol. 6. והא רבי בטבריא הוה וטבריא מוקפת חומה מימי יהושע בן נון: *Et ecce Rabbi* (Jehuda ſanctus) *Tiberiade fuit: Tiberias autem circumdata fuit muro, inde à diebus Joſuæ filii Nun.* Alio quippe nomine prius appellata fuit, donec accepit nomen Tiberiadis ab Herode tetrarcha, qui eam reſtauravit, & novo nomine in honorem Tiberii Cæſaris appellavit, ut ſuprà dictum. Ideo ibidem in Talmud ſubjiciunt, explicando locum Jehoſuæ cap. 19. verſ. 35. Et urbos munitæ Tziddim, Tzer & Chammat, Rakkat & Kinnereth, וקימא לן רקת זו טבריא הינו טעמא דמספקא ליה משום דחד גפא דשורא ימא הוה: *Hinc confirmatio nobis, Rakkat eſſe Tiberiadem, eſtq́; ratio ejus quod dubium ipſi erat, quod ab uno latere muri, ipſi erat mare,* id eſt, ab una parte pro muro habebat mare, quod urbem alluebat. In libro Juchaſin fol. 21. 2: ורבי היה עם שבעין סנהדרין בבית שערים ובטבריה ובציפורי וטבריה עמוקה מכלם ושם גלתה סנהדרין גלות עשירי: id eſt, *Et Rabbi* (Jehuda ſanctus) *erat cum ſeptuaginta judicibus in Bethſchearim, in Tiberiade & Sephore. Tiberias autem erat profundior omnibus. Eò erat translatum Synedrium ſive Senatus magnus, translatione decima.* [De his decem translationibus Synedrii, vide Talmud Roſch haſchána, cap. 4. fol. 31. 1. & inde

in Maje-

in Majemonide Hilchos Sanhed. cap. 14. §. 12. ubi ait; *In decem loca translatum eſt Synedrium*, וסופן לטבריה *quorum ultimus fuit Tiberiade.*] Quando apud Talmudicos abſolutè dicitur Rabbi, tunc per excellentiam intelligitur Rabbi Jehuda, quem ab inſigni pietate vocant ר׳ יְהוּדָה הַקָּדוֹשׁ *Rabbi Jehudam ſanctum.* Hic Rabbi Jehuda ſanctus ſub Antonino Imperatore, quem *Pium* cognominarunt, celebris fuit, quem & Imperator largiſſima clementia & favore ſummo proſequebatur. Putant Hebræi, hos duos quandoque Tiberiade ſimul converſatos, & Imperatorem ex favore erga Rabbi Jehudam, voluiſſe urbem Tiberiada libertate donare, omniqúe ſervitute, & tributi jugo eximere. Id colligunt ex loco quodam Talmudico, qui legitur in libro de Idololatria, cap. 1. fol. 10. his verbis; אֲמַר לֵיהּ אַנְטוֹנִינוּס לְרַבִּי בְּעֵינָא דְּיִמְלוֹךְ אֲסְוִירוּס בְּרִי תְּחוֹתַי וְתִתְעֲבֵד טִבֶרְיָא קְלוֹנְיָא׃ *Dixit Antonius ad Rabbi* (Jehudam): *Cupio ego ut regnet Aſuerus filius meus pro me, & fiat Tiberias colonia libera.* Coloniæ quædam apud Romanos erant liberæ, omniqúe tributo exemptæ, ut gratuito labore locum aliquem cultiorem redderent. Hinc Gloſſator Talmudicus, קְלוֹנְיָא בַּת חוֹרִין שֶׁלֹּא תִתֵּן מַס לְעוֹלָם *Colonia eſt filia liberorum* (id eſt, libera, libertate donata) *quæ nunquam det tributum.* Ibidem in Talmud: כִּי שְׁכִיב אַנְטוֹנִינוּס אֲמַר רַבִּי נִתְפָּרְדָה הַחֲבִילָה׃ *Cùm mortuus eſſet Antoninus, dixit Rabbi Jehuda: diſſolutus eſt faſciculus*; id eſt, vinculum amicitiæ quod erat colligatum inter nos. Hujus Imperatoris indultu, idem Rabbi Jehuda, Anno Chriſti 190. (juxta quosdam, 220. ſupputatione Judaica) collegit omnium ſuperiorum Rabbinorum Placita & Conſtitutiones in certos Aphoriſmos, & certis libris & Partibus diſtinxit, quibus in Judæa communis juris authoritas attributa fuit. Hic liber fuit appellatus מִשְׁנָה quaſi *Lex iterata vel*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ſecunda, qui etiamnum hodie Textum juris Judaici conſtituit. Fortè in urbe Tiberiade, ubi vixiſſe hic Rabbi videtur, aut in Sephoria, ubi ſepultum eum eſſe, paulò antè retulimus, conſcriptus eſt. Hic liber deinceps ſequentibus annis in Scholis Judææ publicè prælectus, & variis Doctorum diſputationibus illuſtratus & auctus fuit, ex quibus conjunctis Anno Chriſti 230. prodiit Talmud Hieroſolymitanum, ſic dictum, non quòd in urbe iſta eſſet factum, ſed in Judæa ſive terra Iſraelis, cujus caput fuerat Hieroſolyma.

Hactenus vidimus, ſtudia literarum in terra Iſraelis, poſt excidium urbis fuiſſe reſtaurata & conſervata, urbem quoque Tiberiada à literarum laude non incelebrem, uſque ad annum Chriſti 230. At verò poſt hæc tempora nihil admodum celebre de Scholis literarumque ſtudiis in Judæa, Chronica Hebræorum referunt, Nam hic Rabbi Jehuda poſt publicatum Talmud Hieroſolymitanum, eodem anno aut ſequenti mortuus fuit, poſt cujus obitum ſtudia literarum in Judæa diſſipata fuerunt, & Scholæ in Babyloniam translatæ, quarum cultum & nos hîc quaſi in tranſitu perluſtrabimus.

CAPUT VI.

De translatione Scholarum ex Judæa in Babyloniam.

MOrtuo Rabbi Jehuda ſancto, qui omnis literaturæ Judaicæ ſolum & unicum lumen & columen erat, animam penè omnes Scholæ in terra Iſraelis cum ipſo exhalarunt. Nam illicò poſt mortem, aut paulò antè mortem ejus, ut alii volunt, duo primarii ejus diſcipuli, Raf & Samuel, in Babyloniam migrarunt, ubi ſtudia cœperant longè eſſe cultiora, eoque maximam partem Do-

tem Doctorum & diſcentium, ſecum ex Judæa pertraxerunt, ut teſtantur Chronica ipſorum.

Tres autem in Babylonia erant celeberrimæ Academiæ, in urbibus *Nahardea, Sora & Pumbeditha.*

Nahardea, Babylonicè נהרדעא vocata fuit quaſi *flumen ſcientiæ.* Ab Euphrate, fluminis nomen, & à Schola, ſcientiæ cognomen ſortita eſt. Erat enim ad ripam Euphratis ſita, loco ſtudiis aptiſſimo & commodiſſimo. Ejus meminit Joſephus libro Antiq. 18. cap. 12. his verbis: *Neerda* (ſic ponunt libri vulgati) *dicitur urbs Babyloniæ, frequens populo & agro fertili, qui tantam multitudinem poſſit alere: adhæc non patet hoſtium aſſultibus: cincta fluentis Euphratis & firmiſſimis mœnibus.* In Chronico Schalſcheleth, fol. 33 editionis Cracovianæ: נהרדעא וסורא תרויהון על נהר פרת ונהרדעא לעיל מסורא טפי מן כ׳ פרסין׃ *Naardea & Sora ambæ ſunt ad flumen Euphratis: Nahardea autem ſupra Soram eſt plus quàm viginti milliaribus.* Rabbi Benjamin in Itinerario ſuo bis ejus nominis meminit, quo tamen non urbem, ſed totum tractum Naardenſem intelligit. Scribit enim: ומשם שני ימים לשפיתיב ושם כנסת שבנו ישראל מעפר ירושלם ומאבניה וקורין אותה שפיתיב אשר בנהרדעא׃ *Inde bidui itinere eſt urbs Sephitif, ubi eſt Synagoga, quam ædificarunt Iſraelitæ ex terra Hieroſolymitana & ex lapidibus ejus* (id eſt, ex ruderibus urbis Jeruſalem) *vocantq́ eam Sephitif, quæ eſt in Naardea,* id eſt, Naardeenſi tractu, qui à celebritate hujus urbis latiſſimum nomen accepit.

De Sora in eodem Itinerario legitur: ומשם יום וחצי לסוריא היא מתא מחסיא שהיו בה ראשי גליות וראשי ישיבות בתחלה׃ *Inde diei unius & dimidii iter eſt Soriam, Mata Mehasja dictam, in qua fuerunt Capita exulum & Capita Academiarum à principio.*

De Pumbeditha in eodem libro: ומשם שני ימים לאל ועבר

יובר היא פומבדיתא אשר בנהרדעא ושם כמו אלפים יהודים וביניהם תלמידי חכמים ׃ *Inde duorum dierum iter eſt ad El-jobar, quæ Priſca Pumbedita eſt, in Naardeenſi tractu* (id eſt, ad Euphratem) *ſita, ubi fuerunt quaſi duo millia Judæorum, inter quos diſcipuli ſapientum doctiſsimi.* Et inferius: ומשם יום וחצי לאילנבר היא פומבדיתא אשר על שפת פרת ושם כמו שלשת אלפים מישראל ושם כנסת רב ושמואל ובית מדרש ׃ *Inde diei & dimidii iter ad Elnabar, quæ eſt antiqua Pumbeditha, ad Euphratis ripam, fueruntq́ illic tria millia Iſraelitarum, & Synagoga Raf & Samuelis, & Schola.* Videtur idem eſſe cum præcedenti, ſed diverſa locutione. Hic Rabbi Benjamin in Syriam peregrinatus eſt Anno Chriſti 1170. & inde ſuum Itinerarium conſcripſit, unde colligere licet, ſi eo tempore loca iſta tot Judæis fuerint referta, olim longè celebriora fuiſſe. Sed videamus antiquius teſtimonium ex Talmudicis, apud quos legitur in libro Sanhedrin cap. 1. in fine: רבותינו שבבבל רב ושמואל רבותינו שבארץ ישראל רבי אבא ׃ דיני גולה קרנא ׃ דיני דארץ ישראל ר' אמי ור' אסי ׃ דיני דפומבדיתא רב פפא בר שמואל ׃ דיני דנהרדעא רב אדא בר מניומי ׃ סבי דסורא רב הונא ורב חסדא ׃ סבי דפומבדיתא רב יהודה ורב עינא ׃ חריפי דפומבדיתא עיפה ואבימי בני רחבא ׃ אמוראי דנהרדעא רב חמא נהרבלאי ׃ id eſt, *Rabbini noſtri in Babylonia fuerunt Raf & Samuel: Rabbini noſtri in terra Iſraelis, R. Abba cum ſuis. Judices Golæ urbis, Karna cum ſuis: Judices terræ Iſrael, Rabbi Amme & R. Aſſe: Judices Naardeæ, Raf Ada filius Minjomi cum collegio ſuo. Seniores Soræ, Raf Huna & Raf Chaſda: Seniores Pumbedithæ, Epha & Abimi, filii Rachbæ. Profeſſores Talmudici Pumbedithæ, Rabba & Raf Joſeph: profeſſores Talmudici Naardeæ, Raf Chamma Naharbelitha, & collegium ejus.*

Denique in Notis maſorethicis ad הליהוה Deut. 32. 6. quod irregularis punctationis eſt, ſic annotatum legitur: לסוראי ה' לחוד ליהוה לחוד ׃ לנהרדעאי הל לחוד יהוה לחוד לספרים

לְסִפְרִים אֲחֵרִים חֲדָא מִלְּתָא׃ *Sorienſibus ſcribitur* ה *ſeorſum, &* ליהוה *ſeorſum; Naardeenſibus* הל *ſeorſum, &* יהוה *ſeorſum; in aliis libris eſt una dictio.* Hæc Maſora non videtur eſſe priorum Maſoretharum, ſed poſteriorum Rabbinorum, qui Maſoram parvam ex magna extraxerunt.

Porrò ſunt qui putant, non poſt excidium poſtremum in Babylonia primùm Scholas inſtitutas Hebraicas, ſed inde à prima uſque captivitate Nahardeenſem Scholam perduraſſe. Id videre eſt in R. Moſe mikkotzi in Præfatione ejus in librum Præceptorum, ubi inter cætera ita ſcribit: וכאשר הגלתה הגולה לבבל מאותו יום והלאה ישיבת החכמה לא זזה ממקום נהרדעא היושבת על נהר פרת ושם ועד לחכמים עד היום הזה אשר למדו מפי הנביאים המוגלים וכשעלו בני הגולה עם זרובבל לירושלם עלו מקצתם עם עזרא וקבעו ישיבת החכמה בירושלים ואף על פי שישיבת החכמה אשר בנהרדעא לא פסקה׃ id eſt, *Quum deportaretur captivus populus in Babyloniam, ab eo tempore & deinceps Schola ſapientiæ non receſſit ab urbe Nahardea, quæ ſita eſt ad flumen Euphratis, ubi eſt collegium ſapientum in hunc uſq; diem, qui didicerant ex ore Prophetarum deportatorum. Quando autem aſcenderunt deportati cum Zorobabele Hieroſolymam, aſcenderunt quidam cum Eſra, & fixerunt Scholam ſapientiæ Hieroſolymæ, etſi interea Schola Nahardeana non ceſſaret.*

Sic ergo doctis præcipuis ex Palæſtina in Babyloniam, poſt obitum Rabbi Jehudæ ſancti, circa annum Chriſti 230. tranſlatis, ibi deinceps ſtudia literarum ferventiſſimè fuerunt exculta. Principaliter ibi Profesſio Juris Judaici viguit, quod libro Miſchna, tanquam Corpore juris authentiſato, erat comprehenſum, & quidem continuis prælectionibus & diſputationibus eouſque ventilatum & diſcuſſum, ut inde Anno poſt excidium Urbis 436. ut Elias ponit, id eſt, Chriſti 506. *Talmud Babylonicum*, in ſex Partes principales, & 63. libros

Digitized by Google

diſtinctum, prodierit, quo etiamnum hodie univerſa Judæorum natio regitur. Quomodo autem tres iſtæ Academiæ in Babylonia floruerint, & qui ſingularum præcipui Rectores & Doctores fuerint, id nominatim Chronica Hebræorum, ut Kabala R. Abraham, Liber Juchaſin, Schalſchelet & Tzemach David referunt, & continuant uſque ad annum Chriſti 1037. Tunc Scholæ Babylonicæ prorſus fuerunt abolitæ, ſapientibus in Hiſpaniam aliasque Europæ partes profugis, ut teſtatur R. Abraham in Kabala, fol. 32. col. 4. Schalſchelet fol. 37. Tzemach David fol. 53.

At quia in ſuperiori loco Talmudico facta adhuc mentio quorundam Rabbinorum & Judicum terræ Iſraelis, qui ibi vixerint, quando ſimul Academiæ Babylonicæ erant in vigore, redeundum nonnihil in Palæſtinam, ut quid ibi interea actum, ſilentio non transeamus.

CAPUT VII.

De ultimis Sapientibus Tiberiadis.

POſt Rabbi Jehudam ſanctum, non omnis doctrina ex Palæſtina in Babyloniam migraſſe videtur. Chronica quidem poſt ipſum nihil memorabile de Scholis & ſapientibus Palæſtinæ tradunt, non tamen omnino ceſſaſſe videntur. In præcedenti loco Talmudico inter judices, qui erant quaſi Prætores aut Conſules, ſimul Doctores ſcholarum terræ Iſraelis commemorantur, Rabbi Ammi & Rabbi Aſſi. Hos refert Hiſtoria Hebraica floruiſſe in terra Iſraelis circa annum Chriſti 300. ut videre eſt in Juchaſin fol. 106. & Tzemach David fol. 46. Deinde Anno Chriſti 340. celebre obtinebat nomen inter omnes Judæos *Hillel hannaſi*,

Princeps

Princeps ſive Dux exulum Hillel, qui ſimul erat Philoſophus & Aſtronomus inſignis præ omnibus Judæis, ita ut novum Computum conficeret, reducendo eum ad Computum antiquum Rabbi Adæ. In qua autem urbe vel Academia vixerit, Chronica Hebraica non exprimunt. Joſephus Scaliger in libro De emendatione temporum, pag. 594. ſcribit: *Magiſtri Tiberiadis hanc periodum ſuſtulerunt, & novum* עבור *id eſt, computum inſtituerunt.* Non legitur alius, quàm iſte Hillel, computum reformaſſe, unde iſti Magiſtri Tiberiadis de hoc Hillele intelligendi, eò etiam magis, quòd ejus Hillelis computum Judæi univerſi in hodiernum uſque diem ſequuntur, & ſequuturi ſunt, uſque ad ſuum Liberatorem quem exſpectant, ut videre eſt in Juchaſin fol. 90. & Tzemach David fol. 46. Ergo juxta Scaligerum, iſte Hillel Tiberiade vixerit; & eo uſque Tiberias floruerit. Sed aliud certius eſt, quod indicat, Scholarum adhuc florem quendam in hac terra hucuſque perduraſſe. Nam ſub hoc Hillele dignitas Promotionum Magiſtralium deſiit. Unde in Schalſchelet fol. 34. legitur: והוא היה אביו של רבי הלל הנשיא שהיה נסמך בארץ ישראל וסוף הנסמכים כנראה במסכת ע"א *Ipſe* (R. Jehuda Neſia) *fuit pater Rabbi Hillelis Principis, qui fuit promotus in Magiſtrum in terra Iſraelis, & finis promotorum, ut videre eſt in libro Talmudico De Idololatria.* Et in Tzemach David, ubi de hoc Hillele agitur, fol. 47. ובו יספקו הסמוכים בארץ ישראל *Et in ipſo deſierunt promoti in terra Iſraelis.* Quod ſi ergo Promotiones Scholaſticæ hîc ceſſarunt, veriſimile eſt ſimul etiam Profeſſiones & publica docendi exercitia deſiiſſe, cùm dignitates iſtæ ſint virtutis literariæ præmia, quibus ſtudia rectè conſervantur & propagantur. Cui robur accedit inde, quod Chronica Hebræorum poſt hunc Hillelem, nihil quicquam ampliùs de Scholis

D 2

aut Sapientibus Palæſtinæ referunt, ſed Babylonicas Scholas preſsè ad extremum terminum proſequuntur. [Epiphanius, qui Hieronymi & Auguſtini tempore vixit, & circa initium quarti ſeculi mortuus, ut à Bucholcero traditur, Tiberiadis quoque, & Bibliothecæ ejus non incelebrem mentionem facit, lib. 1. contra Hæreſes, tomo 2. fol. edit. Baſileenſis 60. ubi ita ſcribit: *Jam verò etiam aliqui dixerunt, Evangelium ſecundum Johannem de Græca lingua in Hebræam translatum eſſe, & in Judæorum gazophylaciis haberi, videlicet quæ ſunt in Tiberiade, & repoſitum eſſe inter apocrypha, velut quidam Judæi ad fidem converſi exactè nobis expoſuerunt. Erat autem ex ipſis quidam Joſephus, non ſcriptor & hiſtoricus ille vetus, ſed è Tiberiade, qui temporibus Felicis Conſtantini Imperatoris illius ſenioris vixit, & ab ipſo Imperatore Comitum dignitatem aſſecutus, & poteſtatem accepit, ædificandi Eccleſiam Chriſto in eadem Tiberiade, & in Diocæſarea* (*quæ & Sipphorin appellatur*, ſcribit non longè poſt) *& in Capernaum & in aliis civitatibus. Et multa paſſus eſt ab ipſis Judæis, antequam Imperatori manifeſtaretur.* Conſtantinus Imperator obiit, ut Euſebius refert, circa Annum Chriſti 340. unde non obſcurè patet, quo tempore plus minus ea Epiphanius à Joſepho iſto cognoverit. Gazophylacia autem iſta, non fuerunt Bibliothecæ Judæorum communes, ſed loca, ſive pecuniis, ſive aliis rebus pretioſioribus ac rarioribus aſſervandis, deſtinata & obſignata, ut patet ex iis, quæ Epiphanius in ſequentibus ibidem ſcribit. Multò minus fuerunt Bibliothecæ Judæorum, quibus abominabile fuit, Chriſtianorum libros fovere; ſed theſauri Judæorum, ad fidem Chriſtianam converſorum, quorum non paucos Tiberiadi fuiſſe apparet. Cæterùm Hillelem Principem, Philoſophum & Aſtronomum inſignem, circa eadem hæc tempora Tiberiadi claruiſſe,

non

non ſolùm ex Epiphanio confirmatur, ſed præterea etiam baptizatum, & ad fidem in Chriſtum converſum fuiſſe. Sic enim eôdem loci ulteriùs ſcribit: *Hic Joſephus inter dignitate præſtantes viros apud ipſos connumeratus erat. Sunt autem hi poſt Patriarcham* Apoſtoli *appellati, aſſidentq́; Patriarchæ, & cum ipſo ſæpè aſſiduè in nocte & die degunt conſulendi gratiâ, ut referant ad ipſum ea quæ ſunt in Lege. Patriarcha autem illo tempore Ellel nomine erat, Arbitror enim Joſephum ſic nomen ejus dixiſſe, ſi non ex tempore fallor: ex genere verò Gamaliel erat, qui apud ipſos Patriarcha fuit: Ratiocinari autem licet, velut etiam alii prodiderunt, hunc eſſe generis illius primi Gamalielis, qui temporibus Salvatoris vixit, & ſecundum Deum conſilium dedit, ut abſtinerent ab inſidiis contra Apoſtolos ſtruendis. Quum autem morti vicinus eſſet Ellel, cupivit Epiſcopum vicinum urbi Tiberiorum ad ſe venire, & accepit ab ipſo ſacrum Lavacrum in exceſſu, per Medicæ curationis prætextum. Ipſum enim per prædictum Joſephum, velut qui Medicus eſſet, accerſivit, & omnibus à ſe remotis, Epiſcopum rogavit dicens; Largire mihi ſignaculum in Chriſto. Ille verò accerſitis miniſtris, præcepit aquam parari, velut qui morbi gratiâ auxilium aliquod adhibere vellet, quum per aquas graviter ipſe Patriarcha ægrotaret. Miniſtri autem fecerunt juſſa; non enim noverunt, quòd Patriarcha pudoris gratiâ omnes à ſe removiſſet. Quare ſic ſacro lavacro ac ſanctis myſteriis Patriarcha dignus evaſit.* Hæc Epiphanius à Joſepho iſto jam ſeptuagenario ſe cognoviſſe ſcribit, ac porrò Tiberiade migraſſe in Scythopolim, ibique inter Chriſtianos vitam clauſiſſe aſſerit.]

Hìc itaque & nobis ſubſiſtendum hoc loco eſſet, niſi nos adhuc paulò ulteriùs Divus Hieronymus, Eccleſiæ Chriſtianæ Scriptor antiquiſſimus, educeret. Is enim dum in transferendis ex Hebræo in Latinum Bibliis, occupatus eſſet, Tiberiade doctum Judæum aſcivit, cu-

Digitized by Google

jus opera in libri Paralipomenon interpretatione uſus fuit. Sic enim in Præfatione in iſtum librum, ad Domnionem & Rogatianum ſcribit: *Denique cùm nuper à me literis flagitaſſetis, ut vobis librum Paralipomenon Latino ſermone transferrem, de Tiberiade quendam Legis Doctorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, aſſumpſi & contuli cum eo à vertice, quod ajunt, ad extremum unguem, & ſic confirmatus, auſus ſum facere, quod jubebatis.* Jam verò Hieronymus Anno Chriſti 420. aut 422. vitæ finem Bethlehemi clauſit, ut Bucholcerus, Genebrardus & alii referunt. Fuerit ergo ejus ſtudium in Interpretatione Latina, circa Annum Chriſti 400. cùm aliquot annis in ea fuerit occupatus, aliquot etiam annis ante mortem eam abſolverit, & aliorum bona malaque judicia de ea audiverit, & à malis quidem paſſim ſe purgaverit.

Atque ſic quâ potuimus induſtriâ, Tiberienſium ſapientium ſtudia ad quadringentos uſque annos ex tam protritis hiſtoriæ collapſæ ruderibus, inveſtigavimus, ſpe ducti, ſapientiſſimum iſtum Maſorethارum cœtum Tiberiade aſſequendi. At cùm noſtrarum virium tenuitatem id ſuperarit, ſolertioribus id magiſque exercitatis relinquimus. Ex his autem, quæ hactenus producta à nobis ſunt, apparet, literarum ſtudia poſt vaſtata Hieroſolyma, diu in Palæſtina conſervata fuiſſe, ac inprimis quoque in urbe Tiberiade.

At verò cùm Hiſtoria Hebraica ſtudiorum curſum, & Sapientum ſingularum generationum, ad mille uſque annos in Babylonia proſequatur, in Palæſtina autem ſive terra Iſraelis, circa annum Chriſti 340. poſt Hillelem principem, planè ceſſet, veriſimile nullo modo eſt, poſt quingenteſimum aut circa ſexcenteſimum à Chriſto nato annum, vel etiam ulterius, tot potentes Tiberiade adhuc extitiſſe, qui omnium Judæorum in legenda

legenda ſacra Scriptura fuerint exercitatiſſimi, & tam novum, tam admirandum tanti momenti circa ſacrarum literarum ſobriiſſimam & arduam tractationem, inventum, ſine ullo teſte, ſine omni hiſtoria, ſine ulla librorum memoria, univerſæ Judaicæ nationi, immò toti mundo, cum quo verbum Dei communicatum fuit, aut communicandum erat, ceu divinum oraculum acceptandum tradiderint.

Deinde cùm utriuſque Talmud, Hieroſolymitani & Babylonici elaboratio, conſcriptio, authores, & quicquid ad iſtorum librorum hiſtoriam pertinet, magno ſtudio ab Hebræis obſervatum & annotatum ſit, quomodo reticere potuerunt id, quod circa ſacræ Scripturæ genuinam, authenticam & æternam lectionem verſabatur?

Tertiò, cùm glorioſiſſimi & faſtuoſiſſimi Babyloniæ Judæi, in florentiſſimo regno habitantes, Palæſtinæ vaſtatæ & magis magisque ruinoſæ rudera occupantes Judæos, ipſorumque Scholas, ſuæ doctrinæ authoritate & celebritate citò obſcurarint, & penitus tandem deleverint, quomodo poſt tot ſecula, in tanto ſtudiorum in Babylonia vigore, fervore & flore, iſtius Critici circa ſacram Scripturam ſtudii, æternam laudem & gloriam, ſolis Tiberienſibus reliquiſſent?

Quartò, cùm Judæi Babylonienſes Talmud Hieroſolymitanum, ſuo Talmude Babylonico oppreſſerint, obſcurarint & penè in nihilum redegerint, ſuoque Talmudico operi, eam authoritatem conciliarint, ut eo univerſa natio Judaica, quæ ſub toto cælo eſt, æternùm regatur, ut etiamnum hodie regitur, quomodo non etiam iſtius ſtudii Maſorethici authoritatem, fidem, laudem & gloriam ad ſe pertraxiſſent?

Quintò, ſi Judæi Tiberienſes poſt Talmud Babylonicum,

nicum, ſtudiis per mille annos in Babylonia vigentibus & florentibus, Maſoram & puncta lectionis ſacræ confecerunt, quomodo id ſine ſcitu Babyloniorum, penes quos ſolos omnis doctrinæ Judaicæ culmen erat, immo & conſenſu atque communi approbatione facere potuerunt? merebatur certè iſta lectio, quæ ad externas vocalium figuras aſtricta, & Notis maſorethicis confirmata erat, totius eccleſiæ Judaicæ teſtimonium & approbationem communem, eſſe ſcilicet eam in omnibus & ſingulis, literis & vocalibus, ad minimum uſque apicem, antiquæ Moſaicæ & Propheticæ authenticæ penitùs conformem & congruentem. Atqui de hujus vel conſilii communicatione vel operæ approbatione, ne gry quidem in tota hiſtoria Judaica. Certè ſi primi poſt Talmud Babylonicum Scriptores id maximè reticuiſſent, Kabala tamen oralis ſic illud nunquam ſuppreſſiſſet, vel poſteritati ſubtraxiſſet, ut non tandem ab aliquo proditum fuiſſet.

Sextò, ſi ipſomet Eliâ fatente, Maſoræ authores per diverſas generationes, milleni fuerint & myriades, id eſt, plures & quaſi innumeri, principium quoque ipſorum & finis incertus, quomodo ſoli Tiberienſes ejus authores dici poſſunt? quomodo principium ejus aſcribitur tempori Talmude poſteriori? Ex his omnib. patet, quanta occaſio vel ex doctorum virorum copia vel doctrinæ excellentia apud Tiberienſes fuerit, quare illis potiſſimum nobile hoc ſtudium aſcribatur,

[Argumenta hæc ſex ulteriùs confirmata, & ab exceptionibus Ludovici Capelli vindicata, vide in Tractatu noſtro de Punctorum Vocalium origine &c. Parte 2. cap. 11. 12. & 13.]

Sequitur, ut & temporis terminum examinemus.

CAPUT

CAPVT VIII.

An Maſora poſt Talmud conſcripta ſit.

DE perſonis inquiſivimus, num Sapientes Tiberiadis Maſoræ authores fuerint: nunc tempus quoque ſciſcitabimur.

Suprà vidimus juxta quoſdam à *Tiberienſibus ſapientibus* Maſoram & Punctationem eſſe profectam. Elias tempus etiam circumſtantiâ aliquâ definivit, Maſoram à Sapientib. Tiberiadis primùm fuiſſe literis conſignatam, & *id poſt Talmud.* Hoc poſtremum ulteriore indagatione & examine opus habet, ut ad veri cognitionem aditus fiat.

Primò, Si in utroque Talmud, nominis Maſoræ & rerum præcipuarum in Maſora contentarum, mentio fiat, ſequitur, Maſoram cum ſuis authoribus eatenus ante Talmud extitiſſe, ac proinde non eſſe demum à Judæis Tiberienſibus poſt Talmud Babylonicum factam. Mentionem autem ejus in utroque Talmud fieri, docent hæc teſtimonia.

In Talmud Hieroſolymitano, in libro מגלה *Megilla*, cap. 4. ubi explicatur verſus Nehemiæ cap. 8. 8. וַיִּקְרְאוּ בַסֵּפֶר בְּתֹרַת הָאֱלֹהִים מְפֹרָשׁ וְשׂוֹם שֶׂכֶל וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא : *Et legerunt in libro illo, in Lege Dei explanatè, & appoſuerunt intellectum, & intellexerunt lectionem illam vel Scripturã ipſam,* hujusmodi commentatio legitur : וַיִּקְרְאוּ בַסֵּפֶר בְּתוֹרַת הָאֱלֹהִים חמקרא : מְפֹרָשׁ זה תרגום : וְשׂוֹם שֶׂכֶל אלו הטעמים : וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא זה המסורת ויש אומרים אלו ההכריעים ויש אומרים אלו ראשי הפסוקים : id eſt, Et legerunt in libro illo, in Lege Dei, *in textu Hebræo:* explanatè, *cum Targum:* & appoſuerunt intellectum; *illi ſunt accentus:* & intellexerunt lectionem illam ſive Scripturam aut textum illum,

iſta fuit Maſoreth (quòd ſcil. textum juxta Maſoreth genuinæ ſcriptionis & lectionis prælegerunt): *quidam dixerunt eſſe pauſas diſtinguentes,* [quomodo ſc. debeat diſtinguere antè & poſt:] *alii dixerunt eſſe principia verſuum,* (quòd ſcil. diſtinctè juxta pauſas accentuum & diſtinctos verſus legerunt, unde omnes facillimè intellexerunt, quid legeretur). [Hoc poſtremum legitur in Bereſch. rabba ſect. 36. in fine.] Ergo jam tum tempore iſtorum Doctorum quædam pars Maſoræ fuit, juxta quam dixerunt, Eſræ collegas textum prælegiſſe, & jam tunc Maſoræ nomen notum & uſitatum fuit.

In Talmud Babylonico, Doctores Babyloniæ eundem in modum locum iſtum Nehemiæ interpretati ſunt, ut patet ex libro נדרים *Nedarim*, cap. 4. fol. 37. & ex libro Megilla cap. 1. fol. 3. ubi ita legitur: מאי דכתיב וַיִּקְרְאוּ בַסֵּפֶר בְּתוֹרַת הָאֱלֹהִים מְפֹרָשׁ וְשׂוֹם שֶׂכֶל וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא ׃ וַיִּקְרְאוּ בַסֵּפֶר בְּתוֹרַת הָאֱלֹהִים זה מקרא ׃ מְפֹרָשׁ זה תרגום ׃ וְשׂוֹם שֶׂכֶל אלו הפסוקים ׃ וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא זה פיסוקי טעמים ואמרי ליה אלו המסורת שכחום חזרו ויסדום ׃ id eſt, *Quid eſt, quod ſcriptum extat:* Et legerunt in libro illo, in Lege Dei explanatè, & appoſuerunt intellectum, & intellexerunt lectionem. Et legerunt in libro illo, in lege Dei; *is fuit textus Hebræus:* explanatè; *illud fuit Targum:* & appoſuerunt intellectum; *iſti fuerunt verſus:* Et intellexerunt lectionem; [vel, intelligere fecerunt, Lectu & intellectu facilem reddiderunt eam] *iſtæ fuerunt pauſæ accentuum: alii dixerunt fuiſſe Maſoram. Obliti enim eorum fuerant, ſed tunc reſtaurarunt ea.* Eadem hæc extant in Operibus Rabbi Alphes, libro Megilla cap. 4. ubi Rabbi Salomonis Gloſſa ſuper textum illum talis, זה מקרא ׃ לשון עברי *Mikra Textus*, id eſt, lingua Hebrea: הפסוקים ׃ היכן נפסקין, *Peſukim, Verſus*, id eſt, ubi ſinguli verſus deſinebant. פיסוקי טעמים ׃ פיסוקי הנגינות ׃ אלו הניקור והטעמים ׃ *Piſſuke teamim, Pauſæ cantionum*, nempe puncta & accentus. In

eundem

eundem hunc locum Rabbi Alphes, Rabbi Niſſim alterius Commentatoris gloſſa paulò adhuc illuſtrior eſt: *Illud eſt Targum*; quod explanat textum Hebræum: *Illi ſunt verſus*; id eſt, puncta diſtinguentia inter quemque verſum, quæ vocat שׂוּם שֶׂכֶל *Apponendo Intellectum*, quòd per illa homo cognoſcit differentias verſuum. *Iſtæ fuerunt pauſæ accentuum*; quòd per accentus Scriptura ſive textus intelligitur meliùs: *Illa fuerunt Maſoreth*; id quod traditum eſt in Maſora. Ex his patet, primò nomen Maſoræ fuiſſe Talmudicorum tempore notum & uſitatum, quippe qui jam Maſoram à longis temporibus cœptam habebant: Secundò, res quaſdam Maſoræ, ut textus ſacri in verſus, verſuum in pauſas ſive membra diſtinctio, vocum juxta veram ipſarum punctationem pronunciatio & prælectio, ex qua populus facilimè poterat percipere id, quòd prælegebatur. Sic textum Talmudicum intelligendum, duo ejus interpretes præſtantiſſimi confirmant. His tamen illuſtrandis, & probè intelligendis, hoc addimus, primò quod dicitur, Eſræ tempore Levitas populum publicè docendo, legiſſe in libro illo, in Lege Dei textum linguâ Hebræâ, de eo inter nullos eſt dubium. Secundò, *cum Targum*, non eſt intelligendum de Targum quod hodie extat, id enim tunc temporis nondum erat in rerum natura, aliquot ſeculis poſtea primò ſcriptum, ſed quòd, quum verſum prælegiſſent Hebraicâ linguâ, eum ſtatim linguâ Chaldaicâ, quæ populo tunc erat notior & familiarior, vivâ voce ſtatim interpretati ſint. Tertiò, *iſti ſunt verſus*, id eſt, eos diſtinctè juxta ſingulos verſus legiſſe. Id Elias de orali diſtinctione accipit, quòd pauſam & interſpirationem aliquam fecerint, ubi quiſque verſus eſſet abſolutus, prout hoc illi noverant in legendo obſervatum fuiſſe, inde à Moſe uſque. At interpretes illi duo in Talmud de punctuali diſtinctione intelligunt, quòd punctis jam

Digitized by Google

tunc, ut hodie, verſus fuerint diſtincti. Quartò, quòd de *pauſis* dicitur, ſimiliter in utramque partem accipitur. Quintò, vocabulum *Maſoreth*, ſtrictè accipiendum de ea Maſoræ parte, quæ circa genuinam lectionem quarundam vocum, quæ diverſimodè ſcribuntur & leguntur, verſatur, prout hoc Sacerdotes & Levitæ à Majoribus ſuis per continuam traditionem acceperant & obſervaverant. Nam Maſora ea quæ hodie literis comprehenſa eſt, tunc nondum extabat, nec profuiſſet eam juxta textum populo prælectam fuiſſe. At Talmudicorum iſtorum tempore, jam magna Maſoræ ſcriptæ pars nota erat, ut ſequentia magis declarabunt, quæ cauſa fuit, ut in illius loci Nehemiæ explicatione Maſoræ vocabulo tanquam iſto tempore noto, uſi ſint. [Non deſunt etiam, qui per מסורת *Maſoreth* intelligant, *Puncta vocalia:* Hinc ſcribit Ephodeus in opere ſuo Grammatico cap. 5. *Quòd Eſras invenerit Accentus, id arguunt Sapientes noſtri ex eo, quod Nehem.* 8. 8. legitur; וְשׂוֹם שֶׂכֶל Et apponendo intellectum. *Per id enim volunt intelligendi Accentus. Quæ quidem expoſitio elegans eſt, & Accentuum naturæ conveniens; quia illi revera dant ſenſum Scripturis.* Ego verò dico, ג״כ על צד המחשבת הנוברת כי הוא הממציא לרטמי הניקודי ואסמין זה לאמרו ויבינו במקרא כי באמצעות הניקוד תשלם הקריאה ותובן h. e. *maximè vero ſimile eſſe, illum quoq; eſſe authorem Punctorum vocalium. Hoc ego elicio ex eo quod dicitur:* ויבינו מקרא Et intelligibilem fecerunt Lectionem Scripturæ, *Nam per ſubſidium Punctorum perficitur & intelligitur Lectio.*]

Secundò trita apud Talmudicos ſententia eſt, יֵשׁ אֵם לַמִּקְרָא יֵשׁ אֵם לַמָּסוֹרֶת *Eſt mater lectionis, eſt & mater Maſoræ.* Hoc axiomate utuntur, quando duo diſputantes, de vocis alicujus interpretatione diſſentiunt, quorum unus vocem interpretatur prout legitur & pronunciatur per vocales, alter prout per nudas literas ſcribitur, & aliis

& aliis vocalibus efferri poteſt. Exempli cauſa, Levit. 12. ℣. 5. ſcriptum eſt שבעים, cujus interpretatio inter quoſdam diſceptata fuit. Quidam communem ejus lectionem & pronunciationem retinendam ſtatuebant, nempe שְׁבֻעַיִם, dicentes יֵשׁ אֵם לְמִקְרָא *eſt mater lectionis*, id eſt, quia per Maſoram à Majoribus nobis traditam, accepimus & didicimus, ſic eſſe legendum & interpretandum. Alii dicebant: Nos juxta ſimplicem ſcriptionem literarum, legimus שִׁבְעִים *Sep uaginta,* quia *eſt mater Maſoræ,* id eſt, ſcriptionis, quia per Maſoram accepimus, juxta ſimplicem formam literarum, vocem interpretandam eſſe שִׁבְעִים Septuaginta ſcil. diebus mulierem puerperam immundam eſſe debere. Nam ſi ſenſus ejus eſſet שְׁבֻעַיִם *Duabus ſeptimanis* vel Diebus quatuordecim, tunc ſcriptum fuiſſet aut ſcribi debuiſſet שְׁבוּעַיִים cum dublici jod. Sic Exod. 12. 46. ſcriptum eſt יאכל. Id unus interpretabatur juxta communem lectionem & pronunciationem יֵאָכֵל *Comedetur*, ſcil. Peſach ſive agnus, quia *Eſt mater lectionis*, tenendum eſt nobis fundamentum lectionis, quomodo per Maſoram accepimus, vocem eam legendam & interpretandam eſſe. Alter contendebat, interpretandum & legendum juxta ſimplices literas יֹאכַל *Comedet*, quia *Eſt & mater ſcriptionis*, ſic per maſoram accepimus juxta ſcripturam interpretandam eſſe. Item Levit. 21. 11. ſcriptum eſt נפשת. Hic dicebat, *Eſt mater lectionis*, per maſoram accepimus, legendum & interpretandum pluraliter נְפָשֹׁת *Corpora* vel cadavera, & intelliguntur duo cadavera. Alter dicebat, *Eſt mater ſcriptionis*, juxta ſimplicem ſcriptionem lego נֶפֶשֶׁת, & intelligo cadaver unum. Similia plurima in Talmud reperiuntur, quæ diſputandi & exercendi ingenii tantùm causâ proponebant, non quòd de vera lectione dubitarent. Utrique autem ſemper prætendebant Maſoram, quòd per eam & ſcriptio-

Digitized by Google

nis & lectionis ratio conſtaret. Unde patet, Maſoræ uſum jam ante Talmud inter ipſos fuiſſe. [*Plura de hoc Talmudico dicto, videantur in Tractatu noſtro de Punctis par. 1. cap. 7. pag. 103.*]

Tertiò, Maſoretharum opus fuit textus ſacri in verſus diſtinctio, teſte ipſomet Eliâ in libro de Accentibus, cap. 2. ubi ſic ſcribit: בַּאֲשֶׁר הִסְכִּימוּ בַּעֲלֵי הַמָּסוֹרֶת לְהַנִּיחַ הַנְּקוּדוֹת וְהַטְּעָמִים בְּכָל פָּסוּק וּפָסוּק הִתְבּוֹנְנוּ בָּרִאשׁוֹנָה בְּאֵיזֶה מִלָּה רָאוּי לְהַנִּיחַ סוֹף הַפָּסוּק אַךְ בְּתוֹרָה הָיָה לָהֶם בְּקַבָּלָה מִמֹּשֶׁה וְעָשׂוּ שָׁם ב׳ נְקוּדוֹת גַּסּוֹת זוֹ עַל גַּב זוֹ כָּזֶה (:) לְסִימָן וְכֵן בְּכָל־הַמִּקְרָא׃ *Poſtquam conſtituiſſent Magiſtri Maſoreth ponere puncta & accentus in unoquoque verſu, primùm conſiderarunt, ad quam dictionem deberet poni finis verſus, quanquam in Lege id habuerint per traditionem à Moſe, ibiq; fecerunt duo puncta craſſa, uno ſupra alterum poſito, hoc modo (:) pro ſigno, & ſic per tota Biblia*, & cæt. Atqui diſtinctionis verſuum in utroque Talmud creberrima fit mentio, immò jam ante ipſa Talmudis initia, diſtinctionem verſuum per totam Scripturam fuiſſe notam, liquet ex R. Jehuda ſancto, primi textus Talmudici authore, qui in Miſchna libri Megilla, capit. 3. ſcribit: הַקּוֹרֵא בַּתּוֹרָה לֹא יִפְחוֹת מִשְּׁלֹשָׁה פְּסוּקִים לֹא יִקְרָא לַמְתוּרְגְּמָן יוֹתֵר מִפָּסוּק אֶחָד וּבַנָּבִיא שְׁלֹשָׁה׃ *Qui legit in Lege* (in Synagoga publicè) *non leget minùs quàm tres verſus: non leget interpreti Chaldæo magis quàm verſum unum, & in Propheta tres.* Sic & in ſuperiori loco Talmudico, in explicatione loci Nehemiæ, Verſuum meminerunt. In eodem libro Megilla, capit. 3. fol. 22. כָּל פְּסוּקָא דְּלָא פַּסְקֵיהּ מֹשֶׁה אֲנַן לָא פַּסְקִינַן לֵיהּ *Quemcumque verſum non diſtinxit Moſes, nos etiam non diſtinguimus eum.* [Sic in Berach. cap. 1. in fine: כל פרשה דפסקה משה רבי׳ פסקינן דלא פסקה משה רבי׳ לא פסקינן *Quamcunq; Paraſcham, ſeu ſectionem* (*ſive quodcunq; caput*) *diſtinxit Moſes Præceptor noſter, abſolvimus & nos: quod verò non abſolvit Moſes*

Digitized by Google

P. n. non abſolvimus & nos.] Alibi dicunt, quis verſus medius ſit in tota Lege, item quot ſint verſus totius Legis, ut mox infrà videbimus, & ſic millies verſuum Talmudici meminerunt. Neque hæc de ſola vocali diſtinctione inter legendum, intelligi poſſe, docet primò, quòd tota Scriptura, antequam à Maſorethis primis (non Tiberienſibus Elianis poſt-Talmudicis) eſſet in Verſus diſtincta, fuerit tanquam Verſus unus, id eſt, continua vocum ſerie, abſque omnibus pauſarum vel majorum diſtinctionum aut periodorum notis vel ſpaciis ſcripta: ſecundò, quòd impoſſibile fuiſſet humano ingenio obſervare, & nudæ memoriæ ſubſidio retinere, tot mille diſtinctionum ſpatia. Unde, quando Talmudici de diſtinctis verſibus loquuntur, eos actu & revera Maſoretharum præcedentium operâ tunc diſtinctos fuiſſe, neceſſe eſt. Aliqua ergo Maſora ante Talmud fuit, nec primùm à Tiberienſibus Judæis Talmude poſterioribus, verſuum diſtinctio inventa.

Quartò, proprium Maſoretharum opus fuit, diverſitatem lectionis, cujus multiplices ſunt ſpecies, annotare. Ubicunque enim tale quid occurrit, tunc omnes uno ore dicunt, qui modò guſtum aliquem Maſoræ habent; Maſorethæ ſic legunt, Maſorethæ diverſam lectionem in margine notarunt, Maſorethæ ו quod in י degenerarat, reſtituerunt, Maſorethæ tradiderunt, hanc vocem redundare, & quæ ſunt ſimilia. Atqui hæc Maſoræ pars tota jam ante Talmud fuit, ut luculentiſſimè ex ipſo Talmud ſequens locus probat, qui legitur in נדרים *Nedarim*, fol. 37. his verbis: אמר רבי יצחק מקרא סופרים ועטור סופרים וקריין ולא כתיבן וכתיבן ולא קריין הלכה למשה מסיני : מקרא סופרים ארץ שמים מצרים עטור סופרים אחר תעברו : אחר תלך : אחר תאסף : קדמו שרים אחר נוגנים : צדקתך כהררי אל : קריאן ולא כתיבן פרת דבלכתו איש כאשר ישאל : איש בדבר האלהים :

Digitized by Google

הָאֱלֹהִים ׃ באים דִנְבְנְתָה ׃ לה דִפְלֵיטָה ׃ את דְהַגֵּר הוגר לִי ׃ אלי דְהַגּוֹרֶן ׃ אלי דְהַשְּׂעוֹרִים ׃ הָלֵין קְרִיאָן וְלָא כְּתִיבָן וּכְתִיבָן וְלָא קְרִיאָן ׃ נא דְיִסְלַח ׃ זאת דְהַמִּצְוָה ׃ ידרוך דְהַדּוֹרֵךְ ׃ חמש דִפְאַת נֶגֶב ׃ אם דְכִי גוֹאֵל ׃ הָלֵין כְּתִיבָן וְלָא קְרִיאָן ׃ id eſt, *Dixit Rabbi Iſaac: Lectio Scribarum, Ablatio Scribarum, Lecta & non ſcripta, Scripta & non lecta, traditio ſunt Moſis de monte Sinai. Lectio ſcribarum: ut, aratz, ſchamajim, Mitzrajim. Ablatio ſcribarum: ut, Poſt tranſibitis*, Geneſ. 18. 5: *Poſtea ibis*, Geneſ. 24. 55. *Poſtea aggregabitur*, Num. 31. 2. *Præcedebant cantores, poſt pulſatores*, Pſal. 68. 26. *Juſtitia tua, ut montes Dei*, Pſalm. 36. 7. *Lecta & non ſcripta: ut, vox* פְּרָת ibi, *Quum proficiſceretur ipſe*, 2. Sam. 8. 3. אִישׁ, *Cùm requiſierit verbum Domini*, 2. Sam. 16. 23. בָּאִים, *Et ædificabitur urbs*, Jerem. 31. 38. לָהּ *Effugium ei*, Jerem. 50. 29. אֶת, *Nunciando nunciatum eſt mihi*, Ruth. 2. 11. אֵלַי, *Area*, Ruth. 3. ℣. 5. אֵלַי, *Hordei*, Ruth. 3. 17. *atque hæc ſunt lecta & non ſcripta. Scripta & non lecta: ut* נא ibi, *Et propitius ſit*, 2. Reg. 5. 18. זאת, *Præceptum*, Deuter. 6. 1. יִדְרֹךְ, *Calcans* Jerem. 51. 3. חָמֵשׁ, *Latus auſtri*, Ezech. 48. 61. אִם, *Nam vindex*, Ruth. 3. 12. atque hæc ſunt ſcripta *& non lecta.* Hactenus Talmud. Primùm inquit Rabbi Iſaac: *Lectio Scribarum, ut eretz, Schamajim, Mitzraim*, hoc eſt, Scribæ docuerunt populum, per aſſiduam prælectionem, quomodo eam inde à Moſe uſque per continuam traditionem acceperant & didicerant, quare hîc legendum ſit *Eretz* (terra) non *aretz*, alibi *aretz*, non *eretz*, quòd ratione diverſorum accentuum & membrorum ſententiæ hoc fieret: item *Schamajim* (Cœli) hîc cum A diſtincto, longo & brevi ſive Kametz & Pathach, alibi cum A eodem ſive utroque longo, ſeu duplici kametz propter vim pauſæ, & ſic *Mitzraim*. Per *Scribas* intelligunt Viros Synagogæ magnæ, ſive Concilii magni, cui Eſra præerat cum tribus ultimis Prophetis, ut infrà

declara-

declarabitur. Ab illis enim tota Scriptura ſacra fuit reſtaurata. *Ablatio.* Dicitur de litera ו, quæ in citatis locis juxta ſenſum & ſermonis continuationem videbatur addenda, & à vulgo addebatur inter legendum, ſed Scribæ illi monuerunt eam non eſſe addendam, quòd authentici primi authores eam non addidiſſent, & ſic eam ex uſu vulgi abſtulerunt, quod poſtea vocarunt עִטּוּר סוֹפְרִים *Ablatio ſcribarum.* עִטּוּר Chaldaicæ ſignificationis eſt, à Radice עֲטַר, quæ aliquando eſt idem quod Hebraicè סוּר *Recedere:* unde עַטַּר in conjugatione Pahel *Recedere facere, Removere, Auferre:* ut, זְוָדִין עַטַּרוּ מִמָּנַנָא *Viatica receſſerunt ex vaſis noſtris*, 1. Sam. 9. 7. & ſic ſæpiùs. Hoc ipſum in hodierna impreſſa Maſora legitur, Geneſ. 18. 5. & Pſal. 36. 7. unde clariſſimè perſpicitur, hanc maſoram ante Talmud fuiſſe. *Lecta & non ſcripta*, & contrà, *Scripta & non lecta.* Sunt voces, quæ leguntur, cùm tamen non ſint in textu ſcriptæ, & contrà, quæ in textu ſcriptæ ſunt, & tamen non leguntur, quæ omnes in Maſora exactè recenſentur. Aliarum deinde vocum, in quibus litera aliqua diverſimodè ſcribitur & legitur, mentio fit in Tractatu Talmudico *Sopherim De Scribis*, cap. 6. & 7. ubi dicitur: אֵלּוּ כְּתוּבִין חֶסְרוֹן וָיו וְקוֹרְאִין בְּוָיו *Iſta ſcribuntur cum defectu Vav, & leguntur cum Vav.* Sic aliæ plures ſpecies ibi indicantur, ut in Maſora. Hanc itaque Maſoræ partem etiam ante Talmud, & quidem ab ipſo Eſra fuiſſe, ipſemet Elias in dicta Præfatione tertia, palàm fatetur, ubi ait: אַנְשֵׁי כְנֶסֶת הַגְּדוֹלָה עָשׂוּ הַקְּרִי שֶׁבַּתּוֹרָה עַל פִּי הַקַּבָּלָה מִמֹּשֶׁה וְשֶׁבַּנְּבִיאִים וּכְתוּבִים עַל פִּי הַקַּבָּלָה מִנְּבִיאִים וְחַכְמֵי הַדּוֹרוֹת: וְשֶׁבִּסְפָרֵי הַגּוֹלָה עַל פִּי הַמְחַבְּרִים עַצְמָם וְלֹא בַעֲבוּר הַסְּפֵקוֹת כַּאֲשֶׁר חָשְׁבוּ רַבִּים: *Viri Synagogæ magnæ* (concilii magni, cui Eſra præerat) *notarunt diverſitatem lectionis, quæ eſt in Lege, juxta Kabalam, quam acceperant à Moſe: quæ verò in Prophetis & Hagiographis occurrit, eam conſignarunt*

juxta kabalam, quam acceperant à Prophetis & aliis Sapientibus iſtius ſeculi: quæ deniq; in libris captivitatis reperiebatur, eam juxta os ipſorummet authorum notabant, non autem propter ullum dubium, ſicut multi putarunt. Et paulò antè de Viris Synagogæ magnæ: *Ipſi autem,* ait, *ſcripſerunt quamlibet vocem in margine, ſicut legi debuit, in qua re Eſra fuit Scriba illorum.* Quod autem Talmudici præterea dicunt, *Traditio ſunt Moſis de monte Sinai*, id dextrè intelligendum. Senſus ſimpliciter eſt, Fundamentum diverſæ lectionis & ſcriptionis omnium vocum, firmum ac certum eſſe, perinde ac ſi totum ab ipſo Moſe è monte Sinai jactum ſit. Moſen enim rationem eorum, quæ in Lege ſunt, Iſraelitis expoſuiſſe, & per Traditionem poſteris reliquiſſe: ſic deinceps ſingulos prophetas & viros ſanctos feciſſe in ſuis libris, ut omnium certa doctrina & Traditio ad poſteros devenerit, uſque ad viros Synagogæ magnæ, qui reviſentes & recolligentes ſingula, perpetuæ certitudinis cauſâ iſta omnia conſignarunt. Non autem ipſorum mens fuit, quaſi ea ipſa exempla, quæ ibi adducuntur ex Prophetis & aliis libris, qui nondum in rerum natura extabant, aliaque ſimillima, Deus Moſi in monte Sinai, & Moſes è monte populo revelarit & expoſuerit. [Vide etiam, quæ de hoc dicto ſcripſimus in noſtro de Punctis Tractatu, pag. 366. 367, & in Anticritica pag. 500.] Porrò quod Talmudici notant, voculam זאת ibi, ubi ei adjuncta eſt vox המצוה ſcribi, ſed non legi, ab eo maſora hodie diſcrepat. Extat enim Deut. 6. 1. ubi maſora nihil de diverſa lectione tradit. Aliud autem את notat Maſora ſcribi, ſed non legi, Jer. 38. ℣. 16. & ſunt octo voces, quæ ſcriptæ ſunt in textu, ſed non leguntur, quæ adducit maſora Ruth. 3. 12.

Quintò, propriiſſimum Maſoretharum opus fuit, numerare literas, voces & verſus ſacræ Scripturæ, ne unquam aliquid poſſet addi, detrahi, vel quovis modo

mutari

mutari. Atqui hoc ipſum jam ante Talmud factum eſſe, manifeſtiſſimè ex Talmud probatur, ubi in libro קרושין *kidduſchin*, cap. 1. fol. 30. ita ſcriptum legitur: לפיכך נקראו ראשונים סופרים שהיו סופרים כל אותיות שבתורה שהיו אומרים ואו דגחון חצין של אותיות של ספר תורה: דרוש דרש חצין של תיבות: והתגלח של פסוקים: יכרסמנה חזיר מיער עין דיער חצים של תהלים: והוא רחום יכפר עון חצים דפסוקין: בעי רב יוסף ואו דגחון מהאי גסא או מהאי גסא: אמר ליה ניתי ספר תורה ואמנינהון: מי לא אמר רבא בר בר חנה לא זזו משם עד שהביאו ספר תורה ומנאום אמר ליה אנהון בקיאי בחסרות ויתרות אנן לא בקיאינן: בעי רב יוסף והתגלח מהאי גסא או מהאי גסא אמר ליה אביי פסוקי מיהא ליתו לימניוה בפסוקי נמי לא בקיאינן דבי אתא רב אחא בר אדא אמר במערבא פסקי ליה להאי קרא לתלתא פסוקי ויאמר יהוה אל משה הנה אנכי בא אליך בעב הענן: תנו רבנן חמשה אלפים ושמונה מאות ושמונים ושמונה פסוקים הוי״א ספר תורה יתר עליו תלים שמונה חסר ממנו דברי הימים שמונה: id eſt, *Idcirco vocati ſunt priſci* סופרים Numeratores, *quia numerarunt omnes literas Legis, dicentes: litera Vav vocis* גחון Lev. 11. ℣. 42. *eſt media litera libri Legis:* דרש דרש Levit. 10. 16. *media vox Legis:* והתגלח Levit. 13. 33. *medius verſus in Lege:* יכרסמנה חזיר מיער Pſal. 80. 14. *litera* ע *vocis* יער *eſt media litera in Pſalmis:* והוא רחום יכפר עון Pſal. 88. 38. *eſt medius verſus in Pſalmis. Quæſivit Raf Joſeph: Vav vocis* גחון *pertinétne ad hanc vel ad illam partem? reſpondit, afferamus librum Legis, & numerabo illas. Nunquid dixit Rabba bar bar Channa, eos (priſcos) non receſſiſſe inde donec numeraſſent eas. Tum ille: Ipſi, ait, exercitati fuerunt in literis defectivis & redundantibus, nos non ſumus ſic exercitati. Ulterius quæſivit Raf Joſeph: Verſus* והתגלח, *eſtne referendus ad hanc vel ad illam partem? reſpondit Avai: Num etiam Verſus non poterunt numerari? nec in Verſibus numerandis*

ſumus exercitati. Adveniens enim Raf Acha bar Ada dixit: In occidente (Palæſtina) *diſtinguunt hunc verſum in tres pauſas, Et dixit Dominus ad Moſen: ecce ego venturus ſum ad te in denſa nube*, & cæt. Exod. 19. 9. *Ampliùs docuerunt Rabbini: Quinq. mille octingenti octoginta octo verſus ſunt in libro Legis: plures habet Pſalmorum liber, octo, pauciores Chronicorum liber, octo.* Reddunt hîc Talmudici primò rationem, quare Sapientes illi, qui ſtudio Maſorethico fuerunt dediti, vocati fuerint *Sopherim*, quod vocabulum generaliter ſignificat *Scribas, Librarios*, Librorum & in primis Legis divinæ peritos, at qui artem hanc Criticam tractarunt, dicti fuerunt etiam *Sopherim* à Numerando, quia Verſus, voces & literas Textus ſacri Hebræi numerarunt. Et hoc principale fuit ipſorum opus & ſtudium. Sic Verſuum numerus in fine omnium librorum in Maſora indicatur, ſimul & medius verſus. In Vocum numero, quoties ſcilicet unaquæque in ſua forma extat, ferè tota Maſora occupata eſt. De literis veſtigia quædam habentur, ut infrà copioſiùs de ſingulis his partibus dicetur. Quod ajunt, ראשונים *Priores, Priſcos* ſic vocatos eſſe, id demonſtrat, eos Talmude longè ſuperiores & antiquiores fuiſſe, & longiſſimè ante Talmud hanc dinumerationem factam. Intelliguntur autem viri Synagogæ magnæ ab Eſra propheta & ſacerdote collectæ, ut infrà latiùs patebit. Quis pro antiquitate Maſoræ apertius teſtimonium requirat? cogitandum ergo, quâ fide Elias Tiberienſium ſuorum hac in parte patrocinium ſuſceperit. Eſt verò hîc notandum, in quibusdam Talmudicos hoc loco ab hodierna Maſora diſſentire, ſive ſtudio novitatis, ſive lapſu memoriæ: manet tamen interea hoc verum, hanc Maſorethici ſtudii partem longè ante Talmud fuiſſe, cùm illi qui illud peregerint, eo tempore *Priſci* appellati ſint.

Sextò obſervatum eſt à doctiſſimis Hebræis, Talmudicos

mudicos ſeſe in plurimis locis, Maſoræ opponere, & ab illis diſſentire. Unde eſt, quod R. Jacob. in Præfatione in hæc magna Biblia ſcribit, אַשְׁכַּחְנָא בְּכַמָּה דוּכְתֵּי דְתַלְמוּדָא חוֹלֵק עַל הַמָּסוֹרֶת׃ *Invenimus in multis locis quòd Talmud diſſentit à Maſora.* Item, אָרְחֵיהּ דְתַלְמוּדָא לְפַלוּגֵי עַל הַמָּסוֹרֶת *Conſuetudo Talmudicorum eſt, contradicere Maſoræ.* Item, אָרְחֵיהּ דְתַלְמוּדָא לְהַכְחִישׁ הַמָּסוֹרֶת *Conſuetudo Talmud eſt, refutare Maſoram,* ſive diverſum ab ea ſtatuere. Quinetiam ipſemet Elias id agnovit, ubi in libro Maſoret, Tabula prima, Oratione quinta ſcribit: וְכֵן מָצִינוּ שֶׁהַגְּמָרָא שֶׁלָּנוּ חוֹלְקָה עַל הַמָּסוֹרֶת *Similiter invenimus, quòd Gemara noſtra ponit ſe contra Maſoram.* Exempla patent in Præfatione. Sunt autem talia, quæ diverſam ſcriptionem juxta literas quieſcentes tantùm ſpectant, veluti מְעֻבָּרִים & מְעֻבָּרִים & ſimilia, in quibus Talmudici diverſum à Maſorethis ponunt. Atqui & hæc affectio de vocibus plenè vel defectivè ſcriptis, una eſt ex præcipuis Maſoræ affectionibus, ut paſſim in ea videre eſt. Ex quibus rurſus ſequitur, Maſoram Talmude priorem fuiſſe.

Septimò in Maſora notatur Catalogus alphabeticus literarum majuſcularum & minuſcularum, id eſt, quæ formâ communi majores vel minores ſunt, item literæ quædam inverſæ, quædam altiùs extra vocem ſuſpenſæ, [quædam aliâ irregulari formâ ſcriptæ,] quædam denique extraordinariè punctatæ. Atqui iſtarum omnium jam anteà in Talmud facta fuit mentio, ut patet infrà ex cap. 14. & ſequentibus. Unde & hæc Talmude priora fuerunt, nec primum à Tiberienſibus in Maſoram relata.

Quod ſi ergo ipſum Maſoræ nomen, & res in Maſora contentæ, ut ſunt textus in verſus diſtinctio, vocum juxta diverſam ſcriptionem & lectionem annotatio, earumdemque plenè vel defectivè ſcriptarum obſervatio, literarum qualitas, omniumque vocum & verſuum

Digitized by Google

dinumeratio, in Talmud commemorentur: quòd ſi etiam ipſum Talmud contra Maſoram interdum aliquid ſtatuat, aut contra eam diſputet, ſequitur neceſſariò, Maſoræ uſum & notitiam, juxta majorem ſui partem, diu ante Talmud extitiſſe, ac proinde iſtam Eliæ ſententiam, *Sapientes Tiberiadis omnium primos huic arti Maſoretha manum admoviſſe*, ut ſuprà ex eo propoſitum, firmiter ſtare ampliùs non poſſe, ſed peſſum ire & concidere.

CAPUT IX.

An Maſorethæ Punctorum vocalium & Accentuum fuerint inventores.

PRæcedenti capite demonſtratum eſt, Maſoram magna ſui parte, eâ in primis, quæ voces juxta numerum & ſcriptionem literarum recenſet, ante Talmud Babylonicum fuiſſe. Cùm autem Maſora ſcripta hodierna non tantùm hoc agat, ſed & voces juxta Vocalium & Accentuum formam recenſeat, inquiſitione dignum eſt, num & hæc Maſora ante Talmud fuerit. Elias Levita acriter propugnat, Puncta vocalia & Accentuum figuras ante Talmud Babylonicum non fuiſſe, ſed Sapientes Tiberienſes poſtea demum iſtam artem prudenter inveniſſe, & Maſoram conſcripſiſſe. Hoc ultimum de univerſa Maſora intelligi minimè poteſt, cùm antea luculenter probatum ſit, magnam ejus partem ante Talmud extitiſſe. De ea itaque Maſoræ parte accipiendum erit, quæ Voces, punctis vocalibus & Accentibus veſtitas, tractat. Quæſtio ſimplex de Punctorum vocalium origine & aſcriptione, latiſſimè ſe extendit, & plurimas alias quæſtiones ſecum trahit, quæ altiſſimæ

altiſſimæ ſunt indaginis,& tractationis prolixioris & accuratioris, quàm tempus & locus hîc nobis permittunt. Ne tamen ſicco pede, aut penitùs intactam hanc materiam hoc loco prætereamus, partem duntaxat ejus, quæ hanc noſtram de Maſora tractationem propiùs attingit, hîc examinabimus, ut ulterius de hac quæſtione cogitandi occaſionem, exercitatioribus præbeamus.

Elias ſtatuit, *Sapientes Tiberienſes punctationis artem inveniſſe, & Maſoram conſcripſiſſe*, unde dicti fuerunt Maſorethæ. Hoc in dubium vocamus, ex ipſa punctationis arte, & Maſoretharum Notis illis, quæ voces juxta punctationem ipſarum recenſent. Ex illis hoc potiùs colligendum nobis videtur, Maſorethas eos, qui Maſoram eam, quæ hodie tam in manuſcriptis quàm in impreſſis libris extat, non ſimul Vocalium figuras inveniſſe, & ad eas virgulam cenſoriam appoſuiſſe, ſed voces jam antea ab aliis punctatas & accentibus notatas, ſub cenſuram ſuam revocaſſe,& judicium de iis per Notas maſorethicas tuliſſe. Declaratur iſta ſententia tum ex ipſa Punctatione inconſtanti, inſolenti & irregulari, tum ex ipſis Maſoretharum notis cenſoriis ad eam adjectis. Punctatio iſta conſideratur primò in *Vocalibus*, ſecundò in punctis *Dages & Mappik*, tertiò in *Accentibus*.

I. De Punctatione ſive Notatione inconſtanti & inſolenti vocalium.

Punctatio inconſtans, inſolens & irregularis vocalium eſt, quando vox ſine omni legitima cauſa, inſolenter & irregulariter, contra communem formam & analogiam ſimilium punctata eſt. Innumera ejus ſunt exempla, ex quibus pauca delibabimus, & ad ſententiæ noſtræ explicationem accommodabimus.

Gen. 16. ℣. 13. ſcribitur שֵׁם־יְהוָה, & mox verſ. 15.

שם־בנו.

Digitized by Google

שֵׁם-בְּנוֹ, ubi Maſoretharum gloſſa: *Omne* שֵׁם *eſt cum kamez* (parvo,id eſt,Tzere) *exceptis ſex cum Sagol.* Si iidem ſunt Punctationis & Maſoræ authores, quæ cauſâ fuit, ut ex tot centenis tantùm ſex contra communem formam punctarint? quare tantùm ſex iſta,quæ hîc in Maſora adducuntur,& non alia, ſic punctarunt? quare ipſimet hanc anomaliam appoſitâ Notâ prodiderunt? nempe, non iidem authores & punctationem iſtam, & ejus Maſoram confecerunt, ſed Maſorethæ, qui vocum formas recenſuerunt, quique in exemplaribus jam antea punctatis, ſic invenerunt, idcirco iſtam formam ſpecialiter annotarunt. Nec enim ipſi ſibi hoc juris attribuerunt, vel minimum apicem in ſacro textu mutare, nec aliis eam licentiam conceſſam voluerunt, quòd intemerata & religioſa deberet eſſe ſacræ Scripturæ authoritas, cujus formam authenticam & divinam, qualem ipſi agnoſcebant, non poſſet niſi cum extrema impietate, humana transmutare audacia. Nam quæ eſt ingenii humani, aliquâ ſcientiâ inflati, arrogantia, facillimè ſuæ ſcientiæ habenas laxat, & dominium quàm latiſſimè extendit. Notam ergo appoſuerunt ad iſta ſex, ut in minimis quibuſque inviolatus ſacræ Scripturæ textus æternùm permaneret, qui unicus totius Maſoræ ſcopus fuit.

Gen. 19. 2. ſcribitur הִנֶּה. Maſorethæ: *Omnia* הִנֵּה *ſignificationis* הֵן *ſunt cum kametz* (parvo, id eſt, Tzere) *excepto uno, quod eſt hoc ipſum.* Quæ cauſa fuit, ut innumeris locis uno modo ſemper hanc vocem punctarint, hoc uno loco excepto? quare ipſimet, ſi iidem fuerunt punctationis hujus authores, hanc novitatem additâ gloſſâ indicarunt? nempe Maſorethæ videntes hanc vocem in exemplaribus hoc loco ab aliis antea punctatam, ei virgulam cenſoriam addiderunt, ne quis emendaret, quod quiſque vel facillimè ſecundum Grammaticam feciſſet.

[Geneſ. 50. ℣. 26. וַיִּישֶׂם *Et poſuit*, ſc. *aliquis.* Quare hic novam radicem finxerunt, יָשַׂם, aliâs in universâ linguâ Hebraicâ inuſitatam? quare non punctarunt וַיָּשֶׂם, ut Geneſ. 24. 33. pro וַיּוּשַׂם, cùm aliâs ſæpè Jod pro Vav poſitum legatur?]

Exod. 32. 1. ſcribitur מָה: Maſora, *Viginti quatuor locis legitur, & pariter ſemper ante* ע״ח, (id eſt, voces à ח vel ע incipientes) *exceptis ſeptem, quorum quinque ſunt cum kametz* מָה, *& duo cum Pathach* מַה. Quare tantùm ſeptem diverſæ punctationis, & non plura? quare iſta, & non alia notata? nempe, quia ſic viderunt iſta punctata in exemplaribus, ideo notarunt, ne quis corrigeret. Ipſis enim fuiſſet facilius, analogiam in punctando obſervaſſe.

Ibidem verſ. 6. ſcribitur לְצַחֶק *Ad ludendum.* Maſora, *Non reperitur ampliùs cum Sægol & accentu.* Quare non punctatum לְצַחֵק, juxta communem formam Infinitivi in Pihel? quare abſque omni cauſa Sægol cum accentu relictum? aliàs quidem rectè Sægol in ultima eſt, quando accentus in penultima, ut in illo לְצַחֶק בִּי *Ad illudendum mihi*, Gen. 39. 17. לְצַחֶק בָּנוּ *Ad illudendum nobis*, ℣. 14. Nempe, quia hi Maſorethæ ſic viderunt in exemplaribus punctatum, & cauſam neſcientes, adjecerunt ei expreſſam Notam, ne quis erroneum putaret.

Exod. 33. 3. ſcribitur פֶּן־אֲכֶלְךָ *Ne fortè conſumam te.* Maſora, *Non extat ampliùs.* Quæ cauſa inſolentis hujus anomaliæ, אֲכֶלְךָ pro אֲכַלְּךָ ex forma communi in Pihel? Debet autem ex Pihel eſſe, ut rectè interpretes ponunt, cùm in kal hoc verbum כָּלָה Affixa non recipiat, repugnante ſignificatione. Perſona prima אֲכַלֶּה ſatis eſt uſitata, à qua faciliùs & promptiùs, juxta communem & uſitatam formam dictum fuiſſet אֲכַלְּךָ, quàm irregulariter אֲכֶלְךָ. At hi Maſorethæ, videntes ſic in exemplari-

Digitized by Google

bus punctatum eſſe, id mutare noluerunt, & ne mutaretur, Notam ſuam ei appoſuerunt.

Levit. 5.22. ſcribitur בִּתְשׂוּמֶת pro בִּתְשׂוּמַת *In depoſitione*. Forma תְּשׂוּמָה in Nominibus Quieſcentibus ſecundâ radicali, communiſſima eſt, unde in forma conſtructionis תְּשׂוּמַת. At quàm inſolens eſt hîc Sægol pro Pathach? quæ neceſſitas, aut quæ cauſa ſaltem levis hujus mutationis eſſe potuit? nempe Maſorethæ invenientes ſic punctatum, immutatum reliquerunt.

Levit. 10. 19. ſcribitur הַיִּיטַב *Num bonum erit?* Maſora, *Non extat amplius, & habet Dages.* Quis judicet eosdem authores adeò inſolentiſſimè poſt ה interrogandi Dages poſuiſſe, & id Notâ maſorethicâ monuiſſe? Noverant Maſorethæ, ה interrogandi, propriè & communiſſimè notari cum Chatephpathach (niſi gutturalis litera obſtet) abſque ullo Dages. At videntes hîc ſic punctatum eſſe irregulariter, id appoſitâ Notâ monuerunt, ne quis Majorum placita mutaret, quorum ratio ipſis authoribus erat nota.

Numer. 9. 2. ſcribitur הַפָּסַח cum Kamez & accentu Tiphcha extra diſtinctionis membrum. Maſora, *Non reperitur amplius cum Kametz quàm hîc & in omni Athnach & Sophpaſuk.* Quare hîc tantùm extra omnem Scripturæ uſum, quæ hanc formam duntaxat cum duobus illis accentibus in hac voce agnoſcit? Hanc ergo inuſitatam formam hi Maſorethæ notare voluerunt, ne quis erratum putaret.

Deut. 18. 17. ſcribitur אֱלֹהָי cum Kametz ad accentum Sakeph. Maſora, *Octo ſunt cum kametz; & ſic quoque ſemper cum Athnach & Sophpaſuk, exceptis duobus.* Hæc duo extant Pſal. 84. 11. & 86. 2. cum Pathach juxta Athnachta. Quare iſta duo non punctarunt juxta communem uſum? quare Athnach hîc ſuum uſum perdidit potius, quàm in aliis? nempe quia Maſorethæ ſic in exemplari-

pluribus invenerunt, ideo Notam ipſis appoſuerunt, relinquentes judicium hujus punctationis authoribus.

Deut. 30. 4. ſcribitur נִדַּחֲךָ *Expulſus tuus*, ex Benoni Niphal, נִדָּח. Quare ergo hi artifices non punctarunt regulariter נִדָּחֲךָ? Item Deut. 32. 28. אֹבַר, quare non אֹבֵר ex forma Participii præſentis Kal, ubi Tzere nunquam mutatur in Pathach? nempe quia Maſorethæ ſic punctatum invenerunt, ideo eis Notam adjecerunt, *Non reperiri amplius*.

Joſ. 2. 14. ſcribitur עִמָּךְ cum accentu Tiphcha, extra diſtinctionis membrum: nam plena ſententia, *Exercebimus*: עִמָּךְ *tecum benignitatem & veritatem*. In plenioribus ſententiæ membris ſic dici & ſcribi ſolet, non in continuata oratione, in qua ſemper עִמְּךָ, quæ eadem diſtinctio eſt inter לָךְ & לְךָ: quæ ergo cauſa hujus diverſitatis in hoc loco fuit, cùm Jud. 1. 24 rectè in eadem locutione, וְעָשִׂינוּ עִמְּךָ חָסֶד punctatum ſit? nempe, quia Maſorethæ ſic punctatum invenerunt, ideo monuerunt hîc ita eſſe, ſed in libro Judicum עִמְּךָ.

Joſ. 6. 14. ad אַחַת cum accentu Sakeph, Maſora notat: *Sex ſunt cum Pathach & Sakeph, & quandocunque ipſi jungitur unum ex his* חֻקָּה, מִנְחָה, שָׁנָה, תּוֹרָה, *tunc ſimiliter eſt cum Pathach, excepto uno.* Illud extat Deut. 24. 5. שָׁנָה אֶחָת ubi Maſora: *Non extat amplius cum Sakeph & Kametz.* Quid hîc accentus iſte plus juris habuit quam alibi? nempe quia Maſorethæ ſic jam antea in libris punctatum invenerunt, ideo monuerunt hoc loco diverſitatem iſtam.

Joſuæ 7. 7. ſcribitur הֵעֲבַרְתָּ הַעֲבִיר *Traduxiſti traducendo*, pro הֶעֱבַרְתָּ. Quæ cauſa, ut præter omnem rationem hîc poſitum Tzere? quid opus fuit iiſdem authoribus ſic punctare inſolenter, & appoſitâ anomaliæ Notâ, id monere? nunquid faciliùs poſuiſſent הֶ, juxta

Digitized by Google

communem loquendi & punctandi uſum, quàm inexplicabilis anomaliæ Notam? certè Maſorethæ iſtam inuſitatam punctationem videntes, aſcripſerunt, *Non reperiri ampliùs cum Tzere.* At הַעֲבַרְתָּ ipſis ſatis nota forma fuit ex Levit. 25. 9. Num. 27. 7. tum ex ipſa analogia locutionis & punctationis.

Jud. 19. 5. ſcribitur סְעָד לִבְּךָ *Corroborato cor tuum*, & verſ. 8. סְעָד־נָא Maſora utrobique tradit, Duo eſſe cum Kametz in hoc textu. Poſterius ſine accentu ante Makkaph, rectè eſt cum kametzchatuph, ex forma סְעֹד: at prius, ſi eſt ex terminatione סְעַד, quare accentus miniſter vocalem Pathach produxit in Kametz? ſi eſt ex forma סְעֹד, quare Cholem correptum in Kametzchatuph accentum retinente? hujus anomaliæ nulla ratio dari poteſt. Maſorethæ ſic punctatum invenientes, id reliquerunt, & additâ Notâ monuerunt, ne quis offenderetur.

1. Sam. 7. 17. ſcribitur שָׁפָט judicavit, cum accentu miniſtro Munach, & duplici kametz extra diſtinctionis membrum. Maſorethæ id præter omnem rationem ſic punctatum invenientes, aſcripſerunt, *Non ſic ampliùs reperiri cum kametz, ſed nomen proprium viri ipſi eſſe ſimile.* Quæ ipſis fuit iſtius anomalæ punctationis cauſa? melius fuiſſet cauſam explicaſſe aut regulariter punctaſſe, quàm inexplicabilis diverſitatis Notam apposuiſſe.

1. Sam 10. 11. ſcribitur מֵאִתְּמוֹל *Ab heri*, cum Chirek & Dages: aliâs communiter & uſitatè אֶתְמוֹל: quæ hujus punctationis inuſitatæ ipſis fuit cauſa? nempe, quia Maſorethæ ſic jam antea in libris punctatum invenientes anomaliæ Notam appoſuerunt.

2. Sam. 23. 6. ſcribitur כֻּלָּהַם pro כֻּלָּהֶם aut כֻּלָּם. Maſora notat, Nunquam ſic ampliùs eſſe. Quæ neceſſitas tam inuſitatæ punctationis & appoſitæ Maſoræ?

1. Reg.

1. Reg. 21. 27. וַיְהַלֵּךְ אַט *Et ambulaverit lentè.* Quare punctatum cum Pathach juxta Sophpaſuk? quare Maſora notavit, *Non ampliùs eſſe cum Pathach*? quare non punctatum cum kametz, ut לְאָט *Lentè*, Jeſ. 8. 6? nempe quia ſic punctatum in exemplaribus fuit.

Jeſa. 32: 18. ſcribitur מִבְטַחִים, cur non מִבְטָחִים cum Kametz in medio, à ſing. מִבְטָח? cur Maſorethæ notarunt, *Non inveniri ampliùs cum Pathach*? nempe, quia ſic punctatum invenerunt, non quod ipſi ſic punctarint. Cap. 44. 13. ſcribitur, יְתָאֲרֵהוּ & יְתָאֳרֵהוּ *Format illud*, quare eadem vox in eodem verſu non eodem modo punctata eſt? quare Maſorethæ ad unam notarunt, *Non reperiri amplius cum* ֲ, ad alteram, *Non reperiri ampliùs cum* ֳ? nempe, quia ſic punctatum in libris invenerunt; non quod ipſi ſic punctarint.

Jerem. 17: 17. ſcribitur תִּהְיֵה *Eris*: Maſorethæ, *Non eſt ampliùs cum Tzere.* Quare inter innumera hoc unicum ſic punctarunt contra communem analogiam? quare notarunt id? nempe quia ſic invenerunt in libris punctatum. Cap. 31. 32. הֶחֱזִיקִי *Apprehendere me*; Maſora, *Non reperitur ampliùs cum Sægol & Châtephſægol.* Quare hîc tantùm ſic punctarunt? cùm aliâs extra Præteritum, hoc verbum non reperiatur cum Sægol, ſed ſemper cum Pathach & chatephpathach? quare id notatum, nempe quia ſic viderunt punctatum in libris, præter normam reliquorum, ideo Notam adjecerunt, ne quis offenderetur.

Ezech. 9. 8. quid ſibi vult iſta tantopere perplexa ſcriptio & punctatio, in voce וְנֵאשְׁאַר? quare Tzere? quare ־ ſub litera non gutturali præter neceſſitatem? quid Pathach ultimum? ſit maximè forma compoſita ex Futuro & Præterito Niphal, quaſi propheta primò voluerit dicere וָאֶשָּׁאֵר, etſi in hac conjugatione verbum fortè niſi ſemel reperiatur, & וְנִשְׁאַר ex forma Benoni,

quid tamen Maſorethæ iſta inconcinna punctatione voluerunt? utique ſi illi puncta addidiſſent, ſine dubio convenientiùs punctaſſent, cum omnium Judæorum doctiſſimi Grammatici fuerint. At cùm jam antea in libris ſic ſcriptum & punctatum invenirent, ei Notam maſorethicam apposuerunt. [Ibid. ℣. 23. אֶכְתְּבֶנָּה, juxta Ben Naphtali, quare non ה juxta communem formam? At Ben Aſcher, juxta R. D. Kimchi, ה. Utrique potuiſſent analogiam ſervaſſe, niſi inveniſſent exemplaria diverſimodè punctata.]

Dan. 1. 13. ſcribitur תֵּרָאֵה *Videbis:* Maſora, *Non extat ampliùs cum Tzere.* Quare contrà tam frequentem & univerſum totius Scripturæ uſum, hanc vocem hoc duntaxat loco punctarunt cum Tzere loco Sægol? quare notarunt, hoc loco tantùm ſic reperiri? nempe quia Maſorethæ, ſic jam antea punctatum in libris invenerunt, non quod ipſi ſic punctarint. Cap. 2. 19, גֲּלִי & verſ. 30. גֲּלִי *manifeſtum:* Maſora utrobique notat, *Non reperiri ſic ampliùs.* Quare non punctarunt in eodem textu eodem modo? quare præter neceſſitatem & contra communem uſum adhibuerunt Scheva compoſitum? quare non Scheva ſimplex גְּלִי juxta formam communem iſtius Participii? & ſic non opus fuiſſet Notâ maſorethicâ. Certè quia Maſorethæ ſic punctatum jam antea in libris invenerunt, ideo ſic reliquerunt, & Notam ei adjecerunt. Contrà cap. 3. 22. ex eodem Participio ſcribitur אזה *accenſa*, pro אֵזָה: Maſora; *Non extat ampliùs cum Tzere.* Quare non ſcripſerunt potiùs regulariter juxta communem notam & tritam formam, & Notam maſorethicam omiſerunt, ſi iidem authores puncta addiderunt & Maſoram conſcripſerunt? Nempe quia Maſorethæ ſic punctatum jam antea in libris ex forma tertiæ fœmininæ, (cum debeat eſſe ſecunda maſculina) invenerunt, ideo notarunt ne quis offenderetur.

Digitized by Google

deretur. Cap. 4. 19. irregulariſſimè omnino punctatum eſt רְבַית Maſora; *Redundat* ' *& punctatum eſt cum pathach.* Quare non punctarunt רְבִית juxta communem iſtius perſonæ formam? quare Grammaticam inconcinnè turbarunt? quare ſenſum obſcurarunt ſiquidem ipſi ſic punctarunt? nempe quia Maſorethæ non punctarunt, ſed jam antea ſic irregulariter punctatum invenerunt, idcirco illud annotarunt. Hoc tamen mirum, quare notent redundare ', quod ad veram formam pertinet, & locum tertiæ radicalis occupat? Si redundat, tunc hæc forma mera & vera eſt tertiæ fæmininæ, quæ hîc nullo modo convenit. Ibid. רְבַת וּמְטַת *creſcebat, & pertingebat.* Maſora ad primum notat, *Non extat ampliùs cum Kametz.* Quare hæc duo verba, quæ ſunt ejuſdem perſonæ, ejuſdem conjugationis, ejuſdem claſſis verborum, non etiam eodem modo punctarunt? nam Radices ſunt רְבָה & מְטָה: quare primi formam differentem Maſorethæ notarunt? nempe quia ſic punctatum in libris invenerunt, non quod ipſi ſic punctarint, & Notam ſine cauſa omni adjecerint. Dan. 7. 6. punctatur וְלַהּ *& ipſi,* & mox לָהּ cum Kametz, & ſic verſ. 5. ſemel, & verſ. 4. bis cum Kametz, & ſæpiùs & ſemper cum Kametz. Ad illud ergo cum Pathach Maſorethæ notarunt, *Non reperiri ampliùs cum Pathach, & ter in reliqua Scriptura cum kametz.* An iidem authores ſic punctarunt, & ſuæ punctationi Notam adjecerunt? minimè, ſed quia Maſorethæ ſic punctatum invenerunt, ideo ei Notam appoſuerunt, ne mutaretur.

Hoſ. 4. 17. ſcribitur אֶפְרָיִם cum Kametz, & notant Maſorethæ, *Quatuor extra Athnach & Sophpaſuk eſſe cum Kametz*, quorum loca hîc adducuntur in Maſora. Quare tantùm quatuor, & quare tantum iſta, & non alia inter quamplurima, quæ cum Pathach ſcribuntur? nec accentui cauſa tribuenda eſt, quia hoc loco eſt Tiphcha,

cum

Digitized by Google

cum quo mox cap. 5. 11. hæc vox retinet pathach, & aliâs rariſſimè pathach in kametz convertit: nec accentui Sakephkaton, qui id quidem ſæpè hoc facit, atque etiam in hac voce infrà Hoſ. 13. 12. at ſæpiſſimè non, ut in hac eadem voce Hoſ. 5. 3. bis manet pathach, & ſic alibi. Quare ergo Maſorethæ hæc quatuor tantum notarunt habere Kametz? nempe quia ſic in libris punctatum invenerunt.

Joel. 1. 4. punctatur מִּם cum Kametz & accentu Sakephcaton. Maſora notat, *Duo eſſe cum Kametz & Sakeph.* Alterum extat Deut. 8. 7. Quare inter quamplurima ſimilia loca cum iſto accentu, veluti Geneſ. 18. ℣. 4. & alibi ſæpiùs, duo tantùm, & quidem iſta præ aliis, Maſorethæ obſervarunt habere kametz? nempe quod ſic punctata iſta duo in libris invenerunt, non quod iſti ea ſic punctarint, & maſoram aſcripſerint.

Amos 9. 13. ad עֹשֵׂה Maſorethæ notant: *In Deuteronomio, Regum libro, duodecim prophetis, Chronicorum libro, Pſalmis, Eccleſiaſte & Eſra ſemper ſcribi* עֹשֵׂה *cum Tzere, exceptis viginti duobus, quæ ſunt cum Sægol.* Ex illis cum Sægol Maſora parva notat eſſe *Sex in prophetis minoribus.* Quare tam accurata in tot libris hujus punctationis obſervata & notata differentia? nempe quia Maſorètharum officium fuit, numerare voces & vocum formas, easque aſcriptis Notis indicare, ne à quoquam unquam mutarentur.

Obad. verſ. 20. ad הַחֵל Maſorethæ notant, *Quater hanc vocem extare, ter cùm Kametz ſub* ה, *& ſemel cum Pathach*, nempe hoc loco. Quare non potiùs hic etiam ſcripſerunt kametz, & totam Gloſſam maſoreticam omiſerunt, ſi iidem authores punctorum ſunt etiam authores ipſius Maſoræ? certè longè facilius hoc fuiſſet, quàm reliqua loca operosè inquirere, & notare ea cum hujus loci differentia, quem nulla omnino cauſa urgebat

bat differenter punctare? notarunt ergo hunc locum differentem, quia ſic in libris eum punctatum invenerunt, quem à quoquam mutari nefas putabant.

Hab. 2. 17. ſcriptum יְחִיתַן *terrebit eas:* Maſora notat, *Non reperiri ampliùs cum Pathach.* Quare non potiùs punctarunt יְחִיתֵן juxta analogiam, & ſic nullâ maſorâ opus fuiſſet? nempe quia ſic punctatum in libris viderunt, idcirco Notam appoſuerunt.

Zach. 7. 14. ſcribitur וְאֵסָעֲרֵם: Maſora, *Non reperitur ampliùs.* Quæ cauſa tam irregularis punctationis, cùm facilimè potuiſſent tanti Grammatici regulariter punctare? Nam analogia poſtulaſſet ex Pihel וַאֲסַעֲרֵם Et turbine proſternam eos, vel ex Niphal וְאֶסָּעֲרֵם, quod reſolvendum in וְאֶסָּעֵר עִמָּם *Procelloſum, Turbulentum me exhibebo cum eis.* Maſorethæ ut invenerunt in libris, ſic reliquerunt.

Pſal. 137. 5. ſcribitur יְרוּשָׁלָ͏ִם, & ſic verſ. 7. & Pſal. 79. ℣. 3. ubi Maſorethæ notant, *Octies hanc vocem ſcribi cum Kametz.* Quare in maximo numero tantum octo placuit Maſorethis ſic punctare, ſiquidem illi punctarunt? quare tantum iſta, quæ adducuntur Pſal. 79. & non alia? quare eodem Pſal. 137. verſ. 6. ſcribitur יְרוּשָׁלַ͏ִם cum Pathach juxta Athnach, & verſ. 5. cum accentu Revia, & verſ. 7. cum Merca & Kametz? an his accentibus major vis, quàm accentui Athnach? & quidem juxta illud cum Pathach & Athnach, notant Maſorethæ, *Non reperiri ampliùs cum Pathach & Athnach,* Quis credat, eosdem hîc fuiſſe authores punctationis & Maſoræ?

Pſal. 128. ℣. 3. ſcribitur אֶשְׁתְּךָ *uxor tua.* Maſorethæ, *Non reperitur ampliùs cum Segol.* Nomen אשה cum Affixis ſemper habet chirek ſub א, quare ergo hoc uno loco aliter punctarunt, & Notam appoſuerunt? nempe quia ſic punctatum in libris invenerunt.

Digitized by Google

Prov. 3. 12. ſcribitur אֶת cum Sægol & accentu. Maſora, *Ter habet Sægol & accentum.* Vocula אֵת cum accentu ſemper notata eſt cum Tzere, exceptis tribus illis, quæ Maſorethæ hic adducunt, & notant habere Sægol cum accentu. Si iidem fuerunt punctationis & Maſoræ authores, quare inter millena duntaxat iſta tria ſic punctarunt, & Notam eis appoſuerunt? nempe quia Maſorethæ ſic in punctatis exemplaribus invenerunt, ideo eis Notam adjecerunt, ne quis erronea putaret. Deinde Maſora hoc loco addit: Omne אֶת quod venit, ante Makkaph, habet Pathach parvum, id eſt Sægol, *excepto unico*, quod eſt cum Tzere & legitur Job. 41. 26. Quare rurſus inter millena unicum duntaxat ſic punctarunt? nempe quia Maſorethæ ſic in punctatis libris invenerunt, ideo ei Notam appoſuerunt, ne quis falſum putaret. Cum Sægol & accentu extant Pſalm. 47. ☩. 5. & 60. 2. Prov. 3. 12.

Job. 19. 7. ſcriptum, אֶעֱנֶה *Exaudiat*; Maſora, *Non reperitur amplius cum Sægol, Kametz, Sægol* Annon facilius fuiſſet regulariter punctaſſe אֶעֱנֶה (ut habet Pagninus in ſuo Theſauro, contra hanc Maſoram) quàm talem Notam appoſuiſſe? nempe quia Maſorethæ ſic in punctatis libris invenerunt, ideo ei Notam adjecerunt.

Thren. 1. 20. ſcriptum חֳמַרְמָרוּ *Perturbata ſunt*, ubi Maſora: *Non extat amplius cum* ֳ. Quare Notam hanc appoſuerunt, & non potius regulariter punctarunt חֳ, ut eſt Job. 16. 16? nempe quia ſic invenerunt in libris punctatis. Cap. 2. 17. ſcriptum eſt אֶמְרָתוֹ *Verbum ejus*, ubi Maſora: *Non extat amplius cum* ֶ. Quare vocem adeo notam, adeo communi uſi tritam, contra univerſum uſum hoc ſolo loco ſic punctarunt, & punctationi ſuæ Notam adjecerunt? nempe quia ſic in punctatis libris invenerunt, idcirco notarunt, ne quis offenderetur tanquam erroneo.

Digitized by Google

Eccleſ. 3. 18. ſcriptum שֶׁהֵם *quod ipſi:* Maſora, *Non extat ampliùs cum Scheva.* Quid ita? nempe quia ſic invenerunt punctatum. Nam ſi ipſi punctaſſent, non poterant ignorare, quod aliquoties hoc eodem capite, & ſæpiùs in toto libro communi formâ eſſet notatum שֶׁ. Cap. 7. 28. ad וּמוֹצֵא notatum à Maſorethis; *Non extat ampliùs cum Sagol.* An ignota fuit forma Participii Benoni per Tzere in fine? quare non punctarunt, ut mox in eodem hoc verſu ejuſdem claſſis Verbum, וְחוֹטֵא? nempe quia ſic invenerunt in libris punctatis.

Neh. 9. 34. ſcriptum אַשְׁדֳּוִדִיּוֹת עַמֳּנִיּוֹת. Maſora notat duntaxat, *Redundare in ſcriptione literam* י. Si illi qui hanc Notam appoſuerunt, fuerunt etiam punctatores harum vocum, quare non potius punctarunt regulariter אַשְׁדּוֹדִיּוֹת à ſingulari אַשְׁדּוֹדִית, in eodem hoc verſu, vel defectivè אַשְׁדֳּדִיּוֹת, ut alibi punctatum אֲרַמִּיּוֹת 1. Reg. 11. 1? quare ſcheva compoſitum ſubjectum literæ non gutturali; cùm potuiſſet retineri cholem? Quid ſibi vult ejusdem formæ triplex mutatio in eodem verſu illo libri Regum, qui ex præcedenti occaſione, hîc primò notandus nobis venit? nam ibi punctatum legitur, אֲרַמִּיּוֹת עַמֳּנִיּוֹת צֵדְנִיּוֹת *Edomæas, Ammonitidas, Tzidonias*, quorum forma ſingularis, צִידוֹנִית, עַמּוֹנִית, אֲרַמִּית. Quid ſibi vult monſtroſum illud צֵדְנִיּוֹת pro צִדְנִיּוֹת vel צֵ, ut ſit defectivum, id eſt, ſine י, ut Maſora notat. Certè niſi ita punctatum hi Maſorethæ inveniſſent, vel puero fuiſſet facile, convenientiùs id punctaſſe. Item eodem hoc capite Nehemiæ, verſ. 31: punctatum וְלַקֻּרְבָּן, Maſora, *Non reperitur alibi.* Quare unico hoc loco vocem uſu frequentiſſimam & notiſſimam in medio punctarunt cum Kibbutz, cùm in tota Scriptura ſemper ſit Kametzchatuph? certè niſi inveniſſent ita punctatum, vel puer noviſſet dicendum & ſcribendum fuiſſe וְלַקָּרְבָּן.

1. Par. 15. 13. ſcribitur לְמַבָּרִאשׁוֹנָה cum Pathach ſub מ loco Chirek. Quæ cauſa fuit his exercitatiſſimis viris, univerſum linguæ uſum in hac una voce mutare? Maſorethæ quidem nihil hîc de iſto Pathach notarunt, ſed de accentus ratione tantùm monuerunt: quanto tamen meliùs fuiſſet, analogiam ſervaſſe, niſi priſtina punctationis authoritas obſtitiſſet. Cap. 23. 6. & 24. 3. ſcribitur וַיֶּחָלְקֵם *Et diviſit eos*, pro וַיְחַלְּקֵם aut וַיַּחְלְקֵם. Quæ cauſa hujus anomaliæ, niſi quòd Maſorethæ ſic in libris invenenerunt?

II. *De notatione punctorum Dages & Mappik.*

Ut analogia Grammatica analogam rationem punctorum vocalium requirit, ſic quoque poſtulat, ut puncta Dages & Mappik legitimè vocibus inſcribantur. At ut in punctis vocalibus, ſic quoque hîc inſolens & inconſtans ratio & uſus in punctis Dages & Mappik à Maſorethis obſervatus & notatus eſt, ex quibus admodum probabiliter colligi poteſt, Maſorethas ſive Authores Maſoræ ſcriptę, non ſimul inventores horum duorum punctorum fuiſſe, & Maſoram de iis conſcripſiſſe, ſed de eorum inconſtanti uſu in libris jam antea punctatis, judicaſſe, & Notas maſorethicas appoſuiſſe, quòd ſcilicet ſic vel ſic in exemplaribus invenerint, nec fas eſſe cuiquam homini, vel minimum punctum in Scriptura ſacra emendare, alioqui futurum, ut ex ſenſu divino in ſenſum humanum paulatim degeneret. Audacia enim humana, ægrè in terminis ſubſiſtit.

Primò notiſſimum eſt literas quatuor gutturales non admittere Dages forte. Valent autem iſtæ literæ in pronunciando ſpiritum, qui vel Lenis vel Aſper. Spiritus

ritus lenis ſive ſimplex, qui per literam א indicatur, quandò intenditur, fit Aſper, cui litera ה deſtinata eſt. Aſper rurſus gradibus intenſionis differt, pro natura Orientalium populorum, qui verba ſpiritu potentiori in gutture collidunt. Huic intenſioni ſerviunt literæ ח & ע, unde adminiculo puncti Dages minimè opus habent, nec ullo modo admittere poſſunt. His quatuor gutturalibus annumeratur litera ר, ob ſoni naturalis aſperitatem Dages excludens. Maſorethæ tamen puncti Dages uſum in vocibus obſervantes, notarunt literam א quater habuiſſe Dages, unde ſcribitur in Maſora Eſræ 8. 16. ד׳ אַלְפִּין דְּגִשִׁין *Quatuor* א *ſunt dageſſata*, nempe א in וַיָּבִיאּוּ hîc & Geneſ. 43. v. 26. item in תָּבִיאּוּ Levit. 23. v. 17. ubi Maſora idem notat; item in רֻאּוּ Job. 33. 21. ubi ſimiliter loca adducuntur. Jam verò cùm univerſus linguæ uſus & naturalis ratio & poteſtas in pronunciatione hujus literæ repugnent, ut hujuſmodi Dages recipiat, quid movit hos Maſorethas, hiſce tantum quatuor locis hoc Dages uſurpare? quæ cauſa fuit, illis Notam adjicere ſine ulla cauſæ redditione? nempe quia literæ א hiſce locis punctum aliquod ſive fortuitò, ſive alterius myſterii causâ inſcriptum invenerunt, ideo illud notarunt, judicium aliis relinquendo. De litera ר ſimile judicium eſt: ſemel de ea Maſorethæ 1. Sam. 10. 24. ad vocem הַרְּאִיתֶם notant ג׳ בִּקְרִיאָה וְדָגֵשִׁים *Ter occurrit in Scriptura & eſt dageſſatum*, nempe in litera ר. Alia duo loca ſunt 1. Sam 1. 6. & 17. 25. Item Cant. 5. ℣. 2. ad שֶׁרֹּאשִׁי notat Maſora: *Non extat ampliùs & eſt cum Dages*. R. David in Michlol fol. 72. ſcribit, ſe in libris Maſoræ inveniſſe notatum, ר ſepties eſſe cum Dages. At verò quare contra univerſum linguæ uſum ei Dages impoſuerunt? quare appoſitâ Notâ id indicarunt? nempe quia ſic invenerunt in libris, non quòd ipſi illud ſine cauſa inſcripſerint.

Digitized by Google

Deinde Euphonia & in pronunciando commoditas, quantum uſum quantamq; vim in omnibus linguis habeat, norunt omnes qui linguarum proprietates intelligunt. Hinc & in lingua Hebræa Euphoniæ ratio in uſu Dages fortis, à Grammaticis obſervata eſt. Quando literis inſcribitur, aut quando ex illis excidit, ejus in Arte Grammatices certæ cauſæ & certa fundamenta ſunt. Hinc quando ſine cauſa vel inſcribitur vel omittitur, id Euphoniæ tribui ſolet, unde Dages euphonicum vocatur, quod ſine certa cauſa flexionis vocis, literæ inſcriptum eſt. Veluti de omiſſo Dages communis Grammaticorum regula eſt: *Dages fortè ex litera ſchevata ſæpè excidit.* De Dages ſine legitima cauſa flexionis inſcripto, nullum certum fundamentum eſt, ſed in ſpecialibus exemplis tãtummodò obſervatum, in quibus cum nulla cauſa Grammatica dari poſſet, euphoniæ attributum eſt. At verò, quomodo euphonia in ſimilibus exemplis contrarium uſum obtinuit? veluti, quod ex litera ſchevata, quæ illud ex vocis analogia habere debebat, facilioris pronunciationis causâ excidit, uſu receptum & probatum eſt, unde & à Maſorethis neglectum, at è contrario, quòd literæ ſchevatæ rurſus impoſitum ubi ejus neq; ex vocis analogia, neque ex vocis euphonia uſus ullus eſſe videtur, id Maſorethis inſolens judicatum, ac proinde notatum. Veluti, quæ major euphonia fuit in unico & ſolo loco, Exod. 15. 17, in voce מִקְּדָשׁ Sanctuarium, cum Dages redundanti in ק, quàm in innumeris aliis, ubi ſemper ſcribitur מִקְדָשׁ? quæ cauſa fuit, in unico iſto loco ſic punctare, & punctationis Notam adjicere? nempe Maſorethæ inſolentem formam in libris invenientes, eam notarunt, ne quis ceu erroneâ, offenderetur. Tale eſt מִקְּרֶה *Accidens*, Deut. 23. 11. ubi Maſorethæ notant, *Non reperiri amplius cum Dages.* At ſine Dages ſatis eſt frequens, &

quid

quid moviſſet illos, hoc ſolo loco adhibere Dages præter communem uſum, & ſimul annotare, non legi ſæpiùs cum Dages? Idem de pluſculis aliis judicium eſto, quæ hujuſmodi inſolens Dages habent, & à Maſorethis obſervata ſunt, quòd ea ſic in libris inveniſſent, non quod ipſimet ſic punctarint, ac maſoram de iis dederint, cùm ſatiùs fuiſſet communem formam obſervare, & maſoram de iis omittere.

לְמַרְ Aliquando ſcribitur cum Dages in מ, aliquando ſine Dages. Cum Dages ſcribitur communiter, exceptis tribus, quæ à Maſorethis obſervata & notata ſunt, Pſalm. 43, ubi v. 2. ſemel ſine Dages, mox cum Dages punctatũ eſt, ex qua occaſione Maſorethæ ſuam animadverſionem ad hanc vocem ibi confecerunt. Ante gutturales ſolet notari leniter ſive abſque Dages: obſervarunt tamen Maſorethæ, quinque eſſe cum Dages, quæ idcirco hoc eodem loco recenſuerunt. Si jam iidem fuiſſent punctationis & maſoræ authores, certè longè faciliùs fuiſſet analogiam in punctando obſervare, quàm tam laborioſè in hanc vocem inquirendo, de quinque iſtis ſpecialem dare maſoram.

¶ Item communis linguæ uſus eſt, ut vox in literam quieſcentem finita, & accentu miniſtro notata, conſtituat ſequentem literam בגד כפת lenem. Octo tamen à Maſorethis notata ſunt, quæ contra communem uſum habent Dages. Immò non tantùm hoc, ſed & quatuor ל, quatuor י, duo צ poſt vocem præcedentem ſic affectam reperiuntur notata cum Dages, quæ recenſentur in Maſora Dan. 5. 11. Quare à communi linguæ uſu & proprietate hic deflexerunt? quare iſtis locis, & non aliis, quare iſtas literas, & non alias, in ſimili affectione ſic dageſſarunt?

Communis etiam uſus eſt, ut literæ בגד כפרת poſt Scheva quieſcens in medio vocis accipiant Dages lene.

At

At Exod. 2. v. 3. in omnibus libris, in voce הַצְּפִינוֹ litera צ cum Dages notatur, & פ eſt raphe, nempe pro הַצְּפִינוֹ: eſt enim Infinitivus conjug. Hiphil cum Affixo. Unde iſta inſolens & irregularis punctatio, niſi quod ſic punctandum acceperunt. Unde Aben Eſra in מאזני לשון הקדש exemplum refert inter ea, quæ Dages habent, cujus ratio non conſtat.]

Mappik ſuum neceſſarium uſum habet, & maximè in Pronominis הּ fœminini tertiæ perſonæ diſtinctione. At Maſorethæ obſervarunt, quandoque omiſſum & neglectum eſſe in ſcriptura, non ſine proni erroris occaſione maxima. Sic לה ter ſine Mappik invenerunt, quæ propterea annotarunt, ſemel in Lege, ſemel in Prophetis, ſemel in Hagiographis, ut וַיִּקְרָא לָה נֹבַח *Et nominavit eam Nobach à nomine ſuo*, Numer. 32. v. 42: לִבְנוֹת לָה בַיִת *Aedificare ei domum*. Zach. 5. 10. וַיֹּאמֶר לָה בֹעַז *Et dixit ei Boaz*, Ruth. 2. v. 14. Maſora notata eſt in Num. & Zacharia. Quæ cauſa hîc fuiſſet Maſorethis, potius omittere Mappik & Maſoram conſcribere, quàm analogiam obſervare & maſoram omittere? maximè cum hujus puncti notatio ſenſum & congruitatem ſermonis vel juvet, vel turbet ſi omittatur. Nempe, quia Maſorethæ omiſſum Mappik in his locis videbant, ubi omitti non debuit, idcirco illud notarunt. Et omnino octodecim voces in tota Scriptura obſervarunt, in quibus Mappik omiſſum, quæ ſingula notarunt ſuis Notis, veluti וַתַּחְמְרָה *Et bitumine oblevit eam*, Exod. 2. 3, ubi Maſorethæ aſcripſerunt, *Non inveniri ampliùs & eſſe abſq; Mappik*: ſic ad, לְמִן־הַיּוֹם הִוָּסְדָה *A die quo fundata fuit ipſa*, Exod. 9. 18, idem Maſorethæ notant. Reliqua adducuntur in Maſora magna fini Bibliorum adjecta, in litera ה, ſub titulo, י״ח מלין *Octodecim dictiones ſunt, quæ non habent Mappik in* ה, *& ſeducuntur iis lectores?* Itane? an Maſorethæ punctatores

Mappik

Mappik omiſerunt, ut lectorem ſeducerent, & ſenſum perturbarent? quin potiùs Maſorethæ punctum illud in libris omiſſum videntes, illud expreſsè notarunt deeſſe, ne quis eo ſeduceretur, aut turbaretur. Alia ſimilia plura obſervabit diligens Lector.

III. De notatione Accentuum.

Ex Accentuum diſſimili & diverſo uſu ac poteſtate, & Maſoretharum de iis Notis ſimiliter evidentiſſimè eluceſcit, non eoſdem fuiſſe Accentuum inventores & Maſoræ authores, ſed Maſorethas, prout Accentuum uſum in libris jam antea punctatis viderũt, ita Maſoram de iis conſcripſiſſe. Innumera ejus ſunt exempla, ſed pauca adduxiſſe ſufficiat.

Primò, Pathach & Sægol juxta pauſas majores Athnach & Sophpaſuk ſive Silluk, ſolent propriè & regulariter commutari in Kamez. In ſingulis tamen libris Biblicis quædam invariata manſerunt, quæ Maſorethæ idcirco diligenter numerarunt & notarunt.

Geneſ. 21.8. ad וַיִּגָּמַל notarunt: *Eſt unum ex duodecim Pathachatis cum Athnachta in Geneſi:* & Geneſ. 21.13. ad וְקַנְתִי notant: *Eſt unum ex undecim Pathachatis juxta Sophpaſuk in libro Geneſeos.* Sic in ſingulis libris per univerſam Scripturam hujuſmodi Pathach numerarunt, & ſæpiſſimè appellant פַּתַח דְּסִפְרָא *Pathach libri hujus*, id eſt, quod in hoc libro juxta iſtas pauſas invariatum manſit. Si iidem fuerunt authores hujus punctationis & Maſoræ, quæ cauſa fuit ut iſta invariata reliquerint? quare non potiùs regulariter punctarunt, & tam laborioſam maſoram intermiſerunt? certè quia Maſorethæ hæc contra communem uſum eſſe animadvertebant, idcirco notarunt, ne quiſquam occaſionem ſumeret iſta corrigendi.

Digitized by Google

Gen. 30. 19. ad בֶּן־שִׁשִּׁי *Filius ſextus*, Maſorethæ notant, כָּל בֶּן הַמּוּקָף פַּתַח בְּמֹר *Omne Ben ante Makkaph habet Pathach* (parvum id eſt, Sægol) *exceptis quatuor*. Reliqua tria extant, 1.Sam.22.20. 2.Sam.9.v.12. Ezech.18. v.10. Quæ cauſa potuit eſſe, ut ex tot centenis iſta quatuor ſic punctarint, contra omnem uſum & rationem, & eis maſoram adjecerint? nempe quia Maſorethæ iſtam anomaliam in libris viderunt, ideo eis Notam adjecerunt. Contrà בֵּן cum accentu ſemper habet Tzere, exceptis ſex, quæ cum accentu habet Sægol, perinde ac ſi ante Makkaph eſſent. Loca hic in Maſora adducuntur. Quid opus fuit, hanc anomaliam in maſora notare, cùm longè meliùs in punctando analogiam obſervaſſent? certè niſi jam antea in libris ſic punctatum inveniſſent, maſoram iſtam non ſcripſiſſent. Similem maſoram de אֵת אַת & אֶת vide ſuprà ad Prov. 3.

Deut. 32.48. Maſoretæ notant, ג׳ פְּסוּקִים אֲרוּכִּים בְּלֹא אֶתְנַחְתָּא׃ *Tres verſus longi ſunt abſq. Athnachta.* Multi verſus abſq; hoc accentu ſunt, ſed fortè breviores, quàm iſti tres. Quare non potiùs adhibuerunt accentum, & intermiſerunt maſoram? nempe quia ſic in libris invenerunt accentum iſtum neglectum.

Exod. 8.24. Maſorethæ notant: *Omne* לָלֶכֶת, *quod eſt in tota Scriptura, ſcriptum eſt cum ſex punctis; excepto uno.* Illud extat Eccleſ. 1.7. לָלָכֶת cum Kametz loco primi Sægol, juxta accentum Soſphpaſuk. An verò hic accentus cauſa ſufficiens fuit, frequentiſſimum Scripturæ uſum hoc unico in loco immutare? & quare hoc unicum excipi, Maſorethæ notarunt? nempe quia ſic invenerunt, non quod ipſi illud ſic punctarint.

Exod. 26 v.5. Maſorethæ notant, *Cum accentu Sakeph, Athnach & Sophpaſuk ſemper legi* הָאֶחָת, *exceptis duobus qua ſunt cum Pathach* הָאַחַת, & extant 1.Reg.7. v.38.

v.38. 1.Paral. 27. v.1, ubi ſimiliter notant, iſta duo eſſe cum Pathach. Quare hanc maſoram fecerunt potiùs, quàm ut iſta duo reliquis conformiter punctaſſent? quid accentus Sakeph his duobus locis minus poteſtatis habuit, quàm alibi? certè non alia cauſa, quàm quòd hi Maſorethæ hæc duo ſic in libris invenerunt puncta ab aliis, quæ idcirco excipi notarunt.

Exod. 26.9. Maſorethæ notant ad vocem לְבַד *eam in toto hoc libro & duodecim Prophetis minoribus ſcribi cum Kametz, & in tota reliqua Scriptura cum Pathach, excepto uno.* Quæ cauſa fuit ipſis hujus diverſæ punctationis, & maſoræ? non alia, niſi quod ſic in libris invenerunt.

Jeſa. 47. v. 1. Maſorethæ notant ad תּוֹסִפִי, *Bis illud in hoc capite reperiri Milra.* Alterum extat verſu 5. Quæ cauſa fuit in his duobus contra communem uſum accentum in ultimam rejicere, cùm in eodem hoc libro c.23.12. & 51.22. & alibi ſæpiùs hæc vox accentum regulariter in penultima habeat? quare Maſorethæ hanc differentiam notarunt? niſi quod ſic in libris invenerunt.

Pſal. 27.4. ſcribitur חַיַּי: Maſora; *Non reperitur alibi cum Pathach & Athnach.* Si fuerunt & hi Maſorethæ punctatores, quare non punctarunt ut alibi בְּחַיָּי, Pſal. 104.34? quæ major accentus Athnach in hoc loco poteſtas, quàm in præcedenti? niſi quia Pathach in libris invenerunt, ideo ei Notam appoſuerunt.

Pſalm. 43. Maſorethæ notant, *Omne* לָמָּה *lene* (id eſt, ſine Dages in מ) *eſſe Milra, excepto uno, quod eſt Milhel;* & legitur Job. 7. 20, ubi eandem Maſoram repetunt? Quare Maſorethæ hoc unicum excipi notarunt? niſi quia ſic in libris invenerunt cum accentu in penult.

Pſalm. 35. v. 20. ſcribitur אֶרֶץ. Maſora notat, *vocabulum* אֶרֶץ *quater juxta Athnach eſſe cum Segol, in pe-*

nultima, cum aliàs ſemper, & quidem locis innumeris, ſit cum Kametz אָרֶץ Loca reliqua extant Pſalm. 65. v. 6. (hic locus aut falsò adductus, aut accentus Atnach hodie in libris non rectè locatus eſt) Prov. 30. 14. 21. Quæ cauſa hujus maſoræ? nempe, quòd ſic quatuor iſta cum Sægol in libris invenerunt. Nam ſi hi iidem Maſorethæ fuiſſent punctatores, quare quatuor iſta nō punctaſſent potiùs regulariter juxta univerſum Scripturæ uſum, cùm in minori pauſa, accentu Zakephkaton, notarint quatuordecim eſſe cum Kametz, Jer. 9. 18?

Pſalm. 66. v. 12. tradunt *vocabluum* מַיִם *ter juxta Athnach & Sophpaſuk retinere Pathach, cùm aliàs ſemper ſcribatur cum his accentibus* מָיִם, & locis ſimiliter penè innumeris. Certâ niſi hæc punctata ſic in libris inveniſſent, maſoram hanc non aſcripſiſſent. Alter locus extat Pſal. 107. 35, tertius Prov. 30. 16.

Pſalm. 84. 11, notant אֱלֹהַי *Bis juxta Athnach eſſe cum Pathach, cùm aliâs ſemper in Pſalmis & univerſa Scriptura habeat kametz.* Alter locus extat Pſalm. 86. v. 2. Nulla cauſa eſt, quare Atnach his duobus locis minus virium & poteſtatis habuerit, in convertendo Pathach, unde niſi in libris ita inveniſſent, iſta duo loca non notaſſent.

Infinita ſunt hujus generis, quæ adduci poſſent, & univerſa omninò Maſora in hunc ſcopum collimat, non fuiſſe eoſdem ſimul & vocalium accentuumque inventores, & Maſoræ authores, ſed Maſorethas de punctis vocalibus & accentibus jam antea inventis, & ad libros aſcriptis, per appoſitas ſuas Notas cenſuram & judicium tuliſſe. Quorſum enim in textum invexiſſent tot punpunctationis anomalias, quæ adeò ſæpè monſtroſæ & perplexæ ſunt, ut nullam prorsùs formæ explicationem Grammaticam admittant, in quibus idcirco explicandis univerſa ſe anxiè torquet poſteritas. Licuiſſet

utique

utique ipſis in punctatione vel facilimè analogiam linguæ obſervaſſe, etiam ſine ulla ſenſus vel mutatione vel corruptione, ſi ipſi punctationis authores primi extitiſſent. Opus autem ipſorum duntaxat fuit, textus ſacri in verſibus, vocibus & literis formam, prout ipſi tunc eam in libris habebant & authenticam judicabant, per omnis generis affectiones & qualitates, (ut infrà pleniùs videbitur) notare, & earum numeros & loca indicare, ut in omnem poſteritatem ſecuturam incorrupta & immutata maneret, aut ſi quid diverſi librariorum culpâ aut vitio incideret, ex iſtis Notis corrigi & reſtitui poſſet. Quòd ſi diverſi anthores fuerunt, vel eodem tempore vixerunt, vel diverſo. Eodem tempore inventores punctorum & Maſoræ authores extitiſſe veriſimile neutiquam eſt. Potuiſſent enim hi ab illis inſolentium iſtarum anomaliarum & diverſitatum inſigniorum rationem expetiviſſe, & ſcripto explicaſſe, ne tanta linguæ alioquin planæ, in communibus Grammaticæ affectionibus perturbatio, totam poſteritatem cruciaſſet. Si diverſo tempore & quidem ante Maſorethas vixerint illi, qui puncta vocalia & accentus invenerunt & aſcripſerunt, quod per ſuperiora exempla probabiliter declaravimus, adhuc quærendum reſtat, quo & quanto tempore ante eos extiterint, utrum antè Talmud Judaicum, an verò poſt Talmud. Cum autem ſuperiùs evidentiſſimè probatum ſit, præcipuas Maſoræ partes atque adeo primos Maſorethas ante Talmud extitiſſe, & quidem tempore longiſſimo, cùm vocentur Talmudicis ראשונים *Primi, Priſci, Antiqui*, cogitent deinceps docti, utrum ſit probabilius Iſtam etiam Maſoræ partem, quæ circa voces punctis vocalibus & accentibus veſtitas, occupata eſt, continuato ſtudio per eosdem Maſorethas & ipſorum in eodem ſtudio ſucceſſores, ante Talmud confectam eſſe; An verò per quos-

Digitized by Google

dam Tiberienſes multis ſeculis poſtea, quando nō idem ſtudiorum vigor, non eadem ingeniorum ubertas & felicitas, non tanta Scholarum commoditas & frequentia fuit, omnibus per bella & perſecutiones immanes perturbatis.

[Argumenti hujus ulteriorē explicationem, & ab Exceptionibus vindicationem, inveniet Lector, in noſtro de Punctis Tractatu, par. 2. cap. 6.]

Elias Levita pro ſuæ ſententiæ confirmatione, nempe Puncta vocalia & accentus non fuiſſe ante Eſram, nec tempore Eſræ, nec poſt Eſram, niſi dum completum fuit Talmud, à Maſorethis Tiberienſibus excogitata & libris aſcripta, quatuor adducit rationes, quas hîc apponemus, ut pluribus innoteſcant.

Prima ratio: *Nulla*, inquit, *in omnibus ſcriptis Rabbinorum noſtrorum, in Talmud in Haggadoth in Medraſchoth ullius puncti vel accentus extat memoria aut indicium ullum. Quomodo autem fieri potuiſſet, ut, ſi illi puncta & accentus habuiſſent, vel ſemel illorum mentionem non feciſſent, nominando vocalem aliquam, veluti Kametz vel Pathach, Sagol vel Tzere, aut accentuum, ut Darga, Paſta vel Devir & ſimilium.*

Reſpondent Rabbini ad hanc ejus rationem, quòd etiam reperiatur זכרון הנקודות אצל חכמי האמת שומרי משמרת הקדש לשום שכל ברמזיהם׃ *memoria punctorū apud peritos veritatis, cuſtodientes cuſtodiam ſanctam, modo apponatur animus ad indicia ipſorum.* Nam in libris ipſo Talmude antiquioribus, quales ſunt ספר הבהיר *Liber Bahir*, & ספר הזוהר *Liber Zohar*, תקונים *Elucidationes* ſuper librum Zohar, punctorum vocalium & Accentuum crebra mentio. Primi author eſt R. Nechonja, Chriſto Salvatore noſtro antiquior, ut docet liber juchaſin fol. 20. & Tzemach David folio 35. Secundi author, R. Schimeon ben jochai, ipſis Talmudis initiis prior, & Chriſto

ſto Salvatore noſtro centum plus minus annis poſterior, ut ſimiliter prædicti libri tradunt. Qui hanc antiquitatem iſtis libris derogant, æquum eſt ut id Judæis probent. Quòd à diſcipulis R. Schimeonis putatur conſcriptus, non multum ejus antiquitati demit. Ultra ſeculum enim perdurare non potuerũt, qui audita à præceptore, fidè in librum referrent. Dixi aliquid de hac re in Abbreviaturis, in רש"בי, ubi vide. Ego verò nihil hîc aſſero, ſed affero, Hebræorum ſententiam. Hinc in libro הַבָּהִיר, teſte R. Bechai in Comment. in librum Legis, in Sectione וירא, ſive ad Gen. 18. 3. ſcriptum legitur: וּמִטַּעַם זֶה נִמְשְׁלוּ הָאוֹתִיּוֹת לְגוּף וְהַנְּקוּדָה לְנְשָׁמָה כִּי הַנְּקוּדוֹת מְנִיעוֹת הָאוֹתִיּוֹת כְּמוֹ שֶׁהַנְּשָׁמָה מְנִיעָה אֶת הַגּוּף כְּמוֹ שֶׁדָּרְשׁוּ רַבּוֹתֵינוּ ז"ל בְּסֵפֶר הַבָּהִיר דִּמְיַן נְקוּדָתָא בְּאַתְוָתָא דְאוֹרַיְתָא דְמֹשֶׁה כְּנִשְׁמְתָא דְחַיֵּי בְגוּפָא דְאֱנָשׁ id eſt, *Ex hac ratione aſſimilantur literæ corpori, & puncta animæ: Puncta enim movent literas: ſicut anima movet corpus, juxta id quod commentantur Rabbini noſtri bonæ memoriæ, in libro Bahir: Talia ſunt puncta cum literis Legis Moſis, qualis eſt anima vitæ in corpore humano.* Alterum teſtimonium afferunt ex Medraſch zohar in Canticum canticorum, ubi ita legitur: לֵית לְכָל אַתְוָן רְשׁוּ לְנַטְלָא לְהַאי סִטְרָא וּלְהַאי סִטְרָא בַּר בִּנְקוּדֵי׃ אַתְוָן כֻּלְהוּ כְּגוּפָא בְלָא נַפְשָׁא כַּד אַתְיָן נְקוּדֵי הָא גוּפָא אִתְקַיַּם בְּקִיּוּמֵיהּ id eſt, *Non eſt literis poteſtas inclinare in hanc partem vel in illam abſq; punctis. Literæ omnes ſunt ut corpus ſine anima: cùm adveniunt puncta, tunc conſtituitur corpus in ſtatura ſua.* His nos alia ex iiſdem libris magis illuſtria adjiciemus, in quibus etiam nomina punctorum & accentuum exprimuntur: In Zohar in principio libri adducitur ex Daniel locus iſte illuſtris, divinum docentium encomium continens, וְהַמַּשְׂכִּלִים יַזְהִרוּ כְּזֹהַר הָרָקִיעַ *Et docentes ſplendebunt ut ſplendor firmamenti.* Dan. 12. 3, inter reliqua, hoc fine, ut nomini libri hujus זהר concilietur authoritas, & conſequen-

ſequenter toti libro. Colum. 2. editionis Cremonenſis legitur: ההוא נקודה זרע בגו ההוא היכלא זרעא דתלת נקודין חלם שורק חירק: *Iſtud punctum eſt ſemen in medio iſtius palatii, ſemen trium punctorum Cholem, Schurek, Chirek.* Et mox ibidem: והמשכילים יזהירו כגונא דתנועי דמנגני ובנגונא דלהון אזלין אבתריהו אתון ונקודי ואתנענען אבתריהו כחילין בתר מלכיהון: גופא אתון ורוחא נקודי כלהון נטלי במטלנון בתר תנועי וקימי בקיומיהו: והמשכילים יזהירו: אתון ונקודי כזהר נגוני דטעמי: הרקיע אתפשטותא דנגונא וכו': Id eſt, Et docentes ſplendebunt. *Sicut vocales ſonum edentes, & in ſono ipſarum eunt poſt ipſas literæ & puncta, & moventur poſt eas ſicut exercitus poſt regem ſuum. Corpus ſunt literæ, & ſpiritus puncta: omnia iſta proficiſcuntur profectionibus ſuis poſt vocales ſonos,* & *conſiſtunt in ſtatura ſua.* Et docentes ſplendebunt. *Literæ & puncta.* Sicut ſplendor. *ſoni accentuum.* Firmammenti expanſi. *expanſio cantus accentuum,* & cæt. In Tikkunim ſive Elucidationibus aut Directionibus ſuper Zohar, ſuper eundem hunc locum Danielis ſcriptum extat: והמשכילים יזהירו מאי משכילים אלין אתון דאורייתא: יזהירו אלין נקודין דנהרין באתון כנשמתא לגופא: כזהר אלין טעמי תורה דאנון כתרין על רישיהו דאתון: הרקיע דאיהי על ארעא כבתרא ואתון ונקודין וטעמי אנון כנשמתא ורוחא ונפשא: id eſt, Et erudientes ſplendebunt. *Quid eſt* erudientes? *illæ ſunt literæ Legis.* Splendebunt. *iſta ſunt puncta, quæ ſplendent cum literis, ſicut anima in corpore.* Sicut ſplendor. *Illi ſunt accentus Legis qui ſunt corona ſuper capita literarum.* Firmamenti: *quod eſt ſuper terram inſtar coronæ. Literæ, puncta & accentus ſunt ut anima, ſpiritus & corpus.* In Medraſch ſive Commentatorio ſuper Canticum canticorum ex Zohar: אבל נקודי וטעמי ותנועי קבלה למשה מסיני: *Sed puncta & accentus & vocales ſoni, ſunt doctrina Moſis è monte Sinai.* Et ibidem mox: תנועי דטעמי

קמורת

קימורת כולא על ידא דמשה *Motiones accentuum ſubſiſtunt*
omnes per manum Moſis. In eodem in ſequentibus: אתון
תיבין בלא טעמי ולא אית בהו תנועי *Literæ ſunt dictiones abſq;*
guſtu, & abſq; mo u: תיבין בלא נקודי אנון כאתתא בלא לבושין
דלא יכלא למיהך באתר דעלמא : *Dictiones abſq; punctis ſunt*
ſicut mulier abſq; veſtibus, quæ non poteſt prodire in locum
publicum. : בגין כן תקוני דאתון אנון טעמי ותנועי *idcirco veſti-*
menta literarum ſunt accentus & vocales. Et mox ibidem:
אתון כולהו רשימין ברזא עלאה ואקרון גופי תורה דקימין למילף
ולמנדע ברזין עלאין : נקודין אנון נפקין מרזא דמוחא לקימא אתון
בתקוניהו ובנקודה חדא אשתני תיבה ואעבר להדיא תיבה מקימא
בגונא אחרא : id eſt, *Literæ omnes notatæ ſunt per ſecretum*
excelſum, & vocantur Corpus Legis, quod ſubſiſtit ad diſcen-
dum & ſciendum ſecreta excelſa. Puncta egrediuntur ex ſe-
creto cerebri, ad ſtabiliendũ literas in habitu ſuo, & per pun-
ctum unum mutatur dictio, & tranſit in dictionem, quæ ſub-
ſiſtit in ſenſu alio. Item mox: ואם תאמר נקודי תקון סופרים
הוא חס ושלום דאפילו כל נביאי דעלמא יהון במשה דקביל
אוריתא מטורא דסיני לית לון רשו לחדתא אפילו חדא נקודה
זעירא באת אפילו את זעירא דאוריתא : *Quòd ſi dixeris: Pun-*
cta ordinatio ſcribarum ſunt, Abſit id longiſſimè: nam etiam-
ſi omnes prophetæ mundi eſſent ut Moſes ipſe, qui accepit Le-
gem è monte Sinai, non tamen ipſis eſſet poteſtas innovare
etiam unicum punctum minimum, vel literam minimam Le-
gis. Ibidem: אנון טעמי במתגא לסוסיה למיהך באורח מישר
לימינא ולשמאלא : *Sunt accentus ut frænum equo ad eundum*
in via recta ad dextram vel ad ſiniſtram. Ibidem in ſe-
quentibus: לית קיומא ונהירו לכל אתון בר בנהירו דנקודי וכולא
אתמסר ברזא דאוריתא בסיני : *Non eſt ſubſiſtentia & lux ullis*
literis niſi per lucem punctorum, quod totum traditum eſt per
ſecretum Legis in monte Sinai. Et mox: נפקי נקודי ואנשיב
בהו רוחא דחיי ואתקיימו אתון כבר נש וקאים על רגליו בקיומא

דְרוּחָא׃ *Quum egrediuntur puncta, & ſtat in ea ſpiritus vitalis, tunc eriguntur literæ ut homo, qui ſtat in pedibus per vim ſpiritus.* Talibus hic Commentarius plenus eſt, quæ ortum, uſum, & neceſſitatem punctorum indicant. Præterea in ipſo Zohar in Geneſin, col. 106: רָזָא דְמִלָּא זַרְקָא מַקַּף שׁוֹפָר הוֹלֵךְ סְגוֹלְתָּא׃ *Secretum rei eſt Zarka, Makkaph, Schophar holech* (aliâs Munach) *Segolta.* Nomina accentuum ſunt. Et col. 152: נְקוּדָה חֲדָא אִי אִיהִי לְתַתָּא אִיהוּ חִירֶק וְאִי אִיהִי לְעֵילָּא אִיהוּ חֹלֶם קוֹצָא דְאָת י׳ כַּד אִיהִי בְאֶמְצָעִיתָא אִיהוּ שׁוּרֶק כַּד אִנּוּן תְּלַת כַּחֲדָא אִנּוּן סְגוֹלְתָּא וְאִנּוּן שַׁלְשֶׁלֶת וְאִנּוּן שׁוּרֶק וְאִנּוּן סֶגוֹל׃ Id eſt, *Punctum unum ſi fuerit infrà, eſt Chirek; ſi ſuprà, eſt Cholem. Extremitas* (punctum extremum) *literæ* י׳ *ſi fuerit in medio, eſt Schurek; ſi iſta tria puncta fuerint ſimul, eſt Segolta, ſunt Schalſchelet, ſunt Schurek, ſunt Sægol.* Prima inventio punctorum vocalium ex unico puncto originem duxit; Punctum infra literã eſt Chirek; in medio literæ ו, Schurek; ſupra literam, Cholem: geminatum infrà literam, & lateraliter poſitum eſt Tzere, ex quorum punctorum confluxu ortum Pathach; ex iiſdem perpendiculariter, uno ſupra alterum, poſitis, factum Sheva: triplicatum in formam trianguli, conſtituit Sægol, ex quorum trium punctorum confluxu prodiit Kametz. Hinc ſeptem primæ vocales, Kametz, Tzere, Chirek, Cholem, Schurek, Pathach, Sægol, quarum multi authores meminerunt. Chirek deinde diſtinctum, & poſt quod erat י, vocatum Chirek magnum ſive longum, alterum, Chirek parvum ſive breve. Similiter Cholem fuit diſtinctum in magnum & parvum, cui figuram dederunt mutuatam à Kametz, propter ſoni affinitatem, & dictum Kametzchatuph vel Kametzchateph, quaſi dicas, Kametz breve. Denique Schurek ſubdiſtinctum in breve, cui indita figura à Sægol, ejus punctis in formam erectæ

ſcalæ

ſcalæ trajectis. Tunc factæ decem vocales, Quinque longæ, totidem breves. Literis gutturalibus Scheva ſimplex vocale reſpuentibus, ſubſidium allatum per compoſitionem puncti Scheva cum aliqua vocali brevi. Hæc prima inventionis vocalium fuit origo, ad quam author libri Zohar in priùs allato loco reſpicit, & R. Bechai in Sectione וירא Geneſ. 18, ubi ſcribit: ולפי הפשט בחכמת הנקודים הקמץ מעלה גדולה לשבעה תנועות שהם קמץ פתח צרי סגול חולם שורק חירק כי מתוך שבעתם תבנה ותכונן התורה והם הנקראים שבעה הברות או שבעה קולות וכו' ועל כן הנקודה משמשת לשבעה פנים כשתשימנה על האות מלמעלה יהיה חולם באמצע האות יהיה שורק ואם מתחת יהיה חירק וכו' Id eſt, *Juxta ſimplicem ſenſum in arte punctorum, Kametz dignitatem habet præ ſeptem vocalibus, quæ ſunt Kametz, Pathach, Tzere, Segol, Cholem, Schurek, Chirek: nam per hunc ſeptenarium ædificata & ſtabilita eſt Lex, & appellantur ſemptem ſoni aut ſeptem voces, & cæt. Idcirco punctum unum ſervit ſeptupliciter; ſi poſueris illud ſuper literam ſupernè, erit Cholem: in medio literæ, erit Schurek, & ſi infra literam, erit Chirek,* & cæt. Plura alia in Zohar inveniuntur, quæ antiquam punctorum memoriam alunt. Cabaliſticam in iſtis teſtimoniis Theologiam Judæis relinquimus: pro memoria duntaxat punctorum aſſerenda, nos iſta adduximus, non ſine alio. Sive etiam antiquitatem, ſive novitatem ſapiant, excutiant alii. Saltem incognita hactenus in noſtris Scholis Hebraicis fuerũt, quo fine ad publicam notitiam ea produximus, & judicium aliis relinquimus. [De antiquitate libri Zoharis, videatur Tractatus noſter de Punctis par. 1. cap. 5.]

Apud Talmudicos nulla expreſſa punctorum mentio legitur: quantum quidem hactenus obſervare potuimus, ſenſu tamen ipſorum memoriam apud eos contineri: præſtantiſſimi Interpretes Hebræi ajunt.

Primò enim: quòd in explicatione loci Nehem. 8. 9, *Et legerunt in libro illo, in Lege Dei,* & cæt. in Talmud utroque dicitur, אלו פסוקי הטעמים vel אלו הטעמים *Iſta ſunt pauſæ accentuum*, de punctis vocalium & accentuum accipiendum eſſe, ſuprà in principio capitis octavi ex R. Salomone & R. Niſſim docuimus. In hanc ſententiam quoque abit R. Bechai in Commentariis in Geneſin, in fine Sectionis primæ Bereſchit, ubi ſcribit, ועל זה דרשו רבותינו ז"ל שגם הטעמים שבתורה נתנו מסיני והוכיחו זה ממה שכתוב ושום שכל ויבינו במקרא ודרשו כן ושום שכל. אלו הפסוקים ויבינו במקרא אלו פסוקי טעמים: id eſt, *Super hoc commentantur Rabbini noſtri, quod etiam accentus, qui in Lege, dati ſint è Sinai, & arguunt id ex eo quod ſcriptum eſt*, Et appoſuerunt intellectum, & intellexerunt lectionem illam, Nehem. 8. 9, *quod ſic interpretantur:* Et appoſuerunt intellectum. *illi ſunt verſus.* Et intellexerũt lectionem iſtam. *iſti ſunt pauſæ accentuum.* Sic in libro מאור עינים *Meor enajim*, parte tertia, cap. 59, ſuper eundem hunc locum ſcribitur: ואין ספק כי הלשונות האלה שאמרו אלו הטעמים אלו ההכרעות והראיותיהם מטים יותר להאמין שכונתם ז"ל היא על צורת הטעמים ממש לא על ההברה לבדה: id eſt, *Non eſt dubium, quòd locutiones illæ, ubi dicunt*: Illi ſunt accentus, illæ ſunt pauſæ (vide in princ. cap. 8.) *& rationes ipſorum inclinant magis ad credendum, quòd intentio ipſorum (bonæ memoriæ) fuerit de figuris accentuum ſimpliciter, & non de ſono duntaxat. Secundò*, in libro Talmudico *Nedarim*, fol. 37. diſputant Doctores, An liceat docere Legem pro mercede? quidam affirmant, alii negant, alii diſtingunt. Quidam dixerunt, שכר שמור *mercedem obſervationis* & inſpectionis puerorum, ut domi maneant, audita repetant: non diſcurrant, non ſint petulantes, & cæt. licitum eſſe accipere: alius quidam R. Jochanan dixit

שכר

Digitized by Google

שְׂכַר פִּסוּק טַעְמִים *etiam mercedem pro pauſis accentuum* docendis, licere accipere. Gloſſa R. Salomonis שֶׁמְּלַמְּדוֹ נִקּוּד וּטְעָמִים: *Quòd docet ipſum punctationem & accentus* Quomodo autem hæc docere potuerunt, ſi actu nulla punctatio extitit? *Tertiò* in libro Talmudico Berachoth, fol. 62. legitur: מִפְּנֵי מָה אֵין מְקַנְּחִין בְּיָמִין אֶלָּא בִשְׂמֹאל רַב נַחְמָן בַּר יִצְחָק אָמַר מִפְּנֵי שֶׁמַּרְאֶה בָהּ טַעֲמֵי תוֹרָה: *Quare non abſtergunt ſordes manu dextrâ, ſed ſiniſtrâ? Raf Nachman filius Iſaaci dixit, propterea quòd oſtendit eâ accentus Legis.* Gloſſa R. Salomonis: טַעֲמֵי תוֹרָה נְגִינוֹת טַעֲמֵי מִקְרָא שֶׁל תּוֹרָה נְבִיאִים וּכְתוּבִים בֵּין בְּנִקּוּד בֵּין בַּהֲגְבָּהַת קוֹל: *Accentus Legis*, id eſt, *cantus accentuum Scripturæ, nempe Legis, Prophetarum & Hagiographorum tam in punctatione quam elevatione vocis.* Si nullæ tunc fuerunt figuræ accentuum & vocalium (utrumq; enim per טעמים Talmudici intelligunt) quomodo manu oſtendere iſta potuit? *Quartò*, in libro Chagiga, De oblatione agnorum, fol. 6. diſputant ſuper loco Exod. 24. 5: *Et miſit pueros filiorum Iſraelis, qui obtulerunt holocauſta*, (nempe agnos) *& ſacrificaverunt ſacrificia pacifica Domino*, nempe *juvencos*: אוֹ דִלְמָא אִידִי וְאִידִי פָּרִים הֲווּ לְמַאי נַפְקָא מִנַּהּ מַר זוּטְרָא אָמַר לְפִסּוּק טַעֲמִים: *Aut fortè illud & illud fuerunt juvenci, unde mihi illud inde provenit? Mar zutra reſpondit, ex pauſa accentuum.* Talmudici Doctores exponunt hunc verſum de duabus ſacrificii ſpeciebus, agnis pro holocauſto, & juvencis pro ſacrificiis pacificis. Objiciebant ipſis diſcipuli: Fortè juvenci pro utroque ſacrificio oblati: unde id mihi ex textu egreditur, ut ſciam fuiſſe duo genera? Mar Zutra dixit: Ex pauſa accentus id diſcitur: nam ſi de uno ſacrificii genere id intelligendum eſſet, non eſſet pauſa in medio verſu ad עֹלֹת *Sacrificia*, ſed minor accentus, ſermonem continuans ad ultimam vocem, & ſic פָּרִים *juvenci*, ad utrumque verſus membrum referendum

eſſet. Nunc verò cùm ad עֹלַת ſit pauſa diſtinguens Athnachta (ut etiamnum hodie legitur) apparet hîc ſententiam eſſe diſtinctam à ſequenti membro, ac de ſeparato ſacrificio intelligendum. Hæc eſt mens diſputationis Talmudicæ, ex qua patet, ſi nullæ fuiſſent tunc accentuum figuræ, inde iſta argumentatio robur habere non potuiſſet. Negare enim opponentes potuiſſent, non eſſe illic pauſam conſtituendam, ſed orationem eſſe continuatam. Unde ex authoritate interpretum iſtorum Hebræorum ſequitur, quòd etiamſi non expreſsè & nominatim, ſenſu tamen punctorum & accentuum memoria apud Talmudicos contineatur. [*Quintò* in Talmud Megilia cap. 4. fol. 32. col. 1. *Dixit R. Jochanan,* כל הקורא בלא נעימה ושונה בלא זמרה עליו הכתוב אומר וגם הנה נתתי להם חקים לא טובים *Quicunq. legit Scripturam ſine modulatione, & Miſchnam ſine Pſalmodia, de eo Scriptura dicit; Ecce dedi eis ſtatuta non bona.* Gloſſa R. Salomonis eſt; *per* נעימה *intelligi hîc* טעמי המקראות *Accentus Scripturarum.*

Sexto. In dicto illo noto, ex Pirke avoth cap. 5. *Filius quinque annorum aſſueſiat* לַמִּקְרָא *ad lectionem Biblicam;* notat R. Obadias de Bartenora; *Nempe Pater ejus docebit ipſum Figuras literarum.* וְהַכֵּר הַנְּקוּדוֹת *& agnoſcere ac diſcernere Puncta, &c.*

Ad hęc, & ſimilia, credo reſpiciens Ephodeus, in Opere ſuo Grammatico cap. 5. ſcribit; הנה בצורת האתיות ושמותיהם וצורת המלכים נ״כ ושמותיהם לבעלי הקבלה דברים וסודות לפי דרכם וגם חכמי התלמוד ז״ל כתבו במקצתם מדרשים מה h. e. *De figura, & nominibus literarum, ut & de figura Regum* (h.e. Vocalium) *eorumq. Nominibus, ſcripſerunt Cabaliſtæ multa eaq. arcana & myſtica. Quin & Talmudici de quibuſdam ſcripſerunt, quædam Medraſchim ſeu Alegorica. De quibus autem agere hîc non eſt inſtituti mei.* Plura ex Medra-

Medraſchim & Cabaliſtis habentur in Tractatu de Punctis par. 1. cap. 5.]

Affert præterea Elias ad hanc primam rationem, illud vulgatum in Talmud & in Commentariis, quæ *Medraſchim* vocant, אַל תִּקְרָא כָּךְ אֶלָּא כָּךְ *Ne legas ſic, ſed ſic.* Veluti, Jeſa. 54. 3, *Et omnes liberi tui erunt docti à Domino,* וְרַב שְׁלוֹם בָּנָיִךְ *& multa pax erit liberis tuis,* ubi ajunt (in fine libri Talmudici Berachoth) *Ne legas* בָּנָיִךְ, *ſed* בּוֹנָיִךְ *ædificatoribus tuis.* Item Pſalm. 50. 23. וְשָׂם דֶּרֶךְ *Et ponens viam:* ubi dicunt (in libro Talmudico Sota, fol. 5. 2. & in Moed katon, fol. 5. 1.) *Ne legas* וְשָׂם, *ſed* וְשָׁם *& illic*: *Hæc,* inquit Elias, *nulli adjumento ſunt, eos non habuiſſe puncta, ſed ita aſſuefactos fuiſſe legere abſque punctis, atq; ideo dixiſſe,* Ne legas ſic, ſed ſic. *Aliàs ſi puncta data fuiſſent è monte Sinai, fuiſſetq; dictio punctata hoc modo, abſit ab illis, abſit inquam, ut dixiſſent,* Ne legas ſic. Hæc Elias. Similia alia plurima ſunt, veluti, חַיָּב אָדָם לְבָרֵךְ מֵאָה בְּרָכוֹת בְּכָל יוֹם שֶׁנֶּאֱמַר וְעַתָּה יִשְׂרָאֵל מָה יְהוָה אֱלֹהֶיךָ שֹׁאֵל מֵעִמָּךְ׃ *Tenetur homo dicere centum precationes unoquoq; die, juxta illud, Et nunc Iſrael,* מָה *quid Dominus Deus tuus poſtulat à te.* Deut. 10. 12. hic dicunt, *Ne legas* מָה *quid,* ſed מֵאָה *centum,* ut ſcribunt Talmudici in libro *Menachoth* fol. 43. Item in libro עֵרוּבִין fol. 54. 2, legitur: אֵין תּוֹרָה נִקְנֵית אֶלָּא בְּסִימָנִין שֶׁנֶּאֱמַר וְשִׂימָהּ בְּפִיהֶם אַל תִּקְרוּ שִׂימָהּ אֶלָּא סִימָנָהּ׃ *Non comparatur Lex* (Legis cognitio) *niſi per ſigna, ſicut dicitur:* וְשִׂימָהּ *Et pone illud in ore ipſorum,* Deut. 31. 19: *ne legas* שִׂימָהּ, *ſed* סִימָנָהּ *ſignum ejus.*

Reſpondent Rabbini, hinc minimè probari poſſe, הֶעְדֵּר הַנְּקוּדוֹת privationem ſive abſentiam punctorum. Non enim ſic argumētati ſunt, quaſi neſcierint, quomodo legendum eſſet; cùm omnes illi, qui talia proferunt, fuerint, Legis peritiſſimi & Scriptores doctiſſimi, neminemq; tam bardum fuiſſe, qui non ſciverit, אֵיךְ הָיְתָה הַמִּלָּה

Digitized by Google

הַמִּלָּה מְנֻקֶּדֶת quomodo fuerit iſta vox punctata, ſed dixerunt ſic, quòd literali ac genuinæ vocis explicationi, voluerunt aliam adjungere, non ad verum vocis ſenſum tradendum, ſed ad alium allegoricum quendam inde eliciendum דֶּרֶךְ אַסְמַכְתָּא per modum diſputandi opinabilem, levi ſubſidio, non firma probatione ſuffultam, juxta communem Rabbinorum conſuetudinem. Sunt enim שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה מִדּוֹת שֶׁהַתּוֹרָה נִדְרֶשֶׁת בָּהֶן *tredecim modi, per quos Lex explicatur*, immò שִׁבְעִים פָּנִים לַתּוֹרָה *ſeptuaginta ſunt modi explicandæ Legis*, prout id à Majoribus ſuis per Kabalam & Traditionē continuam acceperunt. Scripta, quæ מדרשים *Medraſchim* vocant, hoc genere interpretandi plena ſunt, quæ adeò plerunque ridicula, ut omni potiùs ſenſu & ratione eos caruiſſe neceſſe ſit, quàm quòd talia ex lectionis ignorantiâ prodiderint. Immò acumē potiùs ingenii in talibus oſtentant, ut habeantur ii, qui legem variis modis explicare poſſint. Denique quod in fine ſubjicit, *Si puncta data fuiſſent è monte Sinai, fuiſſetq́; dictio punctata ſic, abſit, abſit ab illis, quòd dixiſſent, Ne legas ſic*, id tantundem valet, ac ſi ab altera parte quis dicat: Quòd ſi voces Legis ſuis literis genuinis ſcriptæ datæ tunc fuiſſent è monte Sinai, fuiſſetq́; dictio ſcripta ſic, abſit, abſit ab illis, quòd auſi fuiſſent dicere, Ne legas ſic, ſed ſic. Nunc verò cùm ſic dicant, vocesq́; in literis mutent, aliasq́; addant, peræque ut in punctis faciunt, manifeſtum eſt, eos neque puncta neque literas è monte Sinai habuiſſe; non enim licitum ipſis fuiſſet, quicquam in eo mutare, quod Moſes divinitùs accepiſſet. Atqui hoc ultimum de literis è monte Sinai non acceptis, nullus Judæus concedere poteſt, unde apparet, hoc docendi genus Rabbinicum nihil quicquam eò facere, ut probet puncta propterea non extitiſſe. Quinimò ab eo tempore, quo ſecundum Eliam puncta extiterunt, eodem probationis genere poſterio-

poſteriores Rabbini uſi ſunt, ac etiamnum hodie argutiores Rabbini utuntur, ad novum aliquod commentum probandum, unde nemo ſanæ mentis concludere poteſt, puncta propterea hodie non extare. Alius ergo docendi ſcopus hujus docendi modi, *Ne legas ſic, ſed ſic*, fuerit neceſſe eſt, nempe quòd fuerit duntaxat סִימָן בְּעָלְמָא לְזְכִירַת דְּבַר הַמְּקֻבָּל׃ *ſignum vulgare & leve pro memoriali rei à Majoribus accepta*, ut ſcribit author libri עֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם cap. 26, ubi contra Eliam in hac materia agit. Varia enim antiquorum erant docendi genera, quæ אִישׁ מִפִּי אִישׁ quiſque ex ore alterius accipiebat, quorum ut non incideret oblivio tam apud ipſos quàm apud poſteros, conſtituerunt ſibi סִימָנִים *Signa & Symbola*, quædam juxta id quod ante fuit propoſitũ, *Non comparatur vel poſſidetur Lex niſi per ſigna*; *aut* צִיּוּנִים *figuras & Notas*, juxta illud, הַצִּיבִי לָךְ צִיֻּנִים *Statue tibi ſigna*, Jer. 31. v. 21, quod explicant, עֲשׂוּ צִיּוּנִים לַתּוֹרָה *Facite ſigna Legi*. Hęc ergo ſigna Eliæ ſententiæ nullum colorem affricãt. [De his duobus dictis Talmudicis, & aliis, ad hanc primam rationem dictis, vide plura in Tractatu De Punctis, par. 1. cap 5. & 6.]

Secunda probatio Eliæ: *Eſt*, inquit, *& alia ratio, quæ apud me quidem maxima eſt. Dicunt Rabbini in* בָּבָא בַּתְרָא (liber Talmudicus eſt) *quòd Joab interfecerit præceptorem ſuum, eò quòd feciſſet opus Domini fraudulenter, & legere docuerit ipſum*, תִּמְחֶה אֶת זְכַר עֲמָלֵק *Delebis maſculum Amalek*, Deuter. 25. v. 19, *An credibile eſt, ſi punctatum fuiſſet* זֵכֶר memoria, *ipſe legere potuiſſet* זָכָר maſculus.

Ut maximi hujus argumenti pondus deprehendamus, & zeloſi iſtius diſcipuli facinus tantoperè commemorabile, cum ſtupore admiremur, ipſam producemus hiſtoriam ex monumentis Talmudicis ſuis verbis loquentem, ut ſolidè ex ipſa antiquitate rei, denudetur & pateat veritas. In hiſtoria ſacra Regum lib. 1. cap. 11.

Digitized by Google

verſ. 15. legitur: *Quum eſſet David apud Edomæos, & Joab militiæ dux ad ſepeliẽdos interfectos profectus, percuſſit omnes mares Edomæorum: Nam ſex menſes manſit ibi Joab cum toto Iſraele, donec excidiſſet omnes mares inter Edomæos.* Hic locus Scripturæ producitur apud Talmudicos in libro Bava bathra (Baſra dicunt Judæi) cap. 2. fol. 21. ex occaſione duorum מַקְרֵי דַרְדְּקֵי *docentium pueros*, ſive præceptorum ſcholaſticorum, quorum unus docebat multa, ſed non habebat rationem diſcipulorum, quomodo & quantum diſcerent, alter docebat pauca, & multùm attendebat ad diſcipulos, quod illi dicunt, חַד גָּרֵיס וְלָא דָּיֵיק וְחַד דָּיֵיק וְלָא גָּרֵיס *Unus legebat & non attendebat, alter attendebat & non legebat.* Primus, qui legit ſive docuit, & non attendit ad diſcipulos, שִׁבְשְׁתָּא מִמֵּילָא נָפְקָא *confuſio ab eo egreditur*, author eſt ut diſcipuli confusè & erroneè diſcant. Hinc producitur locus antecedens de Joabo, qui ſpacio ſex menſium omnes mares in Edomæa interfecit, Rege Davide id admirante, ubi ſubjicit Talmud: כִּי אֲתָא לְקַמֵּיהּ דְּדָוִד אֲמַר לֵיהּ מַאי טַעְמָא עֲבַדְתְּ הָכִי אֲמַר לֵיהּ דִּכְתִיב תִּמְחֶה אֶת זָכָר עֲמָלֵק אֲמַר לֵיהּ וְהָא אֲנַן זֵכֶר קָרֵינַן אֲמַר לֵיהּ אֲנָא זְכַר אַקְרְיוּן אֲזַל שַׁיְלֵיהּ לְרַבֵּיהּ אֲמַר לֵיהּ הֵיאַךְ אַקְרִיתַן אֲמַר לֵיהּ זֶכֶר שְׁקַל סַפְסִירָא לְמִקְטְלֵיהּ אֲמַר לֵיהּ אַמַּאי דִּכְתִיב אָרוּר עוֹשֶׂה מְלֶאכֶת יְהֹוָה רְמִיָּה אֲמַר לֵיהּ שַׁבְקֵיהּ לְהַהוּא גַּבְרָא דְּלִיקוּם בְּאָרוּר אֲמַר לֵיהּ כְּתִיב וְאָרוּר מוֹנֵעַ חַרְבּוֹ מִדָּם קַטְלֵיהּ׃

id eſt, *Quum veniret* (Joab) *in conſpectum Davidis, dixit ipſi David: Quæ eſt cauſa; quòd ſic feciſti? reſpondit ipſi, propterea quòd ſcriptum eſt*: Delebis אֶת זָכָר maſculum Amalek, Deut. 25. 19. *Dixit ipſi David: Sed ecce nos legimus* זֵכֶר memoriam. *Reſpondit Joab: Me docuerunt illud legere* זְכַר; *& ivit ſtatim, & rogavit præceptorem ſuum, dicens: Quomodo docuiſti me legere? qui reſpondit* זֶכֶר *Arripuit ergo gladium, ut eum occideret. Dixit præceptor: Quid ita? eò quòd ſcriptum eſt*: Maledictus qui facit opus Domini

mini fraudulenter: Jerem.48. 10. *Dixit præceptor: Dimitte iſtum hominem, ut incurrat in maledictionem. Dixit Joab: Immò etiam ſcriptum eſt:* Et maledictus, qui cohibet gladium ſuum à ſanguine, ibidem. *Sic interfecit eum.* Ergo, ſi habuiſſent puncta, & ſcriptum fuiſſet זָכָר cum ſex punctis, ille non legiſſet & pronunciaſſet זֶכֶר, quod tam certum eſt, quàm certò vivo, inquit Elias.

Reſpondent, Rabbini longiſſimè ante Eliam הר״שבא הר״ן והר״יטבא id eſt, R. Salomon ben Adrat, R. Niſſim & R. Jom tof bar Abraham, Rabbinos authoritate præcellentes, docuiſſe, quòd præceptor ille לֹא פָּשַׁע בִּקְרִיאָתוֹ non erraverit in lectione ſua, ſed quòd non attenderit ad diſcipulum בְּהַחְלִיפוֹ קְרִיאָתוֹ בְּטָעוּת mutantem lectionem ejus in errorem, id eſt falsò legentem, quod etiam fieri potuiſſet præſente libro punctato ante eos וְלָאו אַדַּעְתֵּיהּ præceptore inſcio & contra animum & ſententiam ejus, & multo magis ex libro ſcripturæ obſoletæ & evanidæ. Deinde hunc errorem ſive apprehenſam falſam lectionem, non potuiſſe vel debuiſſe eſſe cauſam inferendi belli Edomæis ex Amalek ortis, & ſtirpem maſculam ex toto regno eradicandi. His nos addimus, hanc hiſtoriam eſſe anilem fabulam, & commentum inane Rabbinicum, inde ortum, quòd Rabbini mirantes, quare Joab ſcribatur occidiſſe mares, & non fœminas Edomæorum, excogitarint hanc cauſam, ne viderentur aliquid ignoraſſe. Talia millena apud ipſos reperiuntur, quæ ſubtilitatis Magiſtralis ſive Rabbinicæ, immota, ſcilicet, fundamenta ſunt, ſuper quorum uno hic Elias vitam ſuam deponit, & rem ſuam benè ſe egiſſe putat. Quis adeo bardus & ſtupidus eſſe poſſit, qui hanc fabulam de occiſis Emoræis, hiſtoriæ ſacræ ſubſternat, cujus fundamentũ Rex David in præcepto divino habebat de exſtirpandis Amalekitis & aliis infidelibus & impiis gentibus? Cujus roboris aut

ponderis fabuloſa hæc probatio eſſe poſſit? [*Ampliorem hujus Loci expoſitionem, & ad argumenta ac exceptiones inde deductas, reſponſionem, vide in Tractat. noſtra de Punctis par. 1. cap. 6. pag. 108. 109. 110.*]

Tertia probatio Eliæ, *ex eo quod ſcriptum legitur in capite primo libri Talmudici* חגיגה *Chagiga ſuper verſum*, Et obtulerunt holocauſta, & ſacrificaverunt ſacrificia, &c. *Mar Sutra dixit*, לְפִסוּק טְעָמִים *Ad pauſam accentuum attendendum, Pauſa accentuum nos docet*, & cæt. *Hinc ergo etiam eſt probatio, quòd non fuerint tunc accentus.*

Reſpondent Rabbini, hanc probationem contra Eliam potiùs eſſe, quòd Mar Sutra ſuam ſententiam ex vi diſtinctionis per accentum probarit, unde ſequitur, tunc accentum ibi fuiſſe. Nam aliâs non plus valuiſſet ipſius probatio, quàm ipſorum negatio. At, ſi fuit ibi tunc accentus, quare ipſi contra argumentati ſunt? reſpondetur, ut in aliis plurimis ſimilibus, & quoq; in præcedentibus, eos diſputandi tantùm causâ hoc quæſiviſſe, ad oſtendendum, Legis interpretationem ad plures & diverſos modos poſſe trahi. Vide paulò antè ad probationem primam. [*Plura de hoc loco inveniet Lector in Tractatu noſtro de Punctis, par. 1. cap. 6. pag. 93. & ſeqq.*].

Quarta probatio Eliæ: *Nomina punctorum & accentuum majori ex parte non ſunt Hebraica ſed Syriaca & Babylonica, ut Zere, Segol, Cholem, Melopum; item Mappik, Dages, Parga, Thebbir & ſimilia. Quod ſi jam verum eſt, quòd data ſint à mõte Sinai, quid negotii fuit linguæ Aramicæ ſive Syriacæ juxta montem Sinai? nonne omnia præcepta ibi promulgata ſunt linguâ Hebræâ? unde concludo, luce clarius eſſe, Puncta non extitiſſe neq; excogitata eſſe temporibus ſapientum, qui Talmud confecerunt, multo minus temporibus virorum Synagogæ magnæ. Non enim indiguerunt eis; nam ita exercitati fuerunt legere abſq; punctis & accentibus, ut ubi*

ſententia

ſententia conſiſteret, illic ſemper pauſam fecerint, ubi verò pendebat ſententia, illic ſermonem continuabant, prout audiverant & acceperant ex ore prophetarum, & cæt.

Reſpondent Rabbini, הֲרֵי זֶה בִּנְיָן רָעוּעַ מְאֹד eſſe hoc ædificium ruinoſum valdè: quòd jam Judæi Templi ſecundi loquuti ſint לְשׁוֹן כַּשְׂדִּים linguam Chaldaicam ſive Syriacam, etiam pleraque vocabula & nomina nova aſcenderint cum ipſis ex Babylonia. Unde non mirum, Viros Synagogæ magnæ linguâ Chaldaica in punctorum & Maſoræ traditione uſos fuiſſe, ac proinde Elias שִׁרְיֹן קַשְׂקַשִּׂים הוא לבוש loricâ ſquameâ, id eſt, ſtraminea, hîc ſit indutus. Deinde puncta proveniſſe à monte Sinai, & per Moſen populo data, ſunt Rabbini non pauci, nec vulgaris authoritatis, qui illud ſtatuant: eadem autem nomina punctorum, quæ hodie extant, & partim in Maſora commemorantur, à Moſe quoque è monte Sinai data eſſe, non ſimul affirmant: at à viris Synagogæ magnæ, qui utramque linguam Chaldaicam & Hebraicam callebant, ea orta eſſe, plerique ex Rabbinis docent. [*Ulteriorem ad hoc argumentum & inſtantias, quæ ſiunt, Reſponſionem inveniet Lector in Tractatu noſtro de Punctis par. 2. cap. 13.*] Quòd dicit, *eos non indiguiſſe punctis, quòd ſic exercitati & periti in lingua Hebræa fuerint ut carere iis in legendo potuerint*; id de viris Synagogæ magnæ, quibus Prophetæ quidam interfuerunt, fieri poteſt ut verum fuerit: at de omnibus Judæis, & de poſteritate, apud quam ceſſatura erat prophetia, & doctrina cæleſtis juſto Dei judicio peſſum itura, dari & concedi illud minimè poteſt. Teſtata ſunt id omnia tempora, & teſtatur etiamnum dies hodiernus.

Quòd denique dicit, *eos ex Prophetarum traditione & prælectione accuratè retinuiſſe memoriâ & ſciviſſe, ubi pauſa facienda, aut ubi ſermo continuandus eſſet*; id de prophetis immediatè divinitùs doctis concedi poteſt: at apud

ſequentes poſteros & ipſos Talmudicos uſque, id ſimiliter obſervatum fuiſſe, tot calamitatibus & perſecutionibus interjectis, omnino impoſſibile eſt. Quod enim ingenium, quæ memoria humana tot mille verſuum diſtinctas pauſas, tot millenarum vocum diſtinctam pronunciationem adeò accuratè retinere potuit, ut in nullo membro, in nulla voce aut vocali, uſque ad Tiberienſes illos Elianos Maſorethas, ſit erratum? quis credat, Tiberienſibus illis omni memoriâ, omniq́ue temporis celebritate carentibus, pleniori menſurâ atque operatione efficaciori ſpiritum divinum inhabitaſſe, quàm viris illis, quorum conſilia prophetarum Zachariæ, Malachiæ & Eſræ ductu & auſpiciis regebantur?

Et omnino ſi puncta vocalia & accentus diſtinguentes à Tiberienſibus illis aut ſimilibus è communi hominum genere viris, ſacræ Scripturæ ſunt addita & aſcripta, tunc iſte ſenſus, quem punctorum vocalium & diſtinguentium lectio exhibet, authoritatem habet humanam, adeoq́ue incertam, non autem divinam & propheticam, adeoq́ue authenticam, qualis ſacræ Scripturæ ſit, neceſſe eſt: tunc iſta puncta à quovis alio docto & perito, in locis dubiis, ambiguis & difficilibus mutari, & alia pro ipſis ſubſtitui poſſunt: tunc quilibet alius alio erit doctior & in corrigendo peritior: tunc incertitudo ubiq; erit maxima, una voce propter unum etiam punctum mutatum, in alium ſenſum tranſeunte: tunc textus nudis literis conſtans erit inſtar ceræ, in diverſas formas mutabilis: tunc in tantis litibus, judex ſuperior erit nullus, ac proinde ſacræ Scripturæ Veteris Teſtamenti canon quoque nullus, qui controverſarum interpretationum ſit menſura & terminus. Nec ſatis eſt, Textum in literis incorruptum & immutatum ſemper permanſiſſe, & etiamnum hodie eſſe, eumq́ue poſſe eſſe judicem. Vocales ſunt animæ dictionum & vocum,

quæ

quæ eas vivificant. Vita vocum eſt earum per pronunciationem motus, quem vividus & genuinus ſenſus comitatur. Unde vox nudis conſonis ſcripta, ſine vocalib. legi & intelligi nequit. Vocales autem, maximè in obſcuris & difficilibus locis, alius addet has, alius alias, prout quiſque ſenſum elicere tentabit. Hîc judice alio erit opus: ac proinde vox ſola nudis literis ſcripta, de ſe ſufficienter judicare non poterit. Verſio Græca, quæ LXX ſeniorum titulum & authoritatem circumfert, à textu Hebræo differt non tantùm in lectione vocalium, ſed & literarum: unde nec iſta judex eſſe poterit. Ubi alium judicem quæres? an ſervus ſuper dominum, an pediſſequa ſuper heram auguſtam jus dicet? an fons vivus & limpidiſſimus, ſe rivuli variis perturbationibus obnoxii, ſapori & colori ſubjiciet? [*Hujus & præcedentis Argumenti confirmationem, & adverſus Exceptiones Ludovici Capelli vindicationem, videat Lector in Tractatu noſtro de Punctis par.* 2. *cap:* 14.]

Sed mihi hoc tempore & hoc loco plenam hujus Quæſtionis explicationem, aut ſolidam ampliſsimæ hujus materiæ tractationem ingredi, propoſitum minimè fuit, quippe quæ longè plura, & ab hoc Maſorethico Commentario diverſa, tractanda & explicanda poſtulat. An autem Maſorethæ, id eſt, qui Notas maſorethicas ad textum Hebræum ſcripſerunt, ſimul & punctorum Vocalium, & Maſoræ authores ſint, puto ex ſuperiorum exemplorum diligentiori conſideratione, non parum pateſcere, immò manifeſtè etiam apparere, id quod in hac materia ſufficere poterat. At quia obſtare videbantur Eliæ rationes, quibus aſtruere ſuam ſententiam conatus eſt, valideque ſatis confirmaſſe viſus, quibus etiam permultos alios doctiſſimos viros in ſuam ſententiam allexit, eas in publicum producere, (quòd paucioribus fortè hujus linguæ ſtudioſis ſint notæ) &

obiter

obiter ac in tranſitu examinare & declarare volui, donec plenior hanc materiam pertractandi ſeſe offerat occaſio, aut alii occaſionem hinc habeant, meliori judicio & feliciori conatu talia cuncta indagare & dijudicare.

Hactenus primam ſententiam de Maſoræ authoribus, Num ſcilicet Tiberienſes Judæi longè poſt Talmud Maſoram conſcripſerint, pro virili explicavimus: altera ſententia ſequitur.

CAPVT X.

De Viris Synagogæ magnæ, Eſra Præſide.

ALtera ſententia Hebræorum de Maſoræ authoribus eſt, fuiſſe Maſoram à viris Synagogæ magnæ, quos vocant communiter in ſcriptis ſuis אַנְשֵׁי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה, conſcriptam, quæ ut meliùs intelligatur, primò explicabimus, qui hi viri & quæ hæc Synagoga, ejusque authoritas fuerit.

כְּנֶסֶת eſt Congregatio, Cœtus congregatus, Synagoga, Concilium eccleſiæ causâ convocatum. Unde בֵּית הַכְּנֶסֶת Domus congregationis, cœtus vel conventus ſacri, Eccleſia, Synagoga: item אַנְשֵׁי כְּנֶסֶת Viri Synagogæ, Præſides, Antiſtites ſynagogæ, Senatus eccleſiaſticus, אַנְשֵׁי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה Senatus eccleſiaſticus magnus, Concilium magnum. [Chaldaicè כְּנִשְׁתָּא רַבְּתָא ut Cantic. 7. 2. in Targum.] Sic vocant Hebræi Concilium magnum, ab Eſra ſacerdote ejus Præſide, poſt exilium Babylonicum Hieroſolymæ congregatum, cujus ope & auxilio Eccleſiam Hieroſolimitanam & Judaicam univerſam reſtauravit, & à multis corruptelis, erroribus & vitiis in Babylonia attractis, repurgavit & reformavit.

Hoc

Hoc quippe officii ipſi ex Babylonia Hieroſolymam abeunti, ex gratia Dei & authoritate regis Artaxerxis demandatum fuit, ut patet ex Diplomate regio, cum quo ipſum rex ablegaverat, Eſræ 7. Non longè pòſt ad ipſum quoque ablegavit Nehemiam, ceu Collegam & paraſtatam fidiſſimum & flagrantiſſimum, qui literis regiis & authoritate publica inſtructus, magno animi fervore Urbis & eccleſiæ reformationem promovit, ut docet liber Nehemiæ. Hi alios ex primoribus & ſapientioribus populi ſibi adjunxerunt, ut integrum Concilium, ſeu integer Senatus Eccleſiaſticus numerum compleret centum viginti virorum, cujus Concilii frequentiſſima & laudatiſſima paſſim apud Hebræos Scriptores, etiam antiquiſſimos, eſt memoria. Hinc in Chronico יוחסין *Juchaſin*, fol. 13. de hoc Concilio legitur: סְתָם תַקָּנוֹת הֵם מֵעֶזְרָא וּבֵית דִּינוֹ שֶׁל עֶזְרָא הוּא הַנִּקְרָא כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה שֶׁהֶחֱזִירוּ עֲטָרָה לְיוֹשְׁנָהּ׃ id eſt, *Abſolutè cùm dicitur* Conſtitutiones, *illæ ſunt ab Eſra. Domus autem judicii Eſræ eſt illud, quod vocatur Synagoga magna ſeu concilium magnum, quod reſtituit Coronam in antiquum ſtatum.* Corona Hebræis triplex fuit, Legis, Sacerdotii & Regni. Corona Legis, id eſt, Sapientiæ ſtudium & Legis divinæ cognitio, major omnibus fuit, juxta illud: *Per me* (Sapientiam) *reges regnant*, Prov. 8. 15. Hanc Coronam Eſra cum ſuis Collegis in priſtinum ſtatum reduxit, id eſt, Rempublicam eccleſiaſticam à ſordibus & inquinamentis Babylonicis reformavit, priſtinæque integritati reſtituit, & ſacram Scripturam à pſeudoprophetarum falſis libris omnibusque corruptelis repurgavit. Hinc in Talmud Hieroſolymitano, in lib. Megilla, cap. 3. in fine: כֵּיוָן שֶׁעָמְדוּ אַנְשֵׁי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה הֶחֱזִירוּ אֶת הַגְּדוּלָּה לְיוֹשְׁנָהּ *Quando exſurrexerunt viri ſynagogæ magnæ, illi reſtituerunt magnificentiam in priſtinum ſtatum*, id eſt, coronam Legis, cujus magnificentiâ nulla alia major eſt.

Don Iſaac Abarbinel in Præfat. in librum ſuum נַחֲלַת אָבוֹת duodecim hujus concilii principes viros commemorat, quorum plerique cum Sorobabele ex Babylonia Hieroſolymam profecti ſunt. *Catalogus*, inquit, *virorum Concilii magni ſunt, Haggæus propheta, Zacharias propheta, Malachias propheta, Sorobabel filius Schealtielis, Mordechai Bilſchan, Eſra ſacerdos & ſcriba, Jeſchua filius Jehotzedek ſacerdotis, Seraja, Realja, Miſpar Bigvæus, Rachum, Baana, Nechemja filius Chachilja. Hi ſunt, duodecim primores nominibus ſuis expreſſi, qui ex Babylonia Hieroſolymam aſcenderunt in principio Templi ſecundi, quibus præterea adjuncti fuerunt ſapientes alii ex principalioribus populi Iſrael, uſq. ad complementum viginti & centum virorum, qui vocati ſunt* אַנְשֵׁי כְנֶסֶת הַגְּדוֹלָה *Viri Concilii magni*, וְנִקְרְאוּ כֵּן לְפִי שֶׁנִּתְקַבְּצוּ לְתַקֵּן תַּקָּנוֹת רְאוּיוֹת לְהַיְשִׁיר אֶת הָעָם וּלְהַחֲזִיק אֶת בֶּדֶק הַתּוֹרָה׃ *& appellati ſunt ſic, quòd congregati fuerunt ad ordinandum Conſtitutiones bonas ad rectè dirigendum populum, & reſtaurandum rupturas Legis.* Quòd tres prophetas Haggæum, Zachariam & Malachiam his annumerat, & ab aliis prophetis, per quos Verbi Dei doctrina à Moſe, Joſua & ſenioribus accepta, continua ſucceſſione in Eccleſia Judaica propagata fuit, ſecludit, id facit priſcorum ſapientum autoritate adductus, qui ſcribunt: וּזְקֵנִים לִנְבִיאִים אֵלּוּ נְבִיאִים רִאשׁוֹנִים מַאי נְבִיאִים רִאשׁוֹנִים לְאַפּוּקֵי חַגַּי זְכַרְיָה וּמַלְאָכִי׃ *Et ſeniores* (tradiderunt Legem) *prophetis. Illi ſunt prophetæ priores. Quare prophetæ priores? ad excipiendum Haggæum, Zachariam & Malachiam.* Nempe, ait Abarbinel, quia viderunt eos fuiſſe in numero virorũ concilii magni in acceptione Legis, ejuſque ad poſteros traditione. Rabbi Abraham ben David in libro Kabalæ hiſtoricæ, folio 25. col. 4. ſcribit; *Joſue tradidit eam* (Legem) *ſenioribus, qui poſt eum vixerunt, ſeniores tradiderunt eam Prophetis, Prophetæ tradiderunt eam alter alteri per continuas generationes uſq. ad Haggæum, Zacha-*

riam

Digitized by Google

riam & Malachiam: prophetæ tradiderunt eam viris Concilii magni, qui fuerunt, Sorobabel filius Schealtiel filii Jechoniæ regis Jehudæorum, & qui cum Sorobabele venerunt, Jeſchua, Nechemja, Scheraja, Realja, Mordechai, Ritſchan, Miſtpar, Bigvai, Rechum, Baana, qui fuerunt ראשי כנסת הגדולה *capita concilii magni.* Hîc quidem tres iſti prophetæ in numero virorum concilii non ponuntur, non tamen planè ſeparantur, quòd per ipſos Legis doctrina & propagatio viris concilii demandata ſit. Apud priſcos ſcriptores Talmudicos hujus concilii ſive Synagogæ magnæ quoque frequens mentio. In libro פרקי אבות *Capitula patrum*, cap. 1. legitur: *Moſes accepit Legem de monte Sinai, & tradidit eam Jehoſuæ, Joſua ſenioribus, ſeniores prophetis, prophetæ tradiderunt eam* לאנשי כנסת הגדולה *viris ſynagogæ magnæ.* In libro יומא fol. 69. 2: למא נקרא שמן אנשי כנסת הגדולה שהחזירו עטרה ליושנה׃ *Quare vocatur nomen ipſorum, Viri ſynagogæ magnæ? eò quòd reſtituerunt coronam in priſtinum nitorem ſuum.* Hanc Legis divinæ Coronam à maculis Babylonicis repurgare, magnæ erat operæ, magni ſtudii, magni cœtus, qui inde nomen apud omnes poſteros accepit. In libro מגלה fol. 10. 2. דבר זה מסורת בידינו מאנשי כנסת הגדולה id eſt, *Res hæc Traditio eſt in manibus noſtris à viris ſynagogæ magnæ.* In libro בבא בתרא fol. 15. 1. אנשי כנסת הגדולה כתבו יחזקאל ושנים עשר דניאל ומגלת אסתר׃ *Viri Synagogæ magnæ deſcripſerunt librum Ezechielis, duodecim prophetarum minorum, Danielis & Eſther.* Gloſſator in hunc locum: *Viri ſynagogæ magnæ, nempe Haggæus, Zacharias & Malachias videntes Ezechielem & Danielem in exilio Babylonico mortuos, libellos etiam Duodecim prophetarum minorum, ut & hiſtoriæ Eſther, parvos eſſe, eos de novo ex libris exilii deſcripſerunt, & duodecim in unum librum redegerunt, ne ſinguli ob parvitatem perderentur, & ſic quoq; Eſther & alii quatuor libelli, Ruth, Eccleſiaſtes, Canticum & Threni conjuncti ſunt. Hoc autem fecerunt, quòd*

cognoſcerent ſpiritum propheticum poſt ſe ab Iſraele deſiturum, & cæt. [In Peſachim cap. 4. fol. 50. 2. עשרים וארבעה תעניות יעבו אנשי כנסת הגדולה על כותכי ספרים תפלין ומזוזות שלא יתעשרו שאלמלא מתעשרין אין כותבין *Viginti quatuor Jejuniis conſederunt Viri Synagogæ magnæ propter Scribas librorum* (ſacrorum) *Tephillin,& Meſuſos,ne diteſcant: nam ſi diteſcerent, non ſcriberent,* (ſc. ulteriùs pro mercede.)

Porrò ultimus hujus Synodi ſive Concilii fuit שִׁמְעוֹן הַצַּדִּיק *Simeon juſtus*, is qui Alexandro Macedoni Hieroſolymam hoſtiliter adeunti, obviam ſacerdotali habitu prodiit, eumque ad clementiam erga urbem flexit, quæ hiſtoria paſſim Hebræis celebrata eſt: vide Chronicon Tzemach David fol. 26. Hinc in libro פִּרְקֵי אָבוֹת cap. 1. legitur: שִׁמְעוֹן הַצַּדִּיק הָיָה מִשְּׁיָרֵי אַנְשֵׁי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה *Simeon juſtus fuit ex reſiduis virorum concilii magni.* Ex reſiduis, id eſt, ultimus, in quo concilium deſiit. Hinc R. Moſes ben Majemon, qui etiam Ægyptius dictus eſt in præfatione in librum ſuum יַד ſcribit: בֵּית דִּינוֹ שֶׁל עֶזְרָא הֵם הַנִּקְרָאִים אַנְשֵׁי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה וְהֵם חַגַּי זְכַרְיָה וּמַלְאָכִי וכו׳ וְהַרְבֵּה חֲכָמִים עִמָּהֶם תַּשְׁלוּם מֵאָה וְעֶשְׂרִים זְקֵנִים הָאַחֲרוֹן מֵהֶם הוּא שִׁמְעוֹן הַצַּדִּיק וְהוּא הָיָה מִכְּלַל הַמֵּאָה וְעֶשְׂרִים: id eſt, *Domus ſynodi Eſræ fuerunt illi, qui vocantur Viri Concilii magni, nempe Haggæus, Zacharias, Malachias, & cæt. pluresq́ ſapientes cum ipſis ad complementum centum viginti ſeniorum. Ultimus autem eorum fuit Simeon juſtus, unus ex ſumma iſtorum centum viginti.* Hiſtoria Alexandri cum hoc Simeone, contigit juxta Hebræos, anno quadrageſimo ab extructo templo ſecundo, unde colligitur, ultra quadraginta annos hujus Synodi viros ſupervixiſſe. Hæc omnia eatenùs adducta ſunt, ut conſtet, ſynodi hujus authoritatem apud Hebræos permagnam eſſe.

Caput & Præſes Synodi fuit Eſra ſacerdos, qui præ cæteris omnibus ad hæc ſynodalia negotia, ſingulari

virtute

virtute à Deo inſtructus erat, in primis verò, quòd Legis divinæ peritiſſimus eſſet, & in totius ſacræ Scripturæ tractatione & deſcriptione exercitatiſſimus, unde & magnificis propterea laudibus in ſacra Scriptura eſt condecoratus: ut, הוּא עֶזְרָא עָלָה מִבָּבֶל וְהוּא סוֹפֵר מָהִיר בְּתוֹרַת מֹשֶׁה אֲשֶׁר נָתַן יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל וַיִּתֶּן לוֹ הַמֶּלֶךְ כְּיַד יְהוָה אֱלֹהָיו עָלָיו כֹּל בַּקָּשָׁתוֹ׃ *Ipſe Eſra aſcendit ex Babylonia, eratq́; Scriba promptus in Lege Moſis, quam dederat Dominus Deus Iſraelis, conceſſitq́; ipſi Rex juxta manum Domini Dei ejus ſuper eo, omne poſtulatum ejus*, Eſr. 7. 6. Scribam appellat, non tam à Scribendo, quàm ab enarrandis & explicandis iis, quæ in Scripturis ſacris comprehenduntur. Nam סֵפֶר Liber, סוֹפֵר Librarius, Librorum peritus interpres & Doctor; Scriba. A nullo autem libro majus nomen, lausq́ue major erat, quàm à libro Legis Dei, unde סוֹפֵר vocabatur Legisperitus, qui librum Legis Dei docebat & interpretabatur. Sic & in Novo Teſtamento interdum appellantur *γραμματεῖς Scribæ*, qui docebant populum, unde & de Jeſu Chriſto dicitur: *Docebat enim eos ut habens authoritatem, & non ut οἱ γραμματεῖς Scribæ*, Matth. 7. 29: interdum *νομικοὶ, Legisperiti*, Luc. 7. 30. & 11. 46. Fuit tamen etiam סוֹפֵר *Scriba*, propriè ſic dictus, qui epiſtolas, diplomata, libros, contractus & ſimilia, conſcribebat, aut aliis Scribis præerat. Unde קֶסֶת הַסֹּפֵר *Atramentarium ſcribæ*, Ezech. 9. 2: לְשׁוֹנִי עֵט סוֹפֵר מָהִיר *Lingua mea eſt velut ſtylus ſcribæ velocis*, Pſal. 45. 2: סוֹפְרֵי הַמֶּלֶךְ *Scribæ regis*, Eſth. 3. 12, qui literis ſcribendis vacabant: אֱלִישָׁמָע הַסּוֹפֵר *Eliſchama ſcriba*, Jerem. 36. 12. Eſra verò utraque laude excelluit, & quòd libri Legis Dei peritus eſſet enarrator & interpres, & quòd ejuſdem eſſet ſcriba promtiſſimus, unde illud: כִּי עֶזְרָא הֵכִין לְבָבוֹ לִדְרוֹשׁ אֶת תּוֹרַת יְהוָה וְלַעֲשׂוֹת וּלְלַמֵּד בְּיִשְׂרָאֵל חֹק וּמִשְׁפָּט׃ *Nam Eſra diſpoſuerat animum ſuũ ad interpretandum Legem Domini, & ad*

præſtandum, docendumq́ in Iſraele ſtatutum & judicium Eſræ 7.10. Item, *Hoc eſt exemplar diplomatis, quod dedit, Rex Artachſaſta,* לעזרא הכהן הספר ספר דברי מצות יהוה וחקיו על ישראל׃ *Eſræ ſacerdoti & Scribæ, ſcribæ verborum præceptorum Domini & ſtatutorum ejus ad Iſraelem,* ibid. verſ. 11. Item, *Artachſaſta rex regum:* לעזרא כהנא ספר דתא די אלה שמיא גמיר׃ *Eſræ ſacerdoti & ſcribæ Legis Dei cælorum abſoluto,* ibid. verſ. 12. Hinc & priſci Hebræi eum cum Moſe comparant dignitatis præcellentiâ, ut legitur in utroque Talmud, in Hieroſolymitano libro Megilla, cap. 1. & Babylonico libro Sanhedrin cap. 2 fol. 21. his verbis: ראוי היה עזרא שתנתן תורה על ידיו לישראל אלמלא לא קדמו משה׃ במשה הוא אומר ומשה עלה אל האלהים בעזרא הוא אומר עזרא עלה מבבל מה עליה האמור כאן תורה אף עליה האמור להלן תורה׃ במשה הוא אומר ואותי צוה יהוה בעת ההיא ללמד אתכם חקים ומשפטים בעזרא הוא אומר כי עזרא הכין לבבו לדרש את תורת יהוה ולעשות וללמד בישראל חק ומשפט ואף על פי שלא נתנה תורה על ידו נשתנה על ידו הכתב שנאמר וכתב הנשתון כתוב ארמית ומתרגם ארמית׃ id eſt, *Dignus erat Eſra, quòd data fuiſſet Lex per manus ejus Iſraeli, ſi non præceſſiſſet ipſum Moſes. De Moſe dictū eſt: Et Moſes aſcendit ad Deum,* Exod. 19. 3: *de Eſra dicitur: Et Eſra aſcendit ex Babylonia,* Eſræ 7.6. *Quid ſignificat Aſcenſus hîc? Legem: etiam Aſcenſus illic Legem denotat. De Moſe dictum eſt: Mihi autem præcepit Dominus tempore iſto, ad docendum vos ſtatuta & judicia,* Deut. 4. 14. *de Eſra dicitur, Etenim Eſra diſpoſuerat animum ſuum ad interpretandum Legem Domini, & ad præſtandum eam, & ad docendum in Iſraele ſtatutum & judicium,* Eſr. 7.10. *Quamvis autem non eſt data Lex per manus ejus, mutata tamen eſt per manus ejus ſcriptura ſicut dicitur: Et ſcriptura exemplaris ſcripta erat Syriacè, & tranſlata Syriacè,* Eſr. 4.7.

Eſra

Eſra ergo Sacerdos & Scriba, tantis à Deo donis inſtructus, & regia authoritate ſuffultus, ex Babylonia, captivitatis definitio tempore elapſo, cum Duce Zorobabele Hieroſolymam miſſus fuit, ut eccleſiam judaicam, totumq; cultum divinum in Babylonia inſigniter labefactatum, ad præſcriptum legis divinæ reformaret. Id indito ipſi nomine Deus ſignificare voluit: nam עֶזְרָא, עֵזֶר *Auxilium.* Is enim eccleſiæ Judaicæ extremæ extremùm afflictæ, extremum auxilium afferre debuit, ut in juſtum corpus recreſceret. Hieronymus in Comment. in Micheam, cap. 2. *Adjutorem* interpretatur. Eſra itaque de auxilio eccleſiæ labefactatæ afferendo, eaque reformanda ſolicitus, officia eccleſiaſtica diſtribuit, ſacrificia inſtituit, vaſa uſibus divinis deſtinanata conſecravit, feſta ſolennia celebravit, jejunia & pœnitentiam indixit, populum à conjugiis alienigenarum repùrgavit, omniaque ad præſcriptum Legis divinæ componere tentavit. Lex verò ipſa Dei totaque Sacra Scriptura, ut genuina, integra & incorrupta in populo Dei extaret, eſſetque diſcrimen inter pſeudopherarum multorũ ſcripta, & verorum prophetarum libros, & quidquid libris per diuturnæ captivitatis difficultates, in ſacras literas invectum videri poterat, tolleretur, maturo conſilio, provida doctorum, & in ſacræ Scripturæ lectione exercitatiſſimorum curâ, ſtrenuaq; opera multorum ſummè opus erat. Præſtò aderant ſymmiſtæ divini, prophetico ſpiritu inſtructi, Haggæus, Zacharias, Malachias, Nehemias quorum fervorem & ardentiſſimum ſtudium, ipſorum ſacræ conciones proclamant: præſtò aderat ſtrenuiſſimus Dux Zorobabel, cujus genus & laudem Chriſti Servatoris genealogia nobilitat: præſtò aderat ſummus Sacerdos Jeſchua, aliique primarii Sacerdotes & Levitæ, Ducis Zorobabelis ex Babylonia comites, & quotquot pietatis in

tis in populo Judaico fuerant lumina & columina. His adjunguntur ab Eſra alii primores & antiſtites, in Scripturis ſacris potentes, authoritate præcellentes, numero centum viginti, qui fuerunt vocati אַנְשֵׁי הַכְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה *Viri Synagogæ magnæ*, Concilium magnum, ut de religionis ſumma piè graviterque deliberarent, non tantùm ad præſentis temporis commodum & neceſſitatem urgentem, ſed etiam & quàm maximè, ut ſaluti poſteritatis ſubſecuturæ æternùm proſpicerent, à quo cognoſcebant propheticum donum mox ablatum iri.

CAPUT XI.

Viros Synagogæ magnæ eſſe primos Maſoræ authores.

ESra convocata ſynodo, primariò de SCRIPTURA ſacra, ut indubitato fidei veræque religionis Canone, cognovit, ac Moſaicos Propheticos, aliosque libros ſingulari Spiritus ſancti inſtinctu conſcriptos, definivit, & quidquid heterogeneorum Scriptorum irrepſerat, rejecit. Fuerant enim prophetiæ gradus, fuerant prophetæ veri, fuerant propheti ſſæ, fuerant & falſi prophetæ, quorum dicta & ſcripta, etſi vera, utiliaque quandoq; continuerint, authoritatem tamen in eccleſia non merebantur. Examinati etiam fuerunt illi ipſi libri authentici & canonici, ne quid alienum pravumque ipſis aſcriptum conſervarent. Nec ſatis fuerat tradidiſſe Eccleſiæ libros authenticos ſacros, ſed & modus eoſdem dilucidè legendi & exponendi, prudentiſſimè datus & præſcriptus fuit. Eò faciunt, quæ ſuprà ſunt allata, ex priſcorum Hebræorum authoritate in expoſitione loci Nehemiæ cap. 8. verſ. 9. quòd in Synagoga publica prælegerint primò textum libri Legis Hebraicè

braicè, diſtinctè & intelligenter juxta pauſas, deinde explanarint linguâ Chaldaicâ, quæ tūc erat populo lingua vulgaris ex Babylonia allata. Hæc Scripturæ ſacræ per Eſram reformatio Tertulliano primæ antiquitatis in eccleſia Chriſtiana Scriptori graviſſimo, non fuit ignota. Is enim libro de Habitu muliebri ſcribit: *Quemadmodum & Hieroſolymis Babylonia expugnatione deletis, omne inſtrumentum Judaicæ literaturæ; per Eſram conſtat reſtauratum.* Chryſoſtomus idem hoc opus Eſræ aſcribit, ubi ait: *Attendite ut diſcatis antiquitùs Dei in nos miſericordiam: inſpiravit Moſi, & Tabulas lapideas ſcripſit, detinuit eum quadraginta diebus in monte, & iterum totidem ut daret ei Legem. Poſthæc autem Prophetas miſit, qui innumera mala paſſi ſunt; irruit bellum, quoſvis ſuſtulit & trucidavit, incenſi ſunt libri. Inſpiravit iterum alium virum, ut mirabiles illas Scripturas repararet, Eſram dico, & ex reliquis illarum eam rurſus componere fecit,* & cæt. Homil. 8. in epiſtolā ad Hebræos. Theodoretus in Præfat. Commentarior. in Cant. Canticor. Salomonis ſcribit: *Cùm ſacra volumina partim à Manaſſe, qui omnes, qui & ante & poſt ipſum fuerunt, ſcelere atq; impietate ſuperavit, comb ſti eſſent, partim captivitatis tempore, Templo à Babyloniis incenſo, everſâq; civitate, & populo in ſervitutem abducto, penitùs interiiſſent, beatus vir Eſdras, excellenti virtute præditus, & Spiritu ſancto plenus, ut res ipſa declarat, multis poſt annis, cùm populus eſſet revocatus, neceſſarias nobis ſalutiferas Scripturas reſtituit. Nec ſolùm Moſis libros, ſed & Joſuæ, & Judicum & Regum hiſtoriam, & ſtrenui Job monumenta, & Eccleſiæ lætitiam ſacros Davidis Cantus, & ſexdecim Prophetas, & ſapientis Salomonis tum Proverbia, tum Eccleſiaſtem, tum Canticum Canticorum.* Irenæus (qui juvenis vidit Polycarpum ſenem, Apoſtoli Johannis diſcipulum) adverſus hæreſes, lib. 3. cap. 25. Eſram Scripturarum ſacrarum reformatorem agnoſcit, ubi ſcribit: *Non eſt mi-*

Digitized by Google

rabile, Deum hoc in eis (LXX Græcis) *operatum, quando in ea captivitate populi, quæ facta eſt à Nabuchodonoſor, corruptis Scripturis, & poſt ſeptuaginta annos Judæis deſcendentibus in regione ſuam, & poſt deinde temporibus Artaxerxis Perſarum regis, inſpiravit Eſræ Sacerdoti è tribu Levi, Prophetarum omnes rememorare ſermones, & reſtituere populo eam Legem, quæ data erat per Moſen.* Citat hæc eadem ex Irenæo Euſebius Hiſtoriæ Eccl. lib. 5. cap. 8. [Clemens Alexandrinus, qui vixit circa annum Chriſti 180. Stromatum lib. 1. ſcribit: *Hic Zorobabel cum Eſra rediit in patriam, per quem facta populi redemptio, & divinitùs inſpiratorum eloquiorum recenſio & renovatio.* Et paulò pòſt: *Nam etiam in captivitate Regis Nabuchodonoſor, cùm interiiſſent Scripturæ, tempore Artaxerxis Perſarum Regis, inſpiratus Eſras Levita, qui factus fuerat Sacerdos, prophetavit, omnes veteres rurſus Scripturas renovans.*] Auguſtinus De mirab. ſacræ Scripturæ lib. 2. circa finem, ſcribit: *Interea captivitatis tempore completo, quod Dominus per Prophetas complendum eſſe prædixerat, reverſionem populi ſui & captivitatis ſolutionem, per Cyri Regis clementiam præparabat. Quo tempore Eſdras Dei Sacerdos, combuſtam à Chaldæis in archivis Templi reſtituit Legem. Nempe qui eodem Spiritu, qui in Scripturis fuerat plenus erat.* Hinc Bellarminus lib. 2. de Verbo Dei, cap. 1. ait: *Eſt ergo altera ſententia, fuiſſe quidem Eſdram librorum ſanctorum inſtauratorem, non omnia iterum dictando, ſed colligendo, & ordinando Scripturas in unum corpus, quarum partes variis in locis invenerat, & etiam emendando, ſi quæ depravata erant negligentiâ ſcribarum, cùm toto tempore captivitatis negligenter Lex ſervata ſit, cùm non haberent Judæi templum & tabernaculum.* Genebrardus lib. 2. Chronologiæ ſuæ: *Prophetis ſuccedit Synagoga magna, cujus principes Eſras, Nehemias, Mardochæus, Zorobabel, Jeſchua. Hi præfuerunt Concilio, quod centum viginti homines, quorum alii nobiles, alii plebei erant, de emendan-*

Google

emendandis libris ſacris, eorumq́ conſtituendo canone, juxta præſcriptum Cabbalæ (doctrinæ acceptæ à Majoribus) *inierunt*. Et mox: *Ejus* (Eſræ) *conſilio & opera præſertim libri ſacri collati ſunt & emendati: unde Tikkun ſopherim, id eſt, Correctio ſcribarum, appellatur Tikkun Eſræ, ut in Maſora Num.* 12. *quaſi Eſra Scribarum fuerit princeps.* Idem Genebrardus adducit hoc loco Rabanum Maurum De inſtit. Cleric. cap. 54. ſic ſcribentem de Eſdra: *Omnes libros ſacros veteres, dum Judæi ingreſſi fuiſſent in Jeruſalem, divino afflatus Spiritu reparavit, cunctaq́ prophetarum volumina, quæ fuerant à gentibus corrupta, correxit, totumq́ vetus Teſtamentum, in duos ac viginti libros conſtituit, ut tot libri eſſent in Lege, quot habeantur & literæ.*

Hinc & deinceps Maſoræ primordia cœperunt in librorum ſacrorum partitione, textus in Sectiones majores & verſus diſtinctione, vocum vera ſcriptione & lectione, earundemque, ut & literarũ, dinumeratione, ne vel apex in poſterum poſſet mutari aut excidere.

Primùm enim conſtituto numero librorum Canonicorum, iisque in unum Scripturæ corpus redactis, diviſerunt illud in tres partes principales, nempe תּוֹרָה *Legem*, נְבִיאִים *Prophetas*, & כְּתוּבִים *Scripta ſancta*, quæ *Hagiographa* nobis dicuntur. Hæc diviſio Chriſto Salvatori noſtro nota fuit, & indicata eo, quando dictum: *Oportet impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Lege, Prophetis & Pſalmis*, Luc. 24. 44. ubi Pſalmi ponuntur pro omnibus libris, qui Hagiographorum parte continentur, exquibus etiam in Novo Teſtamento quædam citantur, tanquam impleta. Alibi duas tantùm nominavit, unde illud: *Lex & Prophetæ uſq́ ad Johannem*, Luc. 16. 16. Alibi per Synechdochen pars tota Scripturæ ponitur pro uno libro iſtius partis, ut in illo: *Scriptum eſt in Prophetis*, Mar. 1. 2. Joh. 6. 45. id eſt, in ea parte Scripturæ, quæ prophetas continet, in volumine prophetico. Non

enim in omnibus prophetis id erat ſcriptum, quod citabatur, ſed in uno tantùm, prius quidem Malach. 3. 1. alterum Jeſa. 54. 13. Item, *Ne vobis ſuperveniat, quod dictum eſt in Prophetis.* Actor. 13. 40. id eſt, in uno prophetarum nempe Habac. 1. 5. Sic hæc eadem diviſio in antiquiſſimis Hebræorum ſcriptis uſitata legitur. In Maſora, quando vox aliqua ter duntaxat reperitur, & quidem in tribus his Scripturæ partibus, tum dicunt: Ter occurrit, ſemel in Lege, ſemel in Prophetis, ſemel in Hagiographis. Apud Talmudicos, מְדַבֵּק אָדָם תּוֹרָה נְבִיאִים וּכְתוּבִים כְּאֶחָד *Compingit aliquis Legem, Prophetas & Hagiographa in unum librum*; Item: הֵבִיאוּ לְפָנֵינוּ תּוֹרָה נְבִיאִים וּכְתוּבִים מְדוּבָּקִים כְּאֶחָד *Attulerunt coram nobis Legem, Prophetas & Hagiographa compacta in unum*, Bava bathra fol. 13. 2. [אורייתא נביאי וכתובי *Lex, Prophetæ, & Hagiographa*, Talm. Erubh. fol. 17. 1. Forma erat juramenti, ſicut & hodiè familiariter adhuc jurant, בתורת משה *Per Legem Moſis.*] Elias Levita Præf. 3. in librum ſuum Maſoreth, ubi de viris Synagogæ magnæ & ipſorum opera in reſtauranda Scriptura loquitur, ſic ſcribit: כִּי לֹא הָיוּ הכ״ד סְפָרִים מְחֻבָּרִים יַחַד וְהֵם חִבְּרוּם וְעָשׂוּ מֵהֶם ג׳ חֲלָקִים תּוֹרָה נְבִיאִים וּכְתוּבִים׃ *Non enim fuerunt omnes viginti quatuor libri unà colligati, ſed ipſi* (viri Synagogæ magnæ) *conjunxerunt eos, ac fecerunt ex ipſis tres partes, Legem, Prophetas, & Hagiographa.*

Hæ tres partes poſtea fuerunt ſubdiviſæ in alias, libri etiam alio atque alio ordine collocati.

Lex pro diverſitate materiæ & hiſtoriæ, ſubdiviſa fuit in libros quinque, qui nobis dicuntur, *Geneſis*, *Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomion*, [qui dicti fuerunt, חמשה חומשי תורה *Quinq; quintæ* (partes) *Legis.* Ita fuerunt diſtincti & nominati ante Talmud. Hinc legitur in Sanhed. cap. 6. fol. 44. 1. מלמד שעבר עכן על חמשה

חומשי

Digitized by Google

חומשי תורה *Docet, quòd transgreſſus ſit Achan (de quo Joſ. 7.) Quinque Libros Legis.*

Huc referunt Hebræi Diſtinctiones Legis, in פרשיות Paraſchas ſive Sectiones, פתוחות Apertas, וסתומות, tam magnas quæ tribus majuſculis פ vel ס indicantur; quàm minores; quæ minuſculis deſignantur. De quibus alibi egimus.]

Prophetæ ſubdiviſi in נְבִיאִים רִאשׁוֹנִים *Prophetas priores*, & נְבִיאִים אַחֲרוֹנִים *Prophetas poſteriores*. Priores quatuor numerati, qui librorum *Joſuæ, Judicum, Samuelis* & *Regum* titulo nominantur; aut ſic dicti, quòd in iſtis libris de primis prophetis agitur. In his, Samuelis pro uno libro, Regum ſimiliter pro uno, primitùs recenſitus fuit, qui poſtea in duos diſtincti. Hinc Samuel appellatur Propheta; ut in illo, *Dedit Judices uſq; ad Samuelem Prophetam*, Actor. 13. 20. [ſc. *primum*. Unde & Actor. 3. v. 24. *Sed & omnes Prophetæ, à Samuele & deinceps.* Apud Talmudicos: *Prophetæ priores fuerunt, David, Samuel, & Salomon*, Sota fol. 48. 2. Bartenóra in Sota cap. 9. *Omnes Prophetæ vocantur Priores; exceptis Haggeo, Zacharia, & Malachiâ, ſociisq; ipſorum, qui vocantur Poſteriores.* Majem. ibid. *Prophetæ priores fuerunt Prophetæ Templi primi, Prophetæ autem Domûs poſterioris, vel ſecundæ, vocantur Poſteriores.*] Poſteriores prophetæ itidem quatuor. *Jeſaias, Jeremias, Ezechiel & Duodecim minores.* Hi poſtremi in unum librum conjuncti fuère, ne parvitate ſuâ diſtraherentur, aut perirent. Hinc capiendum illud in Actis Apoſtolorum, ubi legitur: *Sicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum*, cap. 7. verſ. 42. id eſt, prophetarum minorum, nempe Amos 5. 25. Hinc & apud Doctores Hebræorum legitur, הָיוּ לוֹ שְׁמוֹנָה נְבִיאִים מְדֻבָּקִים בְּאֶחָד *Fuerunt ipſi octo Prophetæ colligati unà*, Bava bathra fol. 13. 2. nempe quatuor priores & totidem poſteriores antea dicti, ut Commentator ibi explicat.

Hagiographa ſunt omnes reliqui libri. Dicti autem fuerunt Hebraicè כְּתוּבִים *Scripta*, per Synecdochen generis, eò quòd fuerint בְּרוּחַ הַקֹּדֶשׁ *per Spiritum ſanctum* ſcripta, id eſt, per immediatum Spiritus ſancti inſtinctum, non autem ſpiritu prophetico, aut per prophetiam propriè ſic dictam. Sic Daniel & Eſra quaſi Hiſtorici habiti ſunt, divino inſtinctu Eccleſiæ hiſtoriam pertexentes, quò & Paralipomenon libri pertinent, quorum author putatur Eſra fuiſſe. David & Salomon majori parte ſcripſerunt, quæ ad pietatem, mores, doctrinam in adverſis & proſperis ſpectant, etſi prophetica, inſigniter quidem David, ſæpè immixta habeant. Quinque libelli parvi, quos חָמֵשׁ מְגִלּוֹת vocant, ſimiliter ut didactici & hiſtorici judicati ſunt.

Hagiographa ergo primitùs numerati fuerunt libri novem, *Pſalmi*, *Proverbia*, *Job*, *Canticum*, *Eccleſiaſtes*, *Eſther*, *Daniel*, *Eſra*, *Chronica*, ubi Eſra Nehemiam etiam comprehendit, & duo Chronicorum pro uno ſumuntur. Liber *Ruth* autem ad librum Judicum, propter hiſtoriæ continuationem, fuit relatus, & *Threni* ad Jeremiam, propter eundem authorem. Hac diſtinctione libri biblici in univerſum computati fuerunt viginti duo, juxta numerum literarum Hebraicarum. Id patet ex Joſepho rerum Judaicarum Scriptore antiquiſſimo, tum etiam ex primis Patrib. eccleſiæ Chriſtianæ. Joſephus lib. 1. contra Appionem, docet, *Hebræos viginti duos tantùm habere libros, quinq; ſcilicet Moſis, tredecim vatum, quatuor laudum Dei & præceptorum vitæ humanæ.* Obſcurè hoc, nec ſatis diſtinctè: meliùs patent libri iſti viginti duo in ſequentibus. Euſebius Hiſtor. eccleſiaſt. lib. 6. cap. 18. ex Origene: *Non eſt ignorandum, viginti & duos eſſe libros in Canone Veteris Teſtamenti, ſicut Hebræi tradunt, ſecundùm numerum ſcilicet elementorum, quæ apud ipſos habentur.* Et paulò poſt addit: *Hi ſunt autem viginti*

& duo

Digitized by Google

& duo libri: Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jeſu Nave (ſive Jehoſua) *Judicum, Regnorum primus & ſecundus, unus liber eſt apud ipſos, quem appellant Samuel, item tertius & quartus unus eſt apud ipſos, quem appellant Regnum David, & Paralipomenon primus & ſecundus in uno habentur, quem dicunt Sermones dierum, Eſdras primus & ſecundus in uno eſt. Item liber Pſalmorum, Salomonis Proverbia, & alius, Eccleſiaſtes, & tertius ejusdem Cantica canticorum: ſed & Duodecim Prophetarum liber unus eſt, Eſaias Propheta, Jeremias, Ezechiel, Daniel, Job, Eſther. In his concludunt canonem voluminum divinorum,* Hactenus Euſebius. Hi ſunt viginti duo libri Hebræorum in ſpecie, quorum Joſephus meminerat ex traditione Hebræorum in genere. Præteriti ſunt Ruth & Threni, qui ſub aliis comprehenduntur, ut antea monitum. Quòd Ruth ad librum Judicum referatur, expreſsè videre eſt in Cypriano, qui itidem viginti duos Veteris Teſtamenti libros, ſecundùm Majorum traditionem recenſet in explicatione Symboli, ubi ait: *Veteris Inſtrumenti primò omnium Moſi quinque libri ſunt traditi, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium: poſt hoc Jeſu Nave, Judicum ſimul cum Ruth: quatuor poſt hæc Regum libri, quos Hebræi duos numerant: Paralipomenon, qui Dierum dicitur liber, Eſræ libri duo, qui apud illos ſinguli computantur, & Eſther: Prophetarum verò Jeſaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel: præterea Duodecim prophetarum liber unus: Job quoq; & Pſalmi David ſinguli ſunt libri: Salomonis verò tres eccleſiis traditi, Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica canticorum. In his concluſerunt numerum librorum Veteris Teſtamenti.* Quòd Threni Jeremiæ additi fuerint, patet ex Hilario, qui in Præfatione in Pſalmos ſcribit: *In viginti duos libros Lex Veteris Teſtamenti deputatur, ut cum literarum numero convenirent, qui ita ſecundùm Traditionem Veterum computantur, ut Moſi ſint libri quinque, Jeſus Nave ſextus, Judicum &*

Ruth

Ruth ſeptimus: primus & ſecundus Regnorum in octavum, tertius & quartus in nonum, Paralipomenon duo in decimum: Solomonis Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica canticorum in 13. 14. 15. *Duodecim prophetæ in decimum ſextum, Jeſaias deinde, Jeremias cum Lamentationibus, Ezechiel & Daniel & Job & Eſther viginti & duorum librorum numerum conſument.* Sic & Hieronymus in Prologo Galeato ſive Præfatione in librum Regum, has tres principales partes nominat, & qui libri ſub unaquaque comprehendantur, ſpeciatim exprimit. De quinque libris duplicibus, pro ſingulis computatis, ita ſcribit: *Porrò quinque literæ duplices apud Hebræos ſunt, Caph, Mem, Nun, Phe, Tzade. Aliter enim ſcribuntur per has principia medietatesq́ verborum, aliter fines: unde & quinq; libri duplices à pleriſq́ æſtimantur, Samuel, Malachim, Dibbre hajomim, Eſdras, Jeremias cum Kinoth, id eſt Lamentationibus ſuis.* Quòd pro ſingulis ponantur, id ſtatim in ſpeciali enumeratione ſingulorum librorum declarat. Enumerat autem libros viginti duos, inquiens: *Quomodo igitur viginti duo elementa ſunt, per quæ ſcribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur, ita viginti duo volumina ſupputantur; quibus quaſi literis & exordiis, in Dei doctrina tenera adhuc & lactens viri juſti eruditur infantia,* & cæt. Doctores Hebræorum Talmudici de Lege conſentiunt. Prophetas numerant octo, ſed alio ordine, de quo tradunt in libro בבא בתרא *Bava bathra* cap. 1. fol. 14: תָּנוּ רַבָּנָן סִדְרָן שֶׁל נְבִיאִים יהושע ושופטים שמואל ומלכים ירמיה ויחזקאל ישעיה ושנים עשר: *Docuerunt Rabbini noſtri: Ordo Prophetarum eſt, Jehóſua, Judices, Samuel & Reges, Jeremias, Ezechiel, Jeſaias & Duodecim Prophetæ minores.* Quod Jeſaiam poſtponant, ejus dant rationem, quam non juvat afferre. Eodem ordine hi tres etiam in Maſora manuſcripta Bibliothecæ Palatinæ ponuntur. In Hagiographis numerant libros undecim, hoc

hoc ordine: סִדְרָן שֶׁל כְּתוּבִים רוּת וכו׳ *Ordo Hagiographorũ, Ruth, Liber Pſalmorum, Job, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Threni, Daniel, liber Eſther, Eſdra, Verba dierum ſive Chronica.* Hinc liquet, eos in univerſum libros viginti quatuor ſacræ Scripturæ conſtituiſſe, unde & deinceps Biblia appellata fuerunt in hunc uſque diem עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה *Vigintiquatuor.* Hinc in Targum Cantici canticorum cap. 5. ver. 10. legitur: וְעָסִיק בְּעֶשְׂרִין וְאַרְבְּעָה סִפְרִין דְּאוֹרַיְתָא וּפִתְגָּמֵי נְבוּאָה וּכְתִיבֵי׃ *Et occupatus eſt in viginti quatuor libris, qui ſunt Lex & Verba prophetiæ*, id eſt, *Prophetæ* ſive *Hagiographa.* [In Bemidbar rabba, libro antiquiſſimo, ad locum Eccleſ. 12. 11. מה מסמרות הכהנים עשרים וארבעה אף הספרים עשרים וארבעה *Quemadmodum clavi Sacerdotum fuerunt viginti quatuor: ſic etiam libri Sacri ſunt 24.*] Leguntur hæc in editionibus Venetis: in Regiis Antvverpianis & noſtra editione omiſſa ſunt, ut nimis vana, modò non blaſphema. Hoc Targum autem incerti authoris eſt, & Talmude poſterius, quippe quòd Sex partium Talmudicarum hoc eodem loco mentionem faciat. Sic & Hieronymi tempore hæc enumeratio inter quoſdam uſitata fuiſſe legitur. Nam in prædicto Prologo, poſt ſpecialem ſingulorum librorum enumerationem, concludens ait: *Atque ita ſiunt pariter Veteris Legis* (id eſt Teſtamenti) *libri viginti duo, id eſt, Moſi quinque, & prophetarum octo, Hagiographorum novem, quanquam nonnulli Ruth & Kinoth, inter Hagiographa ſcriptitent, & hos libros in ſuo putent numero ſupputandos, ac per hoc eſſe priſcæ Legis libros viginti quatuor*, & cæt. Summa omnium huc redit, Eſdram cum Viris Synagogæ magnæ, cui ultimi Prophetæ interfuerunt, ſacræ Scripturæ canonem certis libris definiviſſe, & in partes tres generales diſtribuiſſe, quæ inde uſque ſemper in eccleſia Judaica obſervatæ fuerunt, & etiamnum obſervantur, quod primum Maſoræ initium circa Scripturam fuit.

Digitized by Google

Deinde Viri Synagogæ magnæ poſt libros canonicos definitos & diſtributos, ulteriùs de textus conformitate, & lectionis veritate ac varietate deliberarunt. Hîc primò textus in Verſus fuit diſtinctus, adhibitis diſtinctionum notis, quæ vocarunt סוף פסוק, quòd ibi cujuſque verſus finis eſſet. Volunt enim Hebræi, antea totum textum Scripturæ fuiſſe quaſi Verſum unum, ſine ullis diſtinctionum notis, prout etiamnum hodie ipſorum libri omnes, nonniſi rariſſimè, & ferè in majoribus tantùm ſectionibus & partibus, diſtinctivis punctis utuntur, aut novam partem, ſectionem aut tractationis materiam, majuſculâ primæ vocis ſcriptione indicant. In hanc ſententiam eſt, quod ſcribit Elias Levita, præfatione tertiâ in librum ſuum Maſoreth, his verbis: אמת הוא שאין בו ספק שזאת התורה אשר שם משה לפני בני ישראל היה ספר פשוט בלי נקוד ובלי טעמים ובלי סימני סופי פסוקים כאשר אנחנו ראים היום ולפי דעת בעלי הקבלה כל התורה היא כפסוק אחד ויש אומרים תיבה אחת: Id eſt, *Verum eſt, nec in eo dubium ullum, iſtam Legem quam propoſuit Moſes filiis Iſraelis, fuiſſe librum ſimplicem, abſq; punctatione & accentibus, etiam abſq; ſignis finis verſuum, prout hodie videmus. Immò juxta ſententiam Cabaliſtarum, fuit tota Lex ut verſus unus, aut ut quidam dicunt, ut dictio una.* רמ״בן *Ramban*, id eſt, Rabbi Moſe ben Nachman in præfatione Commentariorum in Pentateuchum ſcribit: והנראה שהתורה הכתובה באש וכו׳ היתה הכתובה רצופה בלי הפסק תיבורת והיתה אפשר קריאתה וכו׳: *Videtur, quòd Lex ſcripta igne*, & cæt. *ſcripta fuerit conjunctim, ſine diſtinctione vocum, eratq; poſſibilis lectio ejus*, & cæt. Quod autem uſq; ad tempus iſtius Concilii ſive Synagogæ magnæ textus Scripturæ abſq; notis diſtinctorum verſuum fuerit, Judæi probant ex libro Legis ſacro, in formam magnam convolutam priſcorum more ſcripto, qui in Synagogis ipſorum in arca ſancta ad lectiones ſolennes publicas ſabbathinas

bathinas & alias feſtales conſervatur, & etiamnum hodie ſine illis verſuum Notis, ac ſine punctis vocalium & accentuum viſitur, juxta formam primi exemplaris à Moſe ſcripti & populo Iſrael dati, ut ipſi aſſerunt. Quòd verò tota Lex ſcripta fuerit ſine ulla vocum diſtinctione, aut interjecto aliquo inter voces ſpacio, ut quaſi unus verſus aut una vox totus textus fuerit, id ineptum Kabaliſtarum figmentum eſt. Cæterùm verſuum diſtinctionem non eſſe demum per Judæos Tiberienſes, longo tempore poſt Talmud factam, ut Elias Levita cenſuit, ſed longiſſimo tempore ante Talmud à Viris ſynagogæ magnæ, Præſide & Antiſtite Eſdrâ, ſuprà capite octavo abundè demonſtratum eſt. Atque hoc Maſorethicum opus eſſe & fuiſſe, fatentur illi, qui conqueruntur, Textum ſacrum Hebræum à Maſorethis per Verſuum diſtinctionem perturbatum & dilaceratum eſſe. Sic enim quidam vir doctus in Pſalmum quintum ſcribit: *Quærant aliqui fortaſſe, cur noſtra editio* (Latina vulgata) *ab Hebraica in diſtinguendo ſæpius variet? Reſpondeo, quia Maſorethæ confuderunt verſus & miſcuerunt, partim nimis ſuorum ſenſorum ſtudioſi, partim ignari metricæ Pſalmorum rationis*, & cæt. Intelligit autem hic Commentator Maſorethas illos Tiberienſes, ab Elia Levita tantoperè laudatos, quos ipſe inſcitiæ hîc arguit. Atqui nos jam ſuprà oſtendimus, Textum Hebræum multis ſeculis ante Elianos iſtos Maſorethas, in verſus diſtinctum fuiſſe. Et tamen, ſi textus Hebræus à viris ſynagogæ magnæ in verſus diſtinctus fuit, quare iſtam diſtinctionem LXX. Græci ſenes prudentes, nati Judæi, ex doctis ſelectiſſimi, Legis ſuæ obſervantiſſimi, in ſua verſione non retinuerunt? Reſpondetur, Verſuum illam differentiam, ut & innumerorum aliorum locorum diſcrepantiam in verſione iſta, non eſſe à primis illis interpretibus, ſed à librariis & Scriptoribus, quorum quiſque nunc plures

ſententias conjunxit, nunc diſtraxit, prout in calamum fluerent, & animus ſcriptionis operi eſſet intentus, aut vagus, ut in magnis & longis operibus fieri ſolet. Et quotuſquiſque affirmare poſſit certò, aut credere, hodiernam Verſionem Græcam eſſe omnibus ſuis numeris eandem, quam primi iſti interpretes tanto conatu elaborarunt? quid piiſſimis & doctiſſimis quibuſdam in eccleſia prima Chriſtiana Patribus, cauſam dedit, toties de iſta Verſione conquerendi? quid eos movit, tot alias novas Verſiones Græcas cudere? quare textus Hebræi veritatem tam religiosè quidam ipſorum coluerunt & commendarunt? ſed hoc argumentum tractare, alterius eſt loci & temporis.

Poſt Verſuum diſtinctionem, à Viris ſynagogæ magnæ voces ſingulæ conſideratæ fuerunt, in quibus duplex cura: una, quæ ſcriptionem ipſarum juxta nudas conſonas ſpectabat; altera quæ lectionem & pronunciationem ipſarum juxta literas & vocales conjunctim. In ſcriptione vocum juxta literas, conſulebant authentica primorum authorum exemplaria, quotquot tunc extabant in manibus ipſorum, aut ſequebantur probatiſſimorum & plurium exemplarium fidem, an voces juxta nativam originis ſuæ proprietatem eſſent ſcriptæ: quæ voces cum quibus literis quieſcentibus, plenè eſſent ſcriptæ, aut quæ defectivè: quæ literæ & voces eſſent ſcriptæ abundanter, & non lectæ: aut contrà, quæ lectæ fuerunt, cum tamen non eſſent in textu ſcriptæ: aut quæ eſſent ſcriptæ hoc modo, & legebantur aliter, prout eccleſia illud inde à Moſe uſque obſervaverat, quorum omnium tunc apud doctos & peritos certa conſtabat ratio, cauſæque erant myſticæ, quæ notæ ipſis quidem, ſed apud poſteros per ſubſequentium temporum graviſſimas calamitates perturbatæ fuerũt. Hæc omnia, quæ circa diverſitatem lectionis & ſcriptionis

Digitized by Google

ptionis vocum verſantur, longiſſimè antè Talmud fuiſſe, ſuprà capite octavo, ex ipſo Talmud apertè oſtendimus. Hinc Elias Levita, præfatione tertiâ in librum Maſoreth, movet quæſtionem, Quidnam illud ſit, quod Eſra in Lege ſcripſerit, cujus nomine appellatur סופר מהיר בתורת משה *Scriba expeditus in Lege Moſis*, Eſræ 7.6? nam ſi tantùm librum de libro tranſcripſit, nihil addendo vel detrahendo, nihil aliud præſtitit, quàm quilibet alius ſcriba vulgaris: quæ autem inde fuiſſet ipſi præſtantia? unde ventilatâ iſta quæſtione, ſubjicit: ולולי זה הייתי אומר שלבד הקרי והכתיב שבתורה הם הלמ ואנשי כנסת הגדולה שהם חגי זכריה מלאכי דניאל חנניה מישאל ועזריה עזרא נחמיה מרדכי זרובבל ועוד נלוו עליהם חכמים מהחרש והמסגר עד השלמת מאה ועשרים איש כתבום על פי הקבלה שהיתה בידם שמשה רבנו ע״ה לא קרא המלה ההיא בכתיבתה לסוד אחד מן הסודות הידוע להם שמרעה מסר ליהושע ויהושע לזקנים וזקנים לנביאים וכו׳ וכתבוהו בחוץ בקריאתה ועזרא היה הסופר וזהו מה שכתב הוא בתורת משה:

Id eſt, *Niſi hoc ſit, dixerim ego, quod illa duntaxat varietas lectionis, quæ eſt in Lege. ſit doctrina Moſis è monte Sinai: Viri autē Synagogæ magnæ, nempe Haggæus, Zacharias, Malachias, Daniel, Chananias, Miſael, Azarias, Eſra, Nehemias, Mordochæus, Zerobabel, aliiq́ complures illis aſſociati Sapientes & artifices ingenioſiſſimi, uſq́ ad complementum centum & viginti virorum, conſcripſerunt ea juxta kabalam, quam ipſi habebant, quòd ſcilicet Moſes non legerit vocabulum hoc vel illud, ſicut ſcriptum fuit propter myſterium aliquod myſteriorum, quæ ipſis nota fuerunt. Nam Moſes tradidit id Jehoſuæ, Joſua ſenioribus, ſeniores prophetis, & ita deinceps, ipſi autem ſcripſerunt vocem quamlibet in margine ſicut legi debuit, in qua re Eſra illorum ſcriba fuit. Atq́ hoc illud ipſum eſt, quod Eſra in Lege Moſis ſcripſit. Pari ratione fecerunt in prophetis*

& Hagiographis, in omnibus ſcilicet illis dictionibus, de quibus habebant Kabalam ex ore prophetarum & reliquorum Sapientum iſtorum temporum, quiſq; ex ore alterius, quod non deberent legi, ſicut eſſent ſcriptæ. In libris autem in ipſa captivitate ſcriptis, non opus habebant ullâ kabalâ aut Traditione, cum authores ipſimet illis præſentes adeſſent. Quando itaq; tum reperiebant vocem aliquam, quæ videbatur illis nonnihil aliena à recto tenore ſententiæ & ſimplici ſenſu Scripturæ, tum indicabat author ipſemet illis rationem, quare ſic eſſet ſcripta irregulariter, tunc illi notarunt eam in margine ſicut legi debuit. Hactenus Elias. Non itaq; de nihilo eſt, quod Talmudici hâc textus Criticen *Scribis* aſcripſerint, quos ipſemet Elias hîc interpretatur *Viros ſynagogæ magnæ.* Quòd ſi nunc hæc Critices pars ad Maſoram pertinet, & inde Maſorethæ ab omnibus vocantur, qui ejus fuerunt authores, certæ hos Viros Synagogæ magnæ primos Maſorethas fuiſſe, nemo negare poterit.

Altera cura horum Maſoretharum fuit, circa lectionem & prolationem vocum unà cum vocalibus & accentibus, de quibus quoque ſigillatim notæ Maſorethicæ conſcriptæ fuerunt. An autem ipſimet viri ſynagogæ magnæ, Vocalium & Accentuum notas primò hîc invenerint, aut ab aliis inventas, ſed in uſu neglectas, reſtauraverint & perfecerint, ac Maſoram de iis quoque conſcribi curârint, facilè nec dici, nec probari facilè poteſt. Suprà per complura exempla declarare conati ſumus, Maſorethas iſtos, qui voces Vocalibus & accentibus veſtitas, recenſuerunt, non videri ſimul & punctorum vocalium inventores, & iſtarum Notarum cenſoriarum authores fuiſſe. Unde hæc ad ampliorem conſiderationem ſuſpendimus, mox tamen quædam ulteriùs ad horum declarationem aliquam propoſituri.

Ad extremum Viri ſynagogæ magnæ his omnibus non contenti, literas, voces & verſus in ſingulis libris numera-

Digitized by Google

numerarunt, ut ſciretur, quæ litera, quæ vox, qui verſus in ſingulis libris medium occuparet, (ut infrà videbitur) quæ vox nonniſi ſemel occurreret, & idcirco errorem aut corruptionem aliquam facilè admitteret: quæ voces ſæpiùs, & quoties ſub hac vel illa forma legerentur, & hujuſmodi infinita alia circa textus ſacri explicationem tradiderunt, ut ſic eum quaſi ſepe munirent, & à corruptione præſervarét. Hanc dinumerationem longiſſimè ante Talmud factam fuiſſe, & quidem à Scribis, qui à Protoſcriba ſuo Eſra ſic appellati fuère, ſuprà ex libro Talmudico Kidduſchim, evidenter declaratum eſt. Ab hac aute n officii parte, quod in numerandis vocibus occupatum erat, dicti etiam fuerunt *Sopherim*, quaſi *Numeratores*, nam Verbum ejus ספר *Saphar* etiam *Numerare* ſignificat. Ad antiquitatem autem & præſtantiam ipſorum celebrandam, vocant eos ראשונים *Primos*, *Priſcos*, *Antiquos*, quo per Synecdochen generis Viros ſynagogæ magnæ intelligere ſolent à ſalute illa, & prudentia & diligentia admiranda, quam in ultima Eccleſiæ Hieroſolymitanæ reformatione, & ſacræ Scripturæ reſtauratione præſtiterunt. Inde hæc ſunt ipſorummet Talmudicorum de illis *Riſchonim* ſeu Priſcis ſapientibus inſignia elogia. In libro עירובין cap. 5. fol. 53. v. 1. לִבָּם שֶׁל רִאשׁוֹנִים כְּפִתְחוֹ שֶׁל אוּלָם וְשֶׁל אַחֲרוֹנִים כְּפִתְחוֹ שֶׁל הֵיכָל וְאָנוּ כִּמְלֹא נֶקֶב מַחַט *Cor priſcorum fuit ſicut porta porticus Templi, at cor poſterorum ſicut Porta templi, nos autem ſumus ut foramen acus.* Porta porticus fuit lata viginti cubitos, Porta templi, decem. Sed quid ad hanc latitudinem foramen acus? Pro hoc poſtremo Abbaï dixit; כסיכתא בגודא *ut clavus in pariete*; qui nonniſi per vim in foramen arctum intrat. Raf Aſſe dixerat כאצבעתא בבירא *ut digitus in fontem immerſus.* Huic aqua nonnihil cedit, at ſublato eo redit. Sic nos abſoluto aliquo ſtudio, omnium ſtatim obliviſcimur. In lib.

שבת

שבת *Schabbat*. cap. 15. fol. 112. אִם רִאשׁוֹנִים בְּנֵי מַלְאָכִים אָנוּ בְּנֵי אֲנָשִׁים וְאִם רִאשׁוֹנִים בְּנֵי אֲנָשִׁים אָנוּ כַּחֲמוֹרִים׃ *Si priſci fuerunt filii Angelorum, nos ſumus filii hominum vulgarium; & ſi priſci fuerunt homines vulgares, nos ſumus aſini.* Nota, ſcribi hîc quidem מלכים *Quaſi filii Regum*, ſed in Demai cap. 1. & שקלים cap. 5. in Talmud Hieroſol. legitur מלאכים *Angelorum*. Item in Bereſchit rabba ſect. 60. Idem enim dictum diu antè inter Judæos Palæſtinæ fuerat uſitatum, qui dicere ſoliti linguâ Chaldaicâ, אִין הֲווֹן קַדְמָאֵי בְּנֵי מַלְאָכִים אֲנַן בְּנֵי נָשׁ וְאִין הֲווֹן בְּנֵי נָשׁ אֲנַן חֲמָרִין׃ ut legitur in Talmud Jeruſchalmi, libro דמאי *Demai* cap. 1. In libro יומא *Joma*, cap. 1. טוֹבָה צִפָּרְנָן שֶׁל רִאשׁוֹנִים מִכְּרֵסָן שֶׁל אַחֲרוֹנִים׃ *Melior eſt unguis priſcorum, quàm venter poſteriorum*, hoc eſt, *Unguis Patrum melior eſt, quàm totũ corpus poſteriorum* (ſcil. Sapientum.) Plura in hunc ſenſum vide in Florilegio noſtro.

Omnis & univerſus iſte labor circa textum Sacræ Scripturæ impenſus, dicitur MASORA, & à labore iſto authores ejus MASORETHÆ vocantur, quos Hebræi communiter Viros Synagogæ magnæ eſſe volunt, authoritate hiſtoriæ Hebraicæ Talmudicæ, cujus authores omnium Scriptorum ſunt vetuſtiſſimi, ut ex illis, quæ hactenus adducta ſunt, luculenter patet. Et ut pro prioris ſentẽtiæ confirmatione adductæ ſunt ſuprà duæ authoritates potiſſimùm, unà Rabbi Aben Eſræ & Eliæ Levitæ, ſic pro poſterioris hujus ſententiæ confirmatione, ſimiliter quorundam celebrium Hebræorum authoritatem adducemus.

R. Aſarias in libro מאור עינים *Meor enajim*, fol. 179, ſcribit: וְזֶה לָמָּה שֶׁאֲמֵן כִּי הַמָּסֹרָה מְקוּבֶּלֶת מֵאַנְשֵׁי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה כְּאָמְרוּ אֵלּוּ הַמָּסוֹרֶת׃ וְאִם כֵּן כְּמוֹ שֶׁהַמָּסוֹרֶת הַהוּא אֵין כַּוָּנָתָן שֶׁאֲמָרוּהוּ עַל פֶּה אֲבָל בִּכְתָב כֵּן הַטְּעָמִים וְהַהֶכְרֵעוֹת וְיֶתֶר הַדְּבָרִים שֶׁזָּכְרוּ וַדַּאי הוּא שֶׁבִּכְתָב נֶאֶמְרוּ׃ Id eſt, *Et id, ut confirmetur, Maſoram*

Maſoram traditam eſſe à Viris ſynagogæ magnæ, juxta id quod dicitur; Iſta ſunt Maſoreth (vide ſuprà cap. 8. in Authoritate Talmudica prima ex libro Megilla adducta.) *Quod cùm ita ſit, ut intentio ipſorum non fuit, quaſi Maſoram iſtam ore duntaxat protulerint, ſed in ſcripto: ſic quoq; accentus & vocales, reliquaq; quorum ibi meminerunt, certum eſt nonniſi in ſcripto prolata eſſe.*

R. Gedalja in libro Hiſtorico שלשלת הקבלה *Schalſchelet hakkabala*, *Catena Kabalæ*, fol. 21. ſcribit והנה אנשי כנסת הגדולה הזאת חדשו לטובת והנאת כל הגולה הרבה תקונים כמו חלוק הפסוקים וקרי וכתיב מלא וחסר ופרשיות סתומות ופתוחות ואותיות גדולות וקטנות וטעמים ונקודות וכן מנוי חדשי השנים שיתחיל מחדש תשרי כי עד שם היו מתחילין מחדש ניסן ועוד אחרים כאלה הגם שנחלקו מאד קדמונינו המחברים לדעת מי חבר כל הדברים האלה הנזכרים ולבי אומר לי להכריע שהכל נתן למשה מסיני ושכחו או שלא נתנו להכתב ואלו השרים כתבו הכל וחזרו להזכירם לכל ישראל : Id eſt, *Ecce viri ſynagogæ magnæ novas ediderunt in bonum totius captivitatis conſtitutiones multas, veluti Diſtinctionem verſuum, diverſitatem lectionis & ſcriptionis, plena & defectiva, ſectiones clauſas & apertas literas majuſculas, & minuſculas, accentus ac puncta vocalia. Item numerationem menſium anni, ut principium anni eſſet à menſe Tiſri ſive ſeptembri. Nam ad id uſq; tempus, inceperat à menſe Niſan ſive Martio. Multa præterea alia ordinarunt, etſi diſſentiant plurimùm authores noſtri ſuperiores, ad ſciendum, quis omnia iſta commemorata fecerit. Mihi autem meus dictat animus, præferre, quòd omnia data ſint Moſi è monte Sinai, ſed poſteri obliti fuerint eorum, aut quod data quidem fuerint Moſi, ſed non ut ſcripto comprehenderentur, hos autem principes* (viros ſynagogæ magnæ) *conſcripſiſſe omnia, & communicaſſe cum toto Iſraele.* Quæ primo loco hic commemorantur,

Digitized by Google

ſunt ipſa Maſora, ut patet ex iis, quæ hactenus dicta ſunt.

Don Iſaac Abarbenel in præfctione in librum ſuum נחלי אבות *Nachale abhoth*, ſcribit: וְעֶזְרָא גַּם כֵּן לִמֵּד לְיִשְׂרָאֵל הַנְּקוּדוֹת הַטְּעָמִים וְסוֹפֵי הַפְּסוּקִים שֶׁבָּזֶה הַיְשִׁירָם וְהִצִּילָם מִכָּל שִׁבּוּשׁ וְטָעוּת: *Eſra pariter docuit Iſraelem puncta, accentus & fines verſuum, quo direxit eos, & liberavit ab omni confuſione & errore.* Hoc Maſorethicum opus eſſe, patet ex ſuperioribus.

[Ephodeus in Prefatione eximia Operis ſui Grammatici: כאשר התעסקו בספר הזה בגלות בבל והיה בהם עזרא הסופר אשר היה ראש סופרים וכמו שאמר עליו כי עזרא הכין לבבו לדרוש את תורת יי׳ וכו׳ וכמו שאמר ויקרא בספר תורת האלהים ובמקרא וכמו שאמר ויקראו בספר תורת אלהי׳ מפורש ושום שכל ויבינו במקרא ודקדק בכל הכתוב במה שהיה מונה המלא החסר הזר והנוהג המנהג וזולת זה מהדקדוקים האלה ולזה נקרא סופר וכמו שאמר עליו סופר דברי מצות יי׳ וחוקיו על ישראל וכו׳ hoc eſt; *Cum ſtuderent, & occupati eſſent circa Librum hunc ſacrum in captivitate Babylonica, fuit tum ipſis Eſras Scriba, qui fuit Princeps Scribarum, (ſicut de eo dicitur;* Quia Eſras diſpoſuit cor ſuum, ut requireret Legem Dei, &c. Eſr. 7. 10. *Et legit in libro Legis Dei,* & in Scriptura, ſicut dicitur; *Et legerūt in libro Legis Dei explicatè, & apponendo intellectum, & intelligere fecerunt Scripturam, &c.* Neh. 8.) *& accuratè expendit totam Scripturam, numerando plena & defectiva, anomala & analoga, & alias ejuſmodi minutias. Et hac de causâ fuit vocatus* סופר Numerator, *ſicut dicitur de eo;* סופר Numerans verba præceptorum Domini & ſtatutorum ejus ſuper Iſraelem, Eſr. 7. 11. &c. Et mox: וחברו אז ספרי המסרה אשר הם כולם בדקדוק הספר הזה המקודש ונתינת הכללים מידיעת כל מה שאפשר שתודע בו אמתתו ועניניס רבים נאים המורה שורה על תכלית שלמותם בידיעת הכתיב והקפדתם על השמירה שלא תפול בו טעות ושגיאה *Et tunc compoſuerunt Libros Maſoræ, qui omnes agunt de ſubtilitatibus & accurata ſcriptione Libri hujus Sancti; qui etiam dant regula de omnibus*

bus quæ in eo ſcitu ſunt neceſſaria; res item alias elegantes; quibus prodiderunt, quàm perfectam habuerint ſcientiam Scripturæ, quàm item ſolliciti fuerint, ne in eam menda & errores incidant.]

Item cap.7. libri, in hunc modum ſcribit: השלם ראש הסופרים עזרא הכהן והספר נער חצנו ושם כל מאמצי כחו לתקן המעות וכן עשו כל הסופרים הבאים אחריו ותקנו הספרים ההם בתכלית מה שאפשר עד שהיה זה סבה להשאירם שלמים במנות הפרשיות והפסוקים והתיבות והאותיות והמלא והחסר והזר והנוהג מנהג הלשון וזולת זה ולזה נקראו סופרים ועשו בזה חבורים והם ספרי המסרה ׃ Id eſt, *Piiſſimus ille, qui Scribarum caput fuit, Eſra ſacerdos & Scriba, excuſſit gremium ſuum, adhibuitq; omnes nervos virium ſuarum, ut aptaret, quod erat perverſum: ſimiliter fecerunt omnes Scribæ, qui ipſum ſecuti ſunt, & correxerunt libros iſtos ſtudio omni quo poterant, donec hinc relinquerent eos perfectiſſimos, numerando Sectiones, verſus, voces & literas, plenas & defectivas dictiones, irregulares & quæ eſſent ex analogia linguæ & ſimilia, unde etiam dicti ſunt* Sopherim Numeratores, *& fecerunt ex iis libros, qui ſunt libri* MASORAE.

Hæc communis eſt Hebræorum ſententia, Maſoram à Viris ſynagogæ magnæ profectam eſſe, quod Eliæ optimè notum fuit, unde & ſæpè dicta præfatione tertia ſcribit: הנה דעת רוב האנשים שעזרא הסופר וסיעתו שהם אנשי כנסת הגדולה עשו המסורת והנקוד והטעמים על כל המקרא ׃ *Ecce ſententia multorum eſt, Eſram Scribam & concilium ejus, nempe Viros ſynagogæ magnæ feciſſe Maſoram, punctationem & accentus ſuper tota Biblia.* Sic eſt, & vix ullum quis Hebræum aut Judæum inveniet, Eliæ aſtipulantem, ſed contra ipſius rationes à doctiſſimis Rabbinis refutatæ ſunt in Commentario in librum Coſri & in libro Meor enajim, Arugas habboſem & aliis. Inde, inquam, ab Eſra Maſoram ortum ſuum habere, & pun-

cta quidem vocalia vel initium, vel renovationem ſumpſiſſe, communis Hebræorum Schola docet: Maſoram autem, ut rem ſtudii infiniti, per ſucceſſores pluribus ætatibus continuatam fuiſſe, donec in maximum librum excreverit, qui ſua quantitate etiam ipſa Biblia ſuperet, ut Elias ſcribit, qui plures Maſoræ libros vidit. Utique tantum opus & ſtudium, tamque exquiſitus & immenſus labor, nec exigui, temporis, nec paucorum virorum, nec vulgariter doctorum fuit. Temporis autem circumſtantia, & Eſræ aliorumque ejus collegarum erga eccleſiæ reformationem, ſtudium divinum & fervor ardentiſſimus, optimè iſti operi favent. Cognoſcebat, ſpiritu prophetico, ultimos tunc prophetas, in eccleſia Judaica vivere, ideoq; nihil magis neceſſarium eſſe, quàm ut ſacra Scriptura, incorrupta in ea conſervaretur. Corruptionem itaque iſto ſtudio Critico, per quod vera & conſtans omnium vocum ſcriptio & lectio, perpetuò permaneret, prudentiſſimè & accuratiſſimè præcavere voluerunt, ac reipſa præcaverunt, ut nemo negare poteſt, qui penitiùs & accuratiùs hunc laborem intelligit.

Atque hæc ſunt, quæ de Maſoræ origine & authoribus, in tanto hiſtoriæ antiquæ defectu, tantaque Scriptorum raritate, in medium proferre licuit. Qui poteſt, meliora & certiora afferat, ut veritas pleniori luce è tenebris affulgeat. Beneficium eſt, arentibus ſiti, vel fontem monſtraſſe, quando aqua porrigi nequit. Adſit ſtudium juvandi, abſit invidia aliique lædendi affectus. Nulli hîc præſcribitur, nulli præjudicatur. Suo quiſque ſenſu ut abundat, ita fruatur. Bona mens omnibus patet. Sic pergimus ad reliqua Maſoræ declaranda.

CAPUT XII.

De Materia Maſoræ, & primùm de cenſura circa verſus biblicos.

MAteria Maſoræ, ex qua conſtat, ſunt Annotationes Criticę ſive cenſoriæ circa textum ſacræ Scripturæ Hebraicum.

Textus recenſetur juxta *Verſus, Voces* & *Literas*.

VERSUS primò integri numerati ſunt per ſingulos libros biblicos, & in Pentateucho Moſis etiã juxta ejus Sectiones majores, quæ per tria majuſcula פ aut ס indicantur. Simul etiam ſingulorum librorum per totam Scripturam, medius verſus nominatus eſt, quæ omnia in fine ſingulorum librorum textui ſubjiciuntur.

Geneſis habet verſus אך ל״ד 1534: medius verſus, ועל חרבך תחיה: Et gladio tuo vives, cap. 27. 40.

Exodus, אר״ט 1209: medius verſus, אלהים לא תקלל, Magiſtratui ne maledicito cap. 22. 28.

Leviticus נט״ף 859. medius verſus והנוגע בבשר הזב Qui tetigerit carnem fluidi, cap 15. 7.

Numeri א״רפח 1288: medius, והיה האיש אשר אבחר בו Eritque ut ejus quem elegero, virga floreat, cap. 17. 20.

Deuteronomion ה״נן 955. medius וְעָשִׂיתָ עַל פִּי הַדָּבָר Et facies juxta verbum, cap. 17. 10. Summa verſuum totius Pentateuchi 5845. In hac ſumma in omnibus libris peccatum eſt, ut infrà in Caſtigationibus oſtendemus. Medius verſus totius Legis ſive Pentateuchi, וישם עליו את החשן Et impoſuit ei pectorale ſacrum, Levit. 8. v. 8. Sectionum majorum verſus etiam numerati ſunt & nudis literis numeralibus ſub finem ſectionis indicati, quibus nomen aliquod proprium, ut ſymbolum memoriale, plerumque adjungitur. Veluti Sectio prima *Bereſchith* habet verſus ק״מו 146: ſymbolum אֲמַצְיָה,

item יְחִזְקִיָּהוּ, quæ ſingula eundem numerum exprimunt. Sectio ſecunda *Noach* habet verſus קנ״ג 153. Symbolum בְּצַלְאֵל. Item אֲבִ״י יִסְ״כָּה לו״ט, quæ ejuſdem numeri ſunt. De jiſca vide Gen. 11.29. Sic deinceps per totam Legem.

Joſua habet verſus נ״ום 656: medius, ומחשבון עד רמת המצפה׃ Et à Chesbon uſque ad Ramat Mitzpæ Joſ. 13. v. 26. Vide Caſtigationes noſtras.

Judicum, ח״ים, 618. Medius, וירעצו וירצצו Et confrefregerunt, & conquaſſarunt, cap. 10.8.

Samuelis bini pro uno computati, א״ךְ, 1506: Medius, ולאשה עגל מרבק Mulieri iſti erat vitulus ſaginatus, 1. Sam. 28.24.

Regum bini אח״לה, 1534, ubi litera ה inter millenarium & denarium valet quingenta: medius verſus, ויקבץ מלך ישראל את הנביאים׃ Et congregavit rex Iſrael prophetas, 1. Reg. 22, 6.

Jeſaias, אר״צה 1295: medius verſus, כי אם שם אדיר יהוה לנו, Sed ibi magnificus erit Dominus nobis, cap. 33.21.

Jeremias, אש״סה 1365: medius verſus, ויאמר חנניה Et dixit chananja, cap. 28.11.

Ezechiel אר״ע 1273: medii verſus notatio in fine hujus libri omiſſa eſt, ſed in Maſora parva deſignatur ad ויהי בעשתי עשרה שנה Et fuit in undecimo anno, cap. 26.1.

Duodecim prophetæ minores pro uno libro computati, א״נ 1050: medius verſus, לכן בגללכם Idcirco propter vos, Mich. 3.12. Vide Caſtigationes noſtras.

Pſalmorum liber, א״א כ״ז 2527, ubi unum quodque א pro mille ponitur, & ך finale pro quingentis, unde meliùs ponerentur literæ hæ א״אך כ״ז, ut millenarii centenarium rectà præcederent: medius verſus, ויפתוהו בפיהם Et deceperunt ipſum ore ſuo, Pſal. 78.36.

Prove-

Proverbia, תת״קטו, 915, ubi tres centenariæ literæ ſunt inter ſe addendæ: medius, לפני שבר גאון Ante contritionem eſt elatio, cap. 16.18.

Jobus, א״ע 1070: medius, אשר קמטו ולא עת Qui exciſi ſunt cùm nondum eſſet tempus, cap. 22.16.

Canticum canticorum, ק״יז, 117: medius verſus, נרד וכרכם׃ Nardus & crocus, cap. 14.14.

Ruth פ״ה, 85: medius verſus, ותאמר רות המואביה Et dixit Ruth Moabitis, cap. 2.21.

Lamentationum liber non habet aſcriptum numerum verſuum, aſcribi autem in poſterum poſſit, ut ſit totius Maſoræ in hac affectione cõvenientia. Habet autem verſus 154: medius in Maſora parva notatus eſt, לדכא תחת רגליו Conterere ſub pedibus ſuis, c. 3.34. Unde apparet, à Maſorethis verſus fuiſſe numeratos, ſed à librariis in fine hujus libri non aſcriptos.

Eccleſiaſtes, רכ״ב 222: medius verſus, מה־שהיה כבר נקרא שמו׃ Quidquid eſt, jam nominatum fuit nomen ejus, cap. 6.10.

Eſther, קס״ו 166: medius verſus, ותען אסתר Et reſpondit Eſther, cap. 5. verſ. 7.

Daniel, ק״נז, 157: medius verſus בה בליליא קטיל בלשאצר׃ In ea ipſa nocte occiſus fuit Belſchazar, cap. 5. v. 30.

Eſdras & Nehemias pro uno libro computati, תר״פח 688: medius, ובין עלית הפנה Et inter aſcenſum anguli, Neh. 3.32.

Chronicorum liber uterque 1763: medius, ועל אצרות המלך׃ Et ſuper theſauros regis, 1. Chron. 27.25. Vide Caſtigationes noſtras. Hi verſus omnium librorum totius Scripturæ inter ſe ſi addantur, erit numerus omnium in unam ſummam collectus 23206. Hanc ſepem Maſorethæ primi, Viri ſynagogæ magnæ, non Tiberienſes Eliani, ſacræ Scripturæ obducere voluerunt,

runt, ne vel incuria vel dolus cujuſquam hominis, verſum aliquem è toto corpore interverteret, corpusque ſacrum vel minimo membro luxatum profanaret.
Hactenus de verſibus ſingulorum librorum.

Secundò Verſus conſiderati fuerunt juxta varias ipſorum affectiones in vocibus & literis.

Unus verſus notatus eſt, conſtans ex quadraginta duabus vocibus, quæ habent literas centum & ſexaginta. Is legitur Jerem. 21.7.

Duo verſus tantùm in Lege ſunt, qui incipiunt à litera ס, nempe Exod. 32.8. Numer. 14.19. Duo verſus ſunt in Lege, quorum ſingulæ voces exeunt in ם, nempe Gen. 32.14. Num. 29.33. Duo verſus ſunt, in quibus quater eſt ויאמר, nempe Gen. 22.7. 1. Reg. 20.14.

Tres verſus ſunt, quorum ſinguli habent octoginta literas, ut notatur unus in Maſora Numer. 36.8. Tres verſus ſunt, in quibus ſingulis extat ſemel לא & quater ולא, ut Num. 11.19. ubi alii duo recenſentur. Tres verſus ſunt, in quibus ſingulis ter legitur את & ter ואת, ut Exod. 29.5. ubi reliqui duo adducuntur. Tres verſus ſunt in Lege, qui incipiunt à ש & deſinunt in ש, ut Exod. 29.30. ubi alii duo citantur. Tres verſus ſimiles ſunt, in quibus primò legitur אל, deinde quater ואל, tum rurſus אל, ut Jerem. 27.2, ubi alii duo afferuntur. Tres verſus ſunt, quos incipit & finit nomen divinum יהוה, quod vocant אזכרה Memoriale Dei æternæ eſſentiæ, ut Deut. 31.3, ubi alia duo Maſora affert.

Quatuor verſus ſunt, in quibus ſingulis ſemel eſt על & ter אל, ut Ezech. 10.2, ubi reliqui enumerantur. Quatuor ſunt verſus, in quibus ſingulis quinquies extat vocula ואת, ut Exod. 40. 18. ubi Maſora omnia loca adducit. Quatuor ſunt verſus, in quorum ſingulis vocibus eſt litera ש, ut Num. 26.24, ubi vide Caſtigationes noſtras.

Quinque

Quinque ſunt verſus, in quibus ſingulis ſunt quinque voces continuæ, ex duabus literis conſtantes, ut גַּם לִי, גַּם לָךְ לֹא 1.Reg.3.26, ubi reliqui citantur.

Sex verſus ſunt, in quibus ſingulis ſunt aliquot voces nominibus ſimiles ſed literis diverſæ, nempe quæ diverſimodè copulam ו præfixam habent, ut Num. 26. v. 33, ubi omnes adducuntur.

Septem ſunt verſus, in quibus ſingulis extant quindecim voces, ſeptem hinc & ſeptem illinc, media autem eſt diverſæ ſcriptionis & lectionis, ut 1.Sam.13.19, ubi Maſora adducit reliquos.

Octo verſus ſunt, in quibus Nomen חַטָּאָה Peccatum, conſtruitur cum Verbo עָשָׂה Facere, ut Ezech. 18.21.

Novem ſunt verſus, in quibus ſunt duæ voces ſynonimæ conjunctæ, quarum interpretatio una eſt, quales זָקַנְתִּי וָשַׂבְתִּי Senui & canui, 1.Sam.12.2.

Decem verſus ſunt, in quibus ſingulis extat וַיִּקְרָא וַיֹּאמֶר׃, ut 1.Reg.7.20, ubi reliqui adducuntur. Decem verſus ſunt, in quibus ſingulis legitur וַיֹּאמַר & וַיֹּאמֶר, ut Geneſ.33.5. Decem verſus in Lege ſunt, quorum prima & ultima vox, eadem eſt ut Levit.7.19.

Undecim verſus ſunt, quorum prima & ultima litera eſt נ, ut Levit. 13.9. Pſal. 77. v. ult.

Quatuordecim verſus ſunt, qui conſtant duntaxat ex tribus vocibus, ut Gen. 5. 6. Exod. 28. 13. ubi reliqui afferuntur.

Viginti duo verſus ſunt, in quibus occurrit לֹא אָרִיךְ וְלָא זְעִיר׃ neque longus neque brevis, id eſt, neque litera ו neque litera י, ut Numer. 7. verſ. 14: 21. ubi reliqui citantur.

Viginti ſex verſus ſunt, in quibus ſingulis omnes literæ Alphabethi extant, ut Ezech. 38. 13. ubi reliqui verſus recenſentur. Inter hos eſt verſus unus, qui non tantùm omnes alphabethi literas ſimplices habet, ſed

Digitized by Google

& quinque finalibus ditatus eſt, nempe Soph. 3. 8. Caveant verò, qui editiones Venetas Bibliorum habent, ne in verſibus inquirendis ſe nimio plus fatigent: ſunt enim in illis aliquot falſi verſus adducti, quos nos in noſtra editione emendavimus.

Quadraginta ſeptem verſus ſunt, in quibus ſingulis ter legitur לא, ut Gen. 21. 26.

Centum viginti tres verſus ſunt, in quibus ſingulis bis legitur ולא, ut Gen. 13. 6.

[Duo verſus ſunt, in quibus eſt כי כי כי כי כי, h. e. in quibus כִּי quinquies reperitur, Joſ. 17. v. ult. & 2. Sam. 19. v. 7. Duo in quibus מִן quater repetitur, Joſ. 11. 21. & Levit. 13. 56.]

Hujus generis innumera alia ſunt, quæ in verſibus examinandis Maſorethæ annotarunt: ea quilibet Lector ulteriùs obſervare per ſe poterit.

CAPVT XIII.

De Cenſura Maſoretharum circa Voces.

IN VOCIBVS Maſorethæ notarunt [ut in Verſibus] Numerum. Hinc ad דרש דָרַש notatur in Maſora parvâ, חצי התורה בתיבות דרש מכא ודרש מכא. *Hic eſt medium Legis quoad Dictiones* (h. e. numerum dictionum) דרש *eſt ab una parte, &* דרש *ab alterâ.* Quoad voces ſingulas, notarunt,] *primò* genuinam ipſarum ſcriptionem & lectionem, ubi diverſitas aliqua occurrebat: *ſecundò*, ubi cum literis quieſcentibus fuerunt ſcriptæ plenè, vel abſque iis defectivè: *tertiò* ſitum & locum ipſarum in principio, medio vel fine verſus, & quam formam vel per ſe, vel propter accentum aliquem habuerunt: *quartò*, ſtructuram & conjunctionem ipſarum cum aliis vocibus, vel compoſitionem cum literis ſervilibus: *quintò*, ſignificatio-

ficationem, ubi amphibolia & ambiguitas id requiſivit: *ſextò* ſæpè notarunt voces vocalibus & accentibus differentes, ubi peculiaris quædam obſervatio aut differentia id poſtulare videbatur. Omnibus autem his & numerum, quoties; & locum, ubi ſingula extent, adjecerunt.

Scriptio & Lectio, dicitur Maſorethis כְּתִיב וּקְרִי, vel verſim קְרִי וּכְתִיב, quando vox aliter in textu per literas ſcripta fuit, & aliter legenda per vocales in margine notata, aut vox in textu abundanter eſſet ſcripta, & in legendo omiſſa, aut contrà, planè non eſſet in textu ſcripta, & tamen legenda fuit, unde plures & variæ hujus capitis natæ ſpecies. Veluti, aliquando litera in voce defecit, aliquando abundavit; interdum litera una in aliam commutata, aliquando transpoſita fuit. Itidem in vocibus quandoque aliqua in textu defuit, quandoque redundavit; interdum vox diviſa in duas, quæ legenda per unam, & contrà, quandoque duæ ſcriptæ ut una, quæ legi debebant diviſim per duas: quandoque etiam vox in textu ſcripta, pro qua legitur vox alia. Hinc Elias Levita ſcribit, ſe obſervaſſe omnes voces, quæ ſunt diverſæ ſcriptionis & lectionis, eſſe numero 848. quarum ſymbolum memoriale dedit קַרְיָין וְכַתְבָן, quæ eundem numerum continent. Ex illis, inquit ulteriùs, 65 ſunt in Lege: 454 in Prophetis 329 in Hagiographis. Sed nos obſervavimus eſſe multo plures, ut aliquando ſpeciatim declarabimus, ſi Deo placuerit. Paucula hîc proponemus. ה tredecim locis deficit ab initio, tribus in medio, viginti novem à fine: ſic aliæ literæ plures. א duodecies ſcribitur in fine vocum abundanter: ב quater redundat ab initio: ה ſepties redundat ab initio: י 43. locis redundat in fine. ב 11 ab initio ſcribitur, & legitur pro eo כ: 22. voces ſunt, quæ ſcribuntur cum י ab initio, & leguntur cum ו: 76 voces ſcriptæ ſunt in

medio cum ו, & lectæ per י: 56 voces ſcriptæ ab initio cum ו, & lectæ per י: 62 voces ſunt, in quibus litera ו tranſpoſita eſt: 10. voces non ſunt ſcriptæ in textu, & tamen leguntur: 8 voces ſcriptæ ſunt, ſed non leguntur, & hujusmodi varia, quæ ſingula in Maſora ſunt numerata & ſuis locis annotata. Semel & vigeſies in Lege ſcribitur הַנַּעַר & legitur הַנַּעֲרָה, ſub quibus & לַנַּעַר comprehenditur: Semel tantùm plenè ſcriptum reperitur הַנַּעֲרָה Deut. 22. 19. quod ſimiliter in ſpecie Maſora annotavit. De cauſa hujus ſcriptionis inter Hebræos non certò conſtat, Author libri מְאוֹר עֵינַיִם Parte tertia, cap. 28. alterius cujuſdam ſententiam adducit, inquiens: כָּל נַעֲרָה שֶׁלֹּא בָגְרָה כּוֹתְבִין בְּחוּמָשׁ נער וְנִקְרָא נַעֲרָה׃ *Omnis puella, quæ nondum pubertatis annos ingreſſa eſt, ſcribitur in Pentateucho* נער *& legitur* נערה. Alii putant, De Rebecca ſic ſcriptum laudis causâ, quòd cauta & provida fuerit, inſtar נַעַר, Gen. 24: De Dina vituperii causâ, quòd deambulatio ejus, cauſam dederit ſtupro, Geneſ. 34, de deſponſata, & marito ſuo exosâ, ſimiliter vituperii causâ, Deuteronom. 22, quæ per juris ſententiam integritati ſuæ reſtituta, perfectè dicebatur & ſcribebatur נַעֲרָה.

II. *Plenè vel Defectivè ſcriptæ dicuntur voces*, quæ cum literis ו vel י vel abſq; illis ſcriptæ ſunt: rariùs autem de א vel ה dicitur: ut וַתּוֹצֵא Geneſ. 1. 12. ter in Scriptura legitur, bis plenè, ſcilicet cum ו in medio, ut hoc loco, & ſemel defectivè, וַתֹּצֵא ſine ו in medio, quod Maſora citat ex Ruth 2. 18, quod tamen hodie in impreſſis libris plenum eſt, contra Maſoram. Item מְאֹרֹת Geneſ. 1. 14, bis reperitur utrinque defectivè ſcriptum, ſcilicet cum ו in media & ultima ſyllaba. Item וַיִּיצֶר Geneſ. 2. 7, ſcribitur plenè cum duplici י, quod notarunt expreſsè, nam aliâs ſemper וַיִּצֶר: item מוֹצִאֵי Numer. 14. v. 37, Maſora notat non ſcribi ampliùs defectivè, ſine י

in me-

in medio, & decem eſſe talia iſtius verbi in iſta conjugatione defectiva. Non tamen Maſorethæ ad omnes voces, quæ plenè vel defectivè ſic ſcribuntur, tales Notas adjecerunt, ſed ad eas maximè, quæ ex communi ſuo uſu ſolent ſcribi plenè, & interdum rariusque defectivè ut antea מוֹצָאֵי, tunc notarunt eas, quæ defectivè ſcribuntur, & contrà, quæ communiter ſcribuntur defectivè, ut antea יֵצֶר, & interdum plenè, tunc notarunt plena, ut ſic genuina & authentica ſcriptio perpetuò conſervaretur. Hinc iſta Eliæ Levitæ regula in libro Maſoreth Sermone primo, cap. 1. his verbis: כָּל מִלִּין שֶׁהַמְּלֵאִים מְרוּבִּין עַל הַחֲסֵרִים הֵם מוֹנִים אֶת הַחֲסֵרִים וּכְשֶׁהַחֲסֵרִים מְרוּבִּים עַל הַמְּלֵאִים הֵם מוֹנִין אֶת הַמְּלֵאִים׃ Id eſt, *Quandocunq; plenæ dictiones fuerunt plures, quàm deficientes, tunc numerarunt deficientes: quando autem deficientes excedebant numerum plenarum, tunc numerarunt plenas.*

[Hæc Maſoræ pars multis videtur prorſus ſupervacanea, & otioſa, eò quod parum interſit ſivè plenè, ſive defectivè ſcribantur; tamen eam non negligendam, præter Hebræos judicavit etiam doctiſſimus Mercerus. Ille enim ad vocem אַמִּיץ Amos 2. v. 16. ex Maſora notans, eam vocem plenè illic (cum expreſſo Jod) ſcribendam, porrò addit; *Et quanquam hoc ad ſenſum parum faciat, ſitne plenum an deficiens; non eſt tamen hac in re temerè diſcedendum ab authoritate Maſoretharum, qui, collatis diligentiſſimè exemplaribus, nobis reliquerunt, quàm emendatiſſima exemplaria Biblica, etiam quod ad plena & deficientia attinet, ut non ubi libet, Jod vel Vau addas aut detrahas. Hâc ergo in re eſt ex eorum ore & præſcripto pendendum, nec ſemper hodierna exemplaria ſequenda, quum illi ſuo tempore emendatiora habuerint, & ex multis collatis ſuas traditiones collegerint.*]

III. *Locus vocum in verſibus notatus:* & *primò* in principio verſus: ut, ad וְהָאָרֶץ Gen. 1. 2, notatum, Octies eſſe

initium verſus, quorum loca ſtatim adducuntur: וּלְכָל Gen. 1. 30, notarunt, Quater verſum incipere, quorum loca afferuntur in fine Deuteronomii. Sic innumera alia notarunt, in primis tamen ea, quæ rariùs verſum inchoant. Frequentiſſimè etiam indeclinabiles quaſdam particulas notarunt, veluti מִן ׳ כָּל ׳ גַּם ׳ אֶת ׳ אֶל ׳ אֲשֶׁר & ſimiles, quas etiam interdum in ſingulis libris biblicis ſpeciatim numerarunt, in eum finem, ne verſuum principia mutarentur. Sic אֶת decies eſt initium verſus in Deuteronomio, quater in Jeremia: וְאֶל quinquies eſt initium verſus: וְאַךְ bis, ut Geneſ. 9. 5: מִן Ter in Lege, ut Geneſ. 10. 5: וְגַם Tredecies verſum inchoat, ut Geneſ. 13. 5. Sic alia. In medio verſu, id eſt, quæ inter primam & ultimam ſunt, voces quælibet numeratæ ſunt, quam formam quoque loco, vel ſæpiùs, vel nunquam aliâs habebant. Sæpè etiam ſpeciales quædam voces obſervatæ ſunt, ut אַחֲרֵי־כֵן Ter reperitur in medio verſu, ut notat Maſora Geneſ. 6. verſ. 4. Undecim verſus ſunt, quorum principium & medium eſt וְכָל, Geneſ. 2. verſ. 5. Duodecim verſus ſunt, in quorum principio & medio eſt וְאִם, Exod. 21. verſ. 3. rurſus totidem verſus ſunt, in quorum principio & medio eſt אִם, Exod. 22. 22. Obſervatum etiam ubique, quando Pathach & Sægol juxta Athnach immutata manſerunt. Sic Geneſ. 3. verſ. 6. Maſora notat, וַיֵּרֶד ׳ וַיֵּלֶךְ ׳ וַתֹּאמַר ׳ וַיֹּאמַר ׳ וַתֹּאכַל וַיֹּאכַל ſemper eſſe juxta Athnach & Sophpaſuk cum Pathach. Ratio additur דְתַקְנְתָּא לְתַקְנְתָּא לָא עָבְרִינַן *Quòd correctionem correctioni non facimus.* Nempe Voces hæ abſolutè ſcribuntur in fine cum Tzere, quod propter hos accentus mutatur in Pathach, vocalem latioris ſoni, qualem pauſæ requirunt. Si jam hoc Pathach rurſus produceretur in Kametz, tunc una correctio fieret ſuper alteram, id eſt, duplex mutatio ejuſdem vocalis propter cauſam eandem,

Quod

quod eſt abſurdum & inconveniens. Aliâs Pathach & Sægol, quando per ſe & regulariter in ultima & penultima vocis ſunt, tunc per hos accentus mutantur in Kametz: ſi quando id non fit, hoc à Maſorethis notatum eſt, & in ſingulis libris numeratum. Sic Geneſ. 21. 8. ad וַיִּגָּמַל notatum: Eſt unum ex duodecim, quæ habent Pathach juxta Athnachta in Geneſi. Ex illorum numero quoque eſt בֶּטַח, Gen. 34. 25. Sic Num. 27. 9, ad בַּת notatur: Eſt unum ex ſeptem, quæ retinent Pathach juxta Athnach in Numerorũ libro. Accentus Zakeph-caton ſolet etiam quandoque mutare Pathach in Kametz, id quando in aliqua voce rariùs factum, tum ea numerarunt. Sic de Sophpaſuk in fine vocis.

IV. *Structura in Verbis notata*, quando Verbum cum peculiari Nomine, aut cum Præpoſitione certa aliqua jungitur, cum qua communiter jungi non ſolet: ut, Verbum אָמַר Dicere, cum אֶל אֱלֹהִים pro, *Dicere ad Deum*, novies junctum reperitur, quorum loca citantur in Maſora magna, in voce אֱלֹהִים. Sic Verbum יָרֵא cum אֶת הָאֱלֹהִים, pro *Timere Deum*, ſepties reperitur, quorum loca recenſet Maſora Geneſ. 42. 18. Verbum נִשְׁבַּע cum בֵּאלֹהִים conjunctum, pro *Jurare per Deum*, quater reperitur, quorum loca tradũtur 1. Sam. 30. v. 15. Verbum עָלָה cum אֶל הָאֱלֹהִים, pro *Aſcendere ad Deum*, ter legitur. Loca citantur in Maſora finali, in Nomine אֱלֹהִים. Verbum שָׁמַע cum Præpoſitione עַל conſtruitur duodecies, aliâs ſemper cum אֶל. Loca adducuntur 2. Reg. 20; Idem Verbum שָׁמַע cum לְקוֹל, pro *Auſcultare voci*, deciesſepties legitur, aliâs ſemper cum אֶת קוֹל, vel בְּקוֹל, vel אֶל קוֹל aut ſimpliciter cum קוֹל conſtruitur. Loca recenſentur Pſalm. 58. Sic quàm plurima alia numerarunt. Voces peculiariter conjunctæ, infinitæ notatæ ſunt, prout textus eas paſſim offert. Sic & voces cum literis ſervilibus conjunctas, numerarunt;

runt, ſed Nomina maximè cum literis כ'לב ab initio, quando vel cum Scheva vel cum Pathach punctatę fuerunt, ſequente Dageſch. Formam cum Scheva appellant *Raphe*, Lenem, reſpectu abſentis Dageſch, alteram vocant *Dageſch*: ut Geneſ.9.15, ad לְמַבּוּל notant, Non reperiri amplius raphe ſive lene, id eſt, cum Scheva; & unum eſſe Dageſſatum, לַמַּבּוּל. Item Geneſ.40.v.5, ad בְּלַיְלָה notarunt, Ter eſſe Raphe ſive lene: at בַּלַּיְלָה non numerarunt, quia ſæpiùs & communiter ſic uſurpatur. Geneſ.1.22, ad בַּיַּמִּים notant, Tria eſſe dageſſata, id eſt, cum Pathach, ſub ב ſequente Dageſch. Geneſ.9.10, ad בַּבְּהֵמָה notant, Sex dageſſata eſſe, & quatuor Raphata ſive lenia, hoc eſt, cum Chirek ab initio propter ſubſequens Scheva, nempe בִּבְהֵמָה, Levit.7.v.21. Pari ratione literam ו Verbis Futuri Temporis cum Scheva præfixam, vocant Raphe, & numerarunt, quia rariùs venit, at cum Pathach ſequente Dageſch, propter multitudinem neglexerunt: ut Geneſ.1.9, ad וְתֵרָאֶה notarunt, Non legi amplius, & eſſe lene, id eſt, cum Scheva ab initio. Sic וִיהִי Triginta duo ſunt lenia; at וַיְהִי quia innumera ſunt, præterierunt. Sic וּתְהִי Quatuordecim lenia ſunt: וְיִהְיוּ Undecim lenia ſunt, & ſimilia multa.

V. *Significatio in ambiguis notata.* ut, Geneſ. 6. 11. ad עָלֵה in Maſora notatum, ו' בְּאַטְרוּפֵּי Sex ſunt pro *Foliis*, ſignificatione *Folii*. Nam aliâs עֲלֵה eſt Aſcende. Geneſ. 19. 8. ad הָאֵל notatum, ה' לְשׁוֹן חוֹל Octo ſunt in ſignificatione profana, ſive communi, nempe pro Pronomine uſurpata, cùm aliâs iſta vox Deum ſignificet. Gen. 30. 24. ad יֹסֵף Maſora tradit; יא בְּלִשָּׁנָא אוֹסוֹפֵי Undecim ſunt ſignificatione Addendi defectiva, præter tria plena, quæ ſcilicet ſunt ad diſtinctionem Nominis proprii יוֹסֵף Joſeph. Gen. 29. 10. ad וַיָּגֶל Maſora tradit: ב' בִּתְרֵי לִשְׁנֵי Duo ſunt in duplici ſignificatione. Hoc enim ſignificat, *Et devolvit*, à Radice גָּלַל. Alterum eſt וַיָּגֶל

כבודי

כְּבוֹדִי *Et exſultet* gloria mea, Pſal. 16. 9. Gen. 29. 9. ad רֹעָה traditur: Tria ſunt in triplici ſignificatione, nempe hîc ſignificat *Paſcere:* ſecundò, רֹעָה הִתְרוֹעֲעָה הָאָרֶץ Confringendo confringitur terra, Jeſa. 29. 19. Tertiò, שֵׁן רֹעָה Dens malus, vitiatus, Prov. 29. 19. [Sic Micheæ 5. v. 4. ad וְרָעוּ notatur in Maſóra parva, ג' טבין *Tria ſunt bona.* Nempe in ſignificatione *Paſcendi*, quæ bona eſt, ad differentiam וְרָעוּ, quando *Malum* ſignificat. Sic in Maſóra finali, ad eandem vocem ſcribitur; ט' ו' בישין ג' טבין *Novem ſunt* וְרָעָה; *ſex ex illis ſunt Mala, & tria Bona.*] Geneſ. 26. 12. ad שְׁעָרִים, Maſora notat: *Non reperitur ampliùs eâ ſignificatione.* Nam aliâs שְׁעָרִים *Portæ.* Geneſ. 26. verſ. 21. ad שִׂטְנָה *Sitna*, quod ibi eſt nomen Putei, de quo altercati fuerant paſtores, maſora notat: *Duo ſunt in duplici ſignificatione.* Nempe hîc eſt nomen proprium; alibi, כָּתְבוּ שִׂטְנָה *Scripſerunt accuſationem*, Eſræ 4. 6. Gen. 26. v. 26. ad אֲחֻזַּת *Achuſat*, Maſora notat: ל' שום בר אֱנָשׁ *Non reperitur ampliùs pro nomine proprio hominis.* Nam aliâs eſt nomen appellativum, & alterius ſignificationis, ut in illo, תִּתֵּן לָהֶם אֲחֻזַּת נַחֲלָה *Dabis ipſis poſſeſſionem hæreditatis*, Num. 27. 2. Pſalm. 22. 17. ad כָּאֲרִי maſora notat: *Duo ſunt cum Kametz in duplici ſignificatione.* Nempe Jeſaiæ 38. 13. ſignificat *Leonem* extra controverſiam, unde ſequitur in Pſalmo ipſos accepiſſe illud in alia ſignificatione, quæ alia eſſe non poteſt, quam *Foderunt*, ut Græci interpretati ſunt, & Chaldæus נָכְתִין *Mordent.* Sic infinita alia, quæ inſignem uſum habent.

Huc referri poſſunt *Opinione ambigua*, quæ primo intuitu lector opinatur debere vel poſſe aliter legi, cùm vel ſenſus videatur ſic poſtulare, vel quòd alibi ſic legantur, nec tamen aliter legenda ſunt. Ad has Maſorethæ notarunt סְבִירִין *Putantur*, *Exiſtimantur*, ſcilicet ſic vel ſic eſſe debere: ut, הַשֶּׁמֶשׁ יָצָא עַל הָאָרֶץ *Sol prodibat ſu-*

Digitized by Google

per terram, Geneſ. 19.v.23. Hîc ad יָצָא notatum: ג׳ סְבִירִין יָצְאָה Tria putantur eſſe debere יָצְאָה. Ratio, quia שֶׁמֶשׁ plerumque uſurpatur fœmininè, ut alibi, בָּאָה שִׁמְשָׁהּ *Occumbet Sol ejus*, Jerem. 15. 9. item אִם זָרְחָה הַשֶּׁמֶשׁ עָלָיו *Si ortus fuerit ſol ſuper eo*, Exod. 22. 3. Alterum eſt, כִּי אֵשׁ יָצָא *Nam ignis egredietur è Cheſbon*, Jer. 48. 45. Ratio ejus, ut præcedentis, quia אֵשׁ communiter fæmininum eſt. Tertium, יָצָא קֶרֶן אַחַת *Egrediebatur cornu unum*, Dan. 8. verſ. 9. Hîc קֶרֶן fæmininum eſt, ut liquet ex ejus Adjectivo אַחַת, & יָצָא maſculinum. Hæc ergo obſervarunt & notarunt, poſſe exiſtimari legenda יָצְאָה: ſed iſtâ notâ voluerunt ſignificare, non eſſe aliter legenda, quòd Nomina iſta ſint generis communis, & rectè ſic quoque יָצָא illis ſit appoſitum maſculinè. Temeritatem ergo correctionis præcavere voluerunt, ne quiſpiam ſciolus audaciùs quicquam in ſacra Scriptura mutare attentet. Exod. 4. 19. ad לֵךְ שֻׁב מִצְרָיִם *Ito, redito in Aegyptum*, hîc notatur: *Quinque ſunt, quæ putantur eſſe debere* מִצְרַיְמָה. Sic enim aliâs dici ſolet, quando notatur motus ad locum, ut Grammatici loquuntur. Levit. 6. 8. ad מִמֶּנּוּ notatum: *Sex putantur eſſe debere* מִמֶּנָּה, genere ſcilicet fæminino, quia ſermo eſt de מִנְחָה, quod verſu præcedenti uſurpatur genere fæminino. Num. 9. 6. ad וַיְהִי notatum: *Quatuor putantur eſſe debere* וַיִּהְיוּ *Et fuerunt*, ſequitur enim הָאֲנָשִׁים *Viri*, quod plurale. Deut. 16. v. 19. לֹא תַטֶּה מִשְׁפָּט לֹא תַכִּיר פָּנִים *Non pervertes judicium, non habebis rationem perſonarum*; hîc ad alterum לֹא notarunt: *Tria judicantur eſſe debere* וְלֹא *Et non*. Sic utique aliâs in eodem verſu duo membra copulari ſolent per ו. Sic alia ſimilia permulta. Non ſemper communem loquendi modum Scriptura ſervat, nec etiam quæ genere & numero diſcrepant, communi loquendi conſuetudini adverſantur. Habent & hæc ſuas rationes & cauſſas, & emphaſin ſæpè ſingularem, unde monere hi authores volue-

voluerunt; ſic textum habere authenticum, eumque minimè mutandum eſſe, etſi exiſtimari prima fronte poſſit aliter eſſe debere.

VI. *Vocales & Accentus* à Maſorethis obſervati. In Maſora magna Vocales duntaxat nominant Kametz & Tzere, ubi ſub Kametz etiam Pathach,& ſub Tzere Sægol comprehenditur, quæ poſteriores Rabbini,qui Maſoram parvam ex magna collegerunt, diſtinctionis causâ vocarunt *Kametz parvum* & *Pathach parvum*. Maſora parva interdum nomen harum & aliarum quarundam vocalium exprimit, interdum figuram ſimpliciter ponit. Id autem tunc tantùm & ad eas voces, quando & in quibus periculum videbatur futurum erroris in legendo, vel quòd non ampliùs occurrerent ſic, vel ut diſtinguerentur ab aliis locis,ubi per aliam vocalem legebantur. Exempli causâ, Geneſ. 16. 13. in Maſora parva ad רֳאִי traditur, לית חָטֵף קָמֵץ *Non extat ampliùs cum Chateph-kametz.* Hoc ideo, quia irregulare videbant eſſe, talem vocalem ſub litera non gutturali poni, quibus Scheva compoſitum propriè competit. Gen. 1. 5. ad לָאוֹר Maſora magna notat, ז׳ קָמְצִין *Septem ſunt cum Kametz*, quorum loca adducit. Nempe ut hęc diſtinguerentur à לְאוֹר, quorum tredecim ſunt. Gen. 1. 10. ad לַיַּבָּשָׁה maſora parva tradit, לֹ וְחַד לְ, id eſt, *Non reperitur ampliùs cum Pathach ſub* ל, *& unum eſt cum Scheva ſub* ל, לְיַבָּשָׁה, quod extat Pſal. 66. verſ. 6. Geneſ. 2. verſ. 9. ad וַיַּצְמַח Maſora parva notat וַיַּצְמַח וְחַד וַיִּצְמַח *Vajatzmach legitur, & unum eſt Vajitzmach*, quod extat Ezech. 17. verſ. 6. Geneſ. 2. verſ. 21. ad וַיִּישַׁן maſora magna notat: *Tria ſunt, duo cum Kametz & unum cum Pathach.* Alterum legitur Geneſ. 41. 5. Tertium cum Pathach, 1. Reg. 19. 5. ubi maſora parva notat, *Non reperitur ampliùs cum Pathach & accentu Sakephkaton.* Abſque hac nota facillimum fuiſſet

& hîc Kametz ſcribere, maximè cùm accentu tali, qui ſæpiſſimè ſolet Pathach in Kametz producere. Gen. 2. verſ. 22. ad הַצֵּלָע maſora parva tradit: *Sic jus ejus eſt, Kametz parvum & Pathach magnum*, id eſt, forma ejus juſta & legitima eſt Tzere & Pathach. Nempe proclive fuiſſet ſcribere cum Sægol ab initio, ut alibi ſæpe ſcribitur, juxta formam רֶשַׁע, יֶשַׁע & ſimilium, quæ tertiam habent gutturalem ח vel ע. Geneſ. 3. 6. utraque maſora ad לְעֵינַיִם tradit: *Quatuor ſunt, duo cum Kametz, duo cum Pathach.* In locis diſtinctè obſervanda, quæ cum Kametz ſint, & quæ cum Pathach. Abſque hac cenſura plus quàm facilè fuiſſet hæc in ſcribendo confundere. Geneſ. 3. 22. in maſora utraque ad כְּאַחַד traditur: *Duodecim ſunt cum Pathach*, nempe, ne quis unquam hæc confunderet cum כְּאֶחָד, quorum ſeptem ſunt, ut tradit maſora Jeſajæ 65. in fine. Utriusque formæ omnia numerarunt, quia pauca fuerunt, & uſu diſtincta. Ibid. verſ. ſeq. maſora magna ad לָקַח tradit: *Quinquies reperitur, bis cum Kametz & ter cum Pathach*, ſcilicet ſub ק. Gen. 4. v. 20. maſora parva ad וּמִקְנֶה tradit: ו' ג' וג' id eſt, *Sexies legitur, ter cum Sægol & ter cum Tzere.* Maſora magna hîc nomina harum vocaliũ integrè ponit. Ex his reliqua per totam Scripturam æſtimare licet, unde patet, quàm exquiſitum horum Criticorum circa ejus lectionem fuerit ſtudium, & quàm provida cura, ne vel minimus apex aut punctum in ea intercideret vel mutaretur unquam.

Accentuum quoque uſus ſæpè in vocibus obſervatus & notatus eſt, ſed non tam frequenter, cùm ad ſignificationem ipſarum nihil facerent, ſed legitimæ aut ſuaviori pronunciationi tantùm, vel cantui inſervirent. Senſum quidem per membra ſententiæ accentus indicant, ſed de eo nihil monuerunt; quatenus autem vocales per accentus diſtinguentes mutarentur aut non mutarentur, id notaſſe ipſis interdum ſtudio fuit, quando pe-

do peculiaris aliqua ratio vel obſervatio ſuberat, à communi uſu aliquid peculiare obtinens. Veluti, Gen. 3. 11. ad לְךָ utraque Maſora notat: *Quatuordecim ſunt cum accentu Sakeph in Lege.* Quorſum hoc? nempe, ut ſciretur, iſtis quatuordecim locis dici לְךָ, non autem לָךְ, ut aliâs uſus in pauſis poſtulat, ut in illis נֹתֵן לָךְ Deut. 7. 16. & 16. 14. cum eodem accentu Sakeph, & לְךָ cum Tiphcha, Deut. 26. 2. Sic בְּךָ cum eodem accentu paſſim, aliâs בָּךְ. Sic אוֹתְךָ & אוֹתָךְ & ſimilia. Deinde quando vox aliqua vel locutio, ſæpiùs cum aliquo accentu eſt, & minus ſæpè peculiarem alium habet, tum eum annotarunt: ut Gen. 5. & 11. in hiſtoria vitæ Patrum, ſæpè ponitur וַיְחִי. *Et vixit*, ſequente nomine proprio, tunc communiter nomen illud proprium per Makkaph præcedenti וַיְחִי conjunctum, habet accentum Revia vel Sakeph. At quinquies tantum habet Sakephgadol, quod notarunt, ne fieret hic communicatio. Iſtorum quinque locorum ponitur ſymbolum memoriale שׁ״לְנַע, Geneſ. 5. 6, ubi literæ ſingulæ valent nomina propria, Schet, Jered, Lemech, Noach, Eber ab ע incipiens. Hîc obſervandum primò exemplum Noach, ver. 32, hic videri alienum, quod ante ſe habeat וַיְהִי non וַיְחִי unde ibi alia Nota maſorethica appoſita, וַיְחִי נֹחַ גִּמְגּוּם, Vajechi Noach balbuties eſt, id eſt, qui legunt וַיְחִי balbutiunt, iſt eſt, errant. At prior Nota maſorethica hoc exemplum reliquis quatuor appoſuit propter conformitatem accentus in conformi hiſtoria, non propter eandem lectionem vocum. Deinde exemplum עֵבֶר longiùs ab hac hiſtoria remotum eſt: extat autem cap. 11. 16, ubi etiam vita Patrum deſcribitur. Sic ad וְהוּא יֹשֵׁב Gen. 14. 12, notatur: *Quinque ſunt cum iſto accentu in Lege.* Nempe, quia aliâs alios accentus habent, ut Gen. 18. 1. Num. 33. 40. Sic ſæpè numerarunt vocis alicujus accentum in toto aliquo libro, ut conſtans ejus ſemper maneret notatio, nec mutare-

Digitized by Google

tur. Præterea, quando vox aliqua contra naturam accentus fuit punctata, tunc accentum & vocalem ſimul commemorarunt, ne quis errorem putaret, ac ſcriptionem mutaret. Sic natura accentus Athnach eſt, Pathach & Sægol convertere in Kametz: quando id non factum, tunc id notarunt. Inde ad וַיִּצְחַק Geneſ, 17.17, notatum, eſſe unum ex duodecim, quæ in Geneſi retinent Pathach cum Athnach. Nomen בֵּן cum accentu ſemper habet Tzere, & accentu privatum ac cum Makkaph ſequenti voci conjunctum, habet Sægol. Septies tamen Maſorethæ invenerunt extare hanc vocem cum accentu Sægol, ut Geneſ. 17.17, ubi idcirco notatum, Septem eſſe cum Pathach, (ſcilicet parvo, nempe Sægol, ut ſuprà dictum) & accentu iſto: contrà quater cum Tzere & Makkaph, contra uſum communiſſimum: ut בֵּן־שִׁשִּׁי *Filius ſextus*, Gen. 30.19, ubi Maſora notat; Eſt unum ex quatuor cum Kametz (ſcilicet parvo, id eſt, Tzere) & Makkaph. Quis hæc non judicaſſet mendoſa, niſi Notam hi Critici appoſuiſſent? Poſtremò Voces, quæ communiter ſunt *Milhel*, id eſt, penacutæ ſive cum accentu in penultima, & interdum *Milra* ſive acutæ, hoc eſt, cum accentu in ultima, & contrà, tunc forma rarior annotata eſt: ut, אָנֹכִי extra pauſas majores communiter eſt Milra, unde ubi Milhel eſt, id notarũt: ut, Gen. 3.10, ad אָנֹכִי cum accentu Tiphcha in penultima, notatur: Octo ſunt Milhel, nempe extra pauſas majores, Athnach, Sakeph & Sophpaſuk, in quibus ſemper eſt Milhel. Id niſi fuiſſet notatum, facilimè potuiſſent iſta octo reduci ad formam cõmunem Milra. Sic אַתָּה communiter eſt Milra, unde Maſorethæ obſervarunt, quæ ſunt Milhel: ut Gen. 3.19, ad אָתָּה cum accentu Sakeph in penultima, Maſora notat, Duodecim eſſe Milhel. Libri, qui hîc accentum habent in ultima, peccant contra Maſoram. Nomen אֱלֹהֵי naturâ ſuâ

eſt Mil-

eſt Milra, unde quæ aliter ſunt, ea Maſora notavit, ut Gen.9:26, ad אֱלֹהֵי שֵׁם Maſora tradit, Tria eſſe Milhel. Infinita alia ſunt, quæ numerarunt & notarunt, quoties cum hoc vel illo accentu occurrant, quorum omnium cauſa etſi non ſemper nobis appareat, ipſis tamen authoribus evidens & digna notatu ſemper fuit. In omnibus his & ſimilibus unicus & communis ipſorum ſcopus nobis ſatisfacere debet, qui eo ſemper deſtinatus fuit, ut omnia legitimam & genuinam ſuam formam, quam ipſi in libris inveniebant & habebant authenticam, conſervaret, & mutationi aut corruptioni in qualibet vocum affectione, locus nullus apud poſteros relinqueretur.

CAPVT XIV.

De Cenſura circa Literas, & primum Majuſculas.

Litera etſi pars minima vocis ſit, tamen ea Maſorethæ minimè indignam judicarunt, circa quam etiam ſtudium ſuum enixè collocarent, uſq; adeò ſoliciti, ut nedum litera una, ſed ne minimus quidem literæ apex periret aut mutaretur.

Literarum ergo primum notata qualitas in *Figura*, ſecundò quantitas in *Numero*.

Figura literarum deprehenſa in quibuſdam extra communem uſum aut *Majuſcula* vel *Minuſcula*: aut *Inverſa* vel *Punctata* extraordinariè.

Cauſæ hujus diverſitatis, non eſt dubium, quin priſcis illis Sapientibus dignæ & juſtæ fuerint, ſed quas exilia varia & calamitates graviſſimæ poſterorum vel oblivione deleverunt, vel in commenta varia & inania myſteria ferè converterunt. In genere tamen illa talia monue-

Digitized by Google

monuerunt ad majorem & accuratiorem præſentis rei conſiderationem, & arcanum quendam ſenſum, cujus notitia orali traditione propagata inter priſcos illos fuit, donec ſcholæ meliores everſæ, & doctiores fugati, diſtracti & penitùs tandem ſublati fuerunt, ut ſic iſta doctrina ſcripto non comprehenſa, tota ferè intercíderit. Figuræ tamen iſtæ diverſæ conſervatæ fuerunt, ceu priſcæ ſapientiæ æterna monumenta & teſtimonia. Nos monebimus de illis pauca, quæ inter alia Hebræorum gloſſemata, ſaniora & magis ſobria judicavimus.

Majuſcularum literarum integrum Alphabetum eſt, literis tamen quibuſdam geminis, quarum omnium catalogus recenſetur in principio libri Moſis, & in principio Chronicorum, ſed differenter. Litera י bis reperitur majuſcula, una ponitur in principio Geneſeos, altera in principio Chronicorum. Litera ט ſimiliter bis extat, & diviſim ſic adducitur. ל majuſculum in textu ſcribitur Levit. 11.30, quod Maſora parva notavit, ſed Maſora magna in neutro Alphabeto recenſuit. נ majuſculum Exod. 34.7, & ן finale majuſculum, in principio Chronicorum omiſſum eſt. ס majuſculum Numer. 13.v.30, exemplaria pleraque exhibent, ſed in neutro Alphabeto recenſentur. ף finale in Alphabeto Chronicorum omittitur. Deniq; ח geminum, diviſim quoque citatur, unum hîc, alterum illic.

Cæterùm & hujus ſcriptionis uſus antiquiſſimus eſt, diu ante Talmud in Maſora annotatus, & non primùm à Tiberienſibus pòſt-Talmudianis inventus. Ejus enim mentio in Tractatu Talmudico סוֹפְרִים *De Scribis*, in quo cap. 9. de ל majuſculo Deuteron. 29.28, ſcribitur: לָמֶ"ד דְוַיַּשְׁלִיכֵם צָרִיךְ שֶׁיְּהֵא אָרוּךְ *Lamed in voce* וַיַּשְׁלִיכֵם *opus eſt ut ſit longum*, id eſt majuſculum. Sic de aliis ibidem monetur, quomodo in libro Legis ſacro juxta præſcriptum Maſoræ & traditioem majorum ſint ſcribendæ [In Zohar li-

har libri Numer. ſect. פינחס ad hoc nomen פינחס, quod cum Jod inſerto ſcribitur, legitur: באת י זעירא בגון דתרין אלפא ביתין רשימין אלפא ביתא דאתוון רברבן ואלפא ביתא דאתוון זעירן אתחן רברבן אינון דעלמא דאתי ואתוון זעירן אינון דעלמא תתאה *Habetur hîc Jod parvum, vel majuſculum. Duo enim Alphabeta* (in Bibliis) *extant: Unum literarum minuſcularum; alterum Literarum minuſcularum, Alphabetum majuſcularum denotat mundum præſentem Alphabetum minuſcularum, mundum futurum, &c.* Sic columnâ 397. *Quia zelavit Pinchas propter* ברית *fœdus, ideò ſignum appoſitum eſt hîc ejus nomini, Jod minuſculum.* Equidem nec Maſora, nec Exemplaria Biblica meminerunt Jod minuſculi in hac voce: de quo videatur prolixè, R. Menachem in שתי ידות, ſect. פנחס interim patet jam tempore Zohar nota fuiſſe Alphabeta literarum majuſcularum & minuſcularum.] Sed jam ordine ſingulas perſequemur.

א majuſculum extat in voce אָדָם *Adam*, 1. Chron. 1. v. 1, ut eſſet memoriale primi & unici hominis, unde generis humani primordia ducere, ejusque hiſtoriam pertexere ibi author ſtatuebat. Propter libri principium id factum eſſe, ut quidam volunt, eo minùs veriſimile eſt, quòd in aliorum librorum principiis id rariſſimè obſervatum ſit. [Quidam א majuſculum etiam faciunt in voce אַשְׁרֶיךָ, Deut. 33.29.]

ב in voce בְּרֵאשִׁית *In principio*, Gen. 1. 1. ad conſiderandam magnitudinem & ſublimitatem operis creationis, quod duplex judicatum, Cæli ſcilicet & terræ, quod ſimul litera ב indicat valore numeri ſui.

ג in voce וְהִתְגַּלָּח *Et raditur*, Levit. 13.33. Quidam volunt eſſe memoriale trium, qui radi tenebantur; primò Majorennis, qui decimum tertium annum exceſſerat: ſecundò Naziræus præſentiâ corporis mortui pol-

lutus. Vetitum ipſi erat toto tempore nazyreatus ſui cadaver mortui accedere, Num. 6,6. Unde verſ.9. ibidem ſubjicitur: *Quòd ſi quis repentino caſu juxta eum mortuus fuerit, itaq; polluerit nazyreatum capitis ejus, tunc raaet caput ſuum die purgationis ſuæ, die ſeptimo radito illud.* Tertiò Levitæ.

ד in voce אֶחָד *Unus*, Deut.6.4, in illuſtri ſententia, שְׁמַע יִשְׂרָאֵל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד *Audi Iſrael Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt.* In hac ſententia & litera ע majuſcula eſt. ד quidem, ad indicandum, Dominum illum æternum eſſe Deum unicum in quatuor mundi partibus, id eſt, in toto mundo, & in cælo & in terra, nec alium eſſe Deum in ulla mundi parte præter ipſum. Nam litera ד *Quatuor* in numeris valet. Duæ majuſculæ in hac ſententia conjunctæ, conſtituunt vocem עד *Teſtis*, quaſi monere eo voluerint, & dicere: Audi Iſrael & Teſtis mihi eris, me de unico vero & æterno Deo teſeriò monuiſſe juxta illud: *Vos teſtes mei eſtis, inquit Dominus*, Jeſa. 43.10. Item, *Nunquid ab eo tempore annunciavi tibi atq; indicavi, & vos teſtes mei eſtis*, Jeſa.44.8. Viciſſim Deum futurum teſtem contra ipſos, ſi non audiant, juxta illud: *Eroq; teſtis velox*, Malach.3.5. Item, *Conteſtando conteſtatus ſum Majores veſtros, quo tempore eduxi vos ex terra Aegypti uſq; in diem hunc*, Jerem.11.7. Item, *Ego verò ſum iſtorum cognitor & teſtis, inquit Dominus*, Jerem. 29.23. Item, *Sitq; Dominus Deus contra vos teſtis*, Mich.1.2.

ה in voce הַלַיהוָה ubi dicitur, *An Domino rependitis talia, popule ſtulte & inſipiens?* Deuter.32.6: ad excitandam majorem admirationem, quòd iſti Domino, Patri, Redemptori, Factori & Gubernatori ipſorum, tam malam referrent gratiam, exhibendo ſe quintuplici benefactori ſuo, quintupliciter (quod litera ה ſimul de-

mul denotat) malos, nempe Corruptos, Perverſos, Contortos, Stultos & Inſipientes, ut hæc omnia textus commemorat.

ו bis reperitur, primùm in voce גָּחוֹן *Venter*, Levit. 11.42, ad monendum Lectorem, eam literam eſſe mediam totius Legis: ad inculcãdam magnitudinem abominationis iſtorum reptilium, quæ ſuper ventrem gradiuntur. Alterum extat in Nomine proprio וַיְזָתָא, Eſth. 9.9, qui fuit filius decimus impii Haman, ad indicandum, quòd natu quidem minimus filius Hamanis fuerit, ſed odio & malitiâ contra Judæos omnium ſuorum fratrum maximus. Quidam putant eum fuiſſe Sextum (quod numerus literæ ו indicat) in ordine fratrum, ſed viliſſimum, ac idcirco ultimo loco poſitum. [Vocatur hoc in Maſora ויו ארוכא *Vau longum*, non *Vau majuſculum*; & facit inter ea differentiam.]

ז in voce זִכְרוּ, *Recordamini Legis Moſis ſervi mei*, Mal. 3.22, ad excitandam memoriam populi Judaici, nè Legis Moſis, etiãſi prophetæ mox deſituri ſint, propterea obliviſcantur, ſed tenaci memoria contineant uſq; ad advẽtum Eliæ iſtius prophetæ novi, qui ſit converſurus cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres ipſorum, ut Deus ulteriùs ibi loquitur. Vel, ut quibusdam placet, Ut recordentur Quinque librorum Moſis, libri Prophetarum & libri Hagiographorum, quibus quaſi ſeptem partibus, tota Scriptura continetur. Nam litera ז ſeptem valet. [Aliud ז majuſculum exprimitur in Bibliis Venetis, in voce הַכְזוֹנָה *An tanquam ſcortum*, &c. cum appoſita nota, ז eſſe majuſculum. At R. Menachem ſcribis: *In novem libris Manuſcriptis inquiſivi, & non inveni hîc Sajin majuſculum: neq; etiam Maſora in principio libri Geneſios, & in principio Chronicorum, hoc numerat inter literas majuſculas.*]

ח in voce חור *Candidum*, Eſth. 1. 6, ad indicandum ſummum & excellentiſſimum candorem iſtorum aulæorum, quibus atrium palatii regii in apparatum convivii erat ornatum: aut quod octo genera, (juxta numerum literæ ח) aulæorum & reliquorum ornamentorum ibi commendentur. [Quidam addunt, etiam in voce חַכְלִילִי eſſe ח majuſculum, Gen. 49. 12.]

ט bis majuſculum reperitur, primum in voce שִׁבְטוֹ, ubi legitur, יָסֵר מֵעָלַי שִׁבְטוֹ *Removebit à me virgam ſuam*, Job. 9. v. 34, ad indicandum novem calamitates, quas vel maximè Job paſſus erat, & removeri à ſe petebat. Nam litera ט Novem ſignificat. Alterum extat in voce prima טוֹב legitur טוֹב שֵׁם מִשֶּׁמֶן טוֹב *Melius eſt nomen bonum, quàm unguentum pretioſum*, Eccleſ. 7. 1. ad indicandum ſtudium comparandi nominis boni, ejúſque præſtantiam commendandam. [Quidam addunt etiam tertium in voce טוֹב, Exod. 2. 2. ubi legitur, וַתֵּרֶא אֹתוֹ כִּי טוֹב הוּא *Et vidit eum quod Bonus* (h. e. famoſus) *eſſet.*]

י in voce יִגְדַּל ubi legitur יִגְדַּל נָא כֹּחַ אֲדֹנָי *Magnificetur nunc virtus Domini*, Num. 14. 17, ad indicandum quòd ſi vel *Decem* (quod litera י valet) tentationibus populus Deum tentaret, aut decuplo plus adverſus eum murmuraret, tamen Dei clementiam & gratiam vel decies debere ſuperare populi ingratitudinem, ne eum in deſerto occidat, habeántque Ægyptii occaſionem calumniandi, quaſi Deus non potuerit populum tam numeroſum in terram Canaan introducere, ideóque eum in deſerto occidiſſe. [R. Menachem ſcribit; *Jod ſit majuſculum: non verò nimis magnum, ſicut fecit editor Bibliorum Venetorum, qui Jod fecit majus, quàm Daleth, ſed paulò majus, quàm communia Jod.*]

כ in voce וְכַנָּה ubi legitur, וְכַנָּה אֲשֶׁר נָטְעָה יְמִינֶךָ *Et ſur-*

Et ſurculum quem plantavit dextera tua, Pſalm. 80. 16. ad recordandum perpetuo Magnificentiæ iſtius ſurculi, quem ex terra Ægyptia translatum, in tam nobilem vineam terræ Canaan Deus propagaverat, utque Deus ejus Amplitudinem conſervare porrò clementer velit, nec pati ut à porco ſylveſtri penitùs evertatur & vaſtetur. Quidam addunt, literam כ majuſculam curvam, indicare ſimul, curvaturam & depreſſionem iſtius ſurculi per calamitatum tempeſtates. [Quidam addunt duo alia ex Lege; *Primò* Deut. 28. 68. in voce וְהִתְמַכַּרְתֶּם ubi legitur, וְהִתְמַכַּרְתֶּם שָׁם *Et vendetis vos ibi: deinde* in voce וַנַּךְ Deut. 2. 33. ubi legitur, וַנַּךְ אתו *Et percuſſimus eum.*] Quâ authoritate, hactenus non obſervavi.

ל in voce וַיַּשְׁלִכֵם ubi legitur וַיַּשְׁלִכֵם אֶל אֶרֶץ אַחֶרֶת *Et disjecit eos in terram aliam*, Deut. 29. 28, ad deſignandam magnitudinem & gravitatem hujus projectionis in terram alienam, tum etiam, quòd abjecturus eſſet eos *in æternum*, (quaſi ל majuſculum denotet tacitè לְעוֹלָם) ſi non agant pœnitentiam. Scribitur etiam eadem vox defectivè in medio, ſine י, quæ in numeris *Decem*, ſignificat, ad indicandum, quòd Deus aliquando à populi corpore Decem tribus avulſurus ſit, & propter defectionem ſceleratiſſimam, & idololatriam immanem, in terram alienam disjecturus, ut reliquum populi corpus ſit perpetuò luxatũ, mancum & defectum manſurum. Alterum ל majuſculum maſora parva notat in voce וְהַלְּטָאָה, Levit. 11. 30, quam alii *Lacertam*, alii *Stellionem* reddunt. Litera autem majuſcula denotat, inter reliqua reptilia vel maximè ab hoc reptili cavendum eſſe.

מ apertum in voce מִשְׁלֵי in principio Proverbiorum Salomonis, non tam ob principium libri, quàm ad conſiderandum מַעֲלַת הַחָכְמָה הַקְּרוּמָה excellentiam Sa-

pientiæ priſcæ cum humanæ, tum divinæ & æternæ, per quam ex nihilo creatum eſt aliquid, quæ hoc libro deſcribitur. [Quidam addunt etiam in voce מַה Num. 24.5. ubi legitur, מַה טֹּבוּ אֹהָלֶיךָ יַעֲקֹב *Quàm bona ſunt tabernacula tua, Jacob!* Mem clauſum ſeu finale, in voce שִׁלֵּשִׁים Geneſ. 50. 23. וַיַּרְא יוֹסֵף לְאֶפְרַיִם בְּנֵי שִׁלֵּשִׁים *Et vidit Joſeph Ephraimo filios tertiorum.*]

נ in voce נֹצֵר, ubi legitur, נֹצֵר חֶסֶד לָאֲלָפִים *Servans clementiam millibus*, Exod. 34.7, ad conſiderandam magnitudinem gratiæ Dei, quæ ſe in millena millia, id eſt, in infinitum extendit erga eos, qui fœdus ipſius conſervant, juxta illud: *Omnes viæ Domini ſunt* חֶסֶד וֶאֱמֶת *benignitas & veritas erga eos, qui cuſtodiunt fœdus ejus & teſtimonia ejus*, Pſal. 25. 10. Alterum נ majuſculum notatur in voce לִינִי *Pernocta*, Ruth. 3. v. 3. In majoribus tamen Bibliis non נ ſed ל majuſculâ formâ expreſſum eſt, & appoſita Nota maſorethica, לְמַדִנְחָאֵי *Orientalibus Judæis*, id eſt, Babyloniis ſic ſcribi. Per majuſculam formam, ſive hujus ſive illius literæ ſit, notata fuit attentio, honeſtas ſcilicet Boazi, quâ Rutham ſine viro pernoctare & expectare juſſit, donec propinquior aliquis vindex, juxta Legem accederet, quo deficiente, ſe futurum legitimum vindicem. Tertiò ן finale majuſculum notatum in voce מִשְׁפָּטָן, ubi legitur וַיַּקְרֵב מֹשֶׁה אֶת־מִשְׁפָּטָן לִפְנֵי יְהוָה׃ *Et retulit Moſes cauſas earum coram Domino*, Num. 27.5, ad commendandam prudentiam filiarum Tzelophchad, quæ petiverunt hæreditatem paternam maſculis deficientibus, & cauſas ſuæ petitionis prudenter excogitatas, Moſi propoſuerunt, qui cùm antea nihil adhuc juris de iſto hæreditatis caſu eſſet latum, eas ad Deum retulit, reſponſi impetrandi causâ. Alii dicunt, quòd ן majuſculum denotet נֶאֱמָן, quòd ſcilicet cauſa & petitio ipſarum ſit מִשְׁפָּט נֶאֱמָן cauſa juſta, &

ſta, &

Digitized by Google

ſta, & tandem ipſas obtenturas fuiſſe, id quod petiverunt.

ס in voce סוף, ubi ſcriptum eſt, סוף דבר *Summa rei*, Eccl. 12. 13, ad excitandam majorem attentionem, quòd illic brevi dicto ſacræ Theologiæ, Summa proponatur. Alteram ס majuſculum libri multi oſtendunt in voce ויהס *Et ſilere fecit Caleb populum*, Num. 13. 30, ad indicandam difficultatem compeſcēdi populum à clamore & contradictione, poſt famam malam per exploratores terræ diſſeminatam. Maſora hoc ס non notavit. [Idem ad præcedentem locum notat, Nullum eſſe præterea Samech magnum. Et R. Menachem monuit, in libris Hiſpanorum nullum hîc eſſe Samech majuſculum.]

ע in voce שמע *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt*, Deuter. 6. 4, ad excitandos animos ad magnæ iſtius doctrinæ conſiderationem. Quidam dicunt ע denotare *Septuaginta*, nempe quòd ſi non auſcultaverint, futurum ſit, ut ע׳ עמים Septuaginta populi extranei & gentes exteræ, aures adhibituræ ſint, ac Deum agnituri, unde Jeſaias dixit: *Accedite gentes ad audiendum, & nationes attendite, audiat terra, & quæ implent eam*, Jeſa. 34. 1.

פ poſterius in voce שפרפרא ubi legitur, באדין מלכא בשפרפרא יקום *Tunc rex ſummâ aurorâ ſurrexit cum luce, & cum perturbatione ad foveam leonum profectus eſt*, Dan. 6. 20. Geminatio literarum in voce ſignificationem ejus augere ſolet, ad quam hîc accedit, literæ majuſculæ notatio. Indicatur ergo hîc ingens & acceleratum ſtudium Regis, de Danielis ſalutè ſoliciti, ad quem viſitandum primâ aurora lucente, perturbato animi affectu properavit, quod ipſum vocis quaſi perturbatâ formâ ſignificatur. [Quidam addunt, etiam in voce פתלתל Deut.

Deut. 32. 5. ubi legitur דּוֹר עִקֵּשׁ וּפְתַלְתֹּל *Generatio perverſa, & corruptiſſima.*] ף finale cum majuſculum notatum in voce וּבְהַעֲטִיף, ubi dicitur, וּבְהַעֲטִיף הַצֹּאן לֹא יָשִׂים *Et dum ſerò coirent greges, non ponebat virgas*, Geneſ. 30. 42, ad conſiderandam aſtutiam Jacobi, quâ effecit, ut honeſto pacto interveniente, liberalem pro multorum annorum præſtita ſocero ſuo opera, compenſationem acquireret. Ultimum פ ſcriptione auctum, indicat, finem operæ illius amplè teſtaturum de principio. Item פ notat, פֻּרְעָנוּת *Vindictam*, nempe illud opus, futurum vindictam ingratitudinis Labanis. [De hoc tamen ף notandum, id in Maſora, in principio Libri Chronicorum non recenſeri: & R. Menachen ſcribit, ſe de eo conſuluiſſe 12. codices Manuſcriptos & in eorum nullo reperiſſe Pe majuſculum]

צ in voce צֹפָיו, ubi ſcriptum eſt צֹפָיו עִוְרִים *Speculatores ejus cæci ſunt*, Jeſa. 56. 10, ad indicandum, Permagni intereſſe, ut populus Iſraeliticus conſideret, quos ſpeculatores & cuſtodes habeat. Eſt autem ſpeculatoris accurata ſpeculatione obſervare hoſtis adventum, & clamore vel alio edito per cornu aut buccinam ſigno, populum præmonere. In ſpeculando erant cæci, in clamando canes muti, unde magnoperè ipſis cavendum, ne cum ducibus cæcis in foveam exitii præcipites ruerent. צ etiam, juxta quoſdam, denotat צְפוּנִים, q. d. Speculatores ejus abſconditi ſunt, latent, non ſunt in ſpecula conſtituti, non funguntur officio ſpeculatorum & epiſcoporum. Deficit etiam in voce litera י multitudinis nota, ad indicandum, omnes in univerſum ſpeculatores deficere luce animi, non eſſe vel unum, qui officium faciat. [In quibuſdam libris, & ipſa editione Veneta ſcribitur quoque צ majuſculum in voce הַצּוּר, Deut 32. 4. ſed malè & contra Maſoram, Eſa. 56. 10. & in principio libri Geneſeos, ac libri Chronicorum, ubi literæ

literæ majuſculæ recenſentur, & inter ea hoc non adducitur. Quidam addunt, etiam in voce צא eſſe majuſculum, Exod. 11. 8. ubi legitur צֵא אַתָּה וְכָל הָעָם *Egredere tu, & totus populus.* Alii addunt, etiam in voce מִצְרַיִם Deut. 28. v. 68. ubi legitur, וֶהֱשִׁיבְךָ יְהוָה מִצְרַיִם *Et reducet te Dominus in Aegyptum.* Non deſunt etiam, qui צ majuſculum faciunt in voce צָרֵימוֹ, Deut. 32. 27. ubi legitur, פֶּן יְנַכְּרוּ צָרֵימוֹ *Ne fortè extraneè ſe gerant hoſtes eorum.* Tzade finale ponunt quidam in voce צִיץ Exod. 28. 36. ubi legitur, וְעָשִׂיתָ צִיץ *Et facies coronam.*]

ק in voce קֵן ubi ſcribitur, גַּם צִפּוֹר מָצְאָה בַיִת וּדְרוֹר קֵן לָהּ *Etiam paſſer invenit domum, & hirundo nidum ſibi,* Pſal. 84. 4. ad indicandum, magnifaciendam eſſe Dei providentiam, quæ ſe etiam ad minimas aviculas extendit, quibus induſtriam nidum & domum ſibi parandi ubertim largiri, multo magis piis largiturum, ut in domo Dei habitent, etiamſi ex ea, ut avicula ex nido, quandoque evagentur, ab hoſtili milvo expulſi. Hoc tamen ק majuſculum non in omnibus libris hodie expreſſum reperitur.

ר in voce אַחֵר ubi dicitur, לֹא תִשְׁתַּחֲוֶה לְאֵל אַחֵר *Non incurvabis te coram Deo alieno,* Exod. 34. 14. ad indicandam gravitatem peccati, Deo alieno ſervire, & conſiderandam differentiam inter אַחֵר & אֶחָד, ut in illo, *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus* אֶחָד *unus eſt*, unde ſtudioſiſſimè cavendum, ne ſerviant Deo אַחֵר alieno & ficto.

ש in voce שִׁיר in principio Cantici canticorum, ad indicandum, quòd ſit הַמְשׁוּבָּח וְהַמְעוּלֶּה שֶׁבְּשִׁירִים laudatiſſimum & excellentiſſimum omnium canticorum.

[Sin ש in voce עֶרֶשׂ Deut. 3. v. 11. ubi legitur עַרְשׂוֹ עֶרֶשׂ בַּרְזֶל *Et ſponda ejus erat ſponda ferrea.*]

ת in voce תָּמִים ubi ſcriptum eſt, תָּמִים תִּהְיֶה עִם יְהוָה אֱלֹהֶיךָ׃ *Integer eſto cum Domino Deo tuo*, Deut: 18. 13, ad indicandum, quod hac litera & voce comprehenditur Summa & fundamentum totius Legis, ut qui univerſam Legem ſcriptam, à litera א uſque ad ת ſervat, aut qui toto animo & omnibus viribus eam ſervare ſtudet, is demum & verè ſit תָּמִים Integer cum Deo. [R. Menáchem tamen vult, ת in hac voce non eſſe majuſculum. Et Maſora parva ad locum ſequentem Eſth. 9. annotat; לֹ תיו רבתי *Nullum eſt amplius Thau majuſculum.*] Alterum ת majuſculum legitur in voce וַתִּכְתּוֹב *Et ſcripſit Eſther regina*, Eſth. 9. 29. ad amplificandam authoritatem & urgendam perpetuam obſervationem mandati iſto ſcripto comprehenſi, de inſtituendis annuis hilariis Purim ſive Feſti ſortium, quæ in liberationem populi Judaici, & in exitium hoſtium Judæorum, ceciderant.

CAPVT XV.

De Cenſura circa literas minuſculas.

Literæ minuſculæ ſunt, quæ communi formâ minores ſunt. Forma minuta, in genere rei de qua agitur, diminutionem denotat, quandoque etiam contemptum. In eo minutius inveſtigando, non opus eſt, magnopere eſſe ſolicitum, cùm plerique interpretes id taceant. Loca duntaxat ex Maſora afferemus, ut cuique ſit liberum de iis judicare. Sunt autem literæ minuſculæ triginta tres, in ordinem alphabeticum collectæ, quibusdam duplicatis vel triplicatis, & recenſentur in veſtibulo Levitici, & in principio Maſoræ magnæ finalis, ſed differenter, quibusdam hîc, quibusdam illic omiſſis, ut & ſuprà in literis majuſculis factum fuiſſe, monuimus capite præcedenti. Harum vero etiam apud Talmudicos men-

cos mentio fit in מַסֶּכֶת סוֹפְרִים Tractatu de Scribis, ubi dicitur: יוד שֶׁל תֶּשִׁי צָרִיךְ לִהְיוֹת קָטוֹן מִכָּל יוד שֶׁבַּמִּקְרָא *Jod in voce* תֶּשִׁי *opus eſt ut ſit minus præ omnibus Jod quæ ſunt in Scriptura.* Vox iſta extat Deut. 32. 18. Fuit ergo & hæc Maſora ante Talmud.

א minuſculum extat in voce וַיִּקְרָא, ubi legitur, וַיִּקְרָא אֶל מֹשֶׁה *Et clamavit ad Moſen, & locutus eſt Dominus ad eum*, Levit. 1. 1. ad indicandum, ut Hebræis placet, ex accidente hanc compellationem factam fuiſſe, quaſi primò voluerit ſcribere וַיִּקָר *Et accidenter obviam factus eſt Moſi*, prout de Bilhamo ſcribitur, וַיִּקָר אֱלֹהִים אֶל בִּלְעָם *Et accidit, ut obveniret Deus Bilhamo*, Numer. 23. 8. At quia ex improviſo Deus Moſen alta voce compellavit, ſcripſit א minutum, ut utrumque exprimeret.

ב in voce הַב ubi ſcriptum eſt, לַעֲלוּקָה שְׁתֵּי בָנוֹת הַב הַב *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ*, nomine *Da Da*, Prov. 30. 15. Sanguiſuga hominis avari ſymbolum eſt, cujus filiæ quibus elocantur, eorum facultates exſuguntur & minuuntur. Si quando tenuiori benefacit, nunquam gratis id facit, ſed ſemper per filias Da Da, duplum repetit, donec ille ad extremam diminutionem redigatur, quod litera minuta denotat.

ג in voce גוּשׁ, ubi dicitur, לָבַשׁ בְּשָׂרִי רִמָּה וְגוּשׁ עָפָר *Induit caro mea vermes & glebam pulveris*, Job. 7. 5. ad indicandum minutiſſimas partes pulveris, in quas corpus poſt mortem redigitur, quaſi dicas in nihilum.

ד in voce אָדָם ubi ſcriptum eſt, אָדָם עָשֻׁק בְּדַם נָפֶשׁ *Homo oppreſſus propter ſanguinem vitæ alicujus*, Prov. 28. 17. ad indicandum miſeriam ejus, qui tenuiores fraude aut vi oppreſſit, vel reatu effuſi ſanguinis innocui tenetur, indignum eum eſſe qui vocetur אָדָם Homo, aut ſit יֶלֶד אֵם natus matris, aut (literâ ד ſublatâ, אֵם mater nunquam peperiſſet eum.

ה in voce בְּהִבָּרְאָם *Quando creata fuerant illa*, nempe,

cœlum & terra, Gen. 2. 4. ad indicandum, fore ut omnia creata minuantur & intereant: & ut litera ה conſtat ex lineis diſſolutis & ab invicem ſeparatis, ſic creata cuncta diſſolventur, ſicut ſcriptum eſt: *Cœli velut fumus evaneſcent, & terra ut pannus veteraſcet, & habitatores ejus ſimiliter morientur*, Jeſa. 51. 6. Hebræi literarum myſteria ſectantes, notant innui transpoſitionem hujus literæ, ut ex בְּהִבָּרְאָם fiat בְּאַבְרָהָם *Propter Abrahamum*, id eſt, propter fideles creatum eſſe mundum: illi enim ſoli Deum propter admiranda creationis opera laudant.

ו in voce שָׁלוֹם ubi dicitur, הִנְנִי נֹתֵן לוֹ אֶת בְּרִיתִי שָׁלוֹם *Ecce do illi fœdus meum, fœdus pacis*, Num. 25. 12. ad minuendum timorem Pinchaſo ob interfectum Zimri, q. d. nihil eſſe quod metuat ſibi à Zimri liberis, vel à litibus cum ipſis, cùm hoc ipſo facto fœdus pacis cum Deo impetrarit; quod non tantùm eſt fœdus שָׁלוֹם pacis, ſed etiam (literâ ו minutâ quaſi ex voce ſublatâ) בְּרִית שָׁלֵם Fœdus integrum & perfectum cum ipſo & ejus liberis, quibus propterea etiam jus ſacerdotii perpetuum ſit promiſſum & adjudicatnm. [Hujus Vav mentio fit in Talmude, ubi vocatur ויו קטיעא *Vav abſciſſum*, non parvum. In Tractatu קדושין cap. 3. fol. 66. legitur: *Unde habemus, quòd is, qui defectum aut vitium aliquod habet ineptus ſit ad miniſterium ſacrum obeundum? R. Jehuda dixit, R. Samuelem docuiſſe id ex eo quod Scriptura dicit*; Idcirco dic, ecce ego do ei אֶת בְּרִיתִי שלום Fœdus meum שלום (ſcil. *Pinchaſo*), Numer. 25. 12. *nempe; quando eſt* שָׁלֵם *perfectus, non quando eſt* חָסֵר *imperfectus. Atqui, inquit alius, ſcriptum eſt* שָׁלוֹם (*cum Vav; non* שלם)? *Reſpondet ad hoc R. Nachman:* ויו דשלום קטיעא היא *Vav in voce* שלום *abſciſſum eſt* (ut innuatur legi poſſe שָׁלִים Perfectus). Nam quando inferior pars à Vav obliquè abſcinditur ultra medium, quod remanet, ſimile eſt literæ י Jod. Hinc R. Menachem vult, non eſſe hîc Vav minuſculum inte-

grum

grum ſcribendum: ſed ita abſciſſum, ut diximus, ut figuram Jod referat hoc pacto י neque inter literas minuſculas hunc locum eſſe referendum. De forma pingendi vel ſcribendi ejus, prolixè agit. Videat eum qui volet. Ritba ריטבא etiam locum Talmudicum adductum ita exponit: מ״א שפירושו שברותה בינתים דאי לא הילל זעירתא היא *Videtur ſenſus eſſe, quòd per medium ſit ſciſſum vel diviſum: nam ſi non ita intellexiſſet, dicere debuiſſet,* זעירתא היא Parvum eſt, &c. Elias etiam in Maſóreth hammoſóreth י hoc non eſſe זְעִירָא parvum, ſed קְטִיעָא abſciſſum & decurtatum nonnihil parte inferiori. Sic vocat etiam illud Baal hattúrim.] Aliud etiam י minuſculum eſt in voce לַשָּׁוְא, ubi dicitur לֹא נָשָׂא לַשָּׁוְא נַפְשׁוֹ *Non effert in vanum animam ſuam*, Pſal. 24. 4. Ad hoc exemplum maſora parva nihil annotavit. Indicatur autem, ne minimam quidem vanitatem ſectandam, qui in montem Domini ſanctam cupiat aſcendere.

ז in nomine proprio filii improbi Haman, וַיְזָתָא *vajeſata*, Eſth. 9. v. 9. contemptus causâ, quòd minimus quidem eſſet annis, ſed improbitate reliquis par.

ח in voce חַף, ubi dicitur, חַף אָנֹכִי וְלֹא עָוֹן לִי *Nitidus ego ſum, neq; ineſt mihi peccatum*, Job. 33. 9. Verba ſunt Jobi juſtitiam ſuam aſſerentis, ſed Elihu illa probroſè objecit Jobo, contra eum oſtendens, ipſum *minimè nitidum* & purum eſſe, prout ipſe aſſerat. Sic in contemptum Jobi literam minuſculam poſuit. Neque hanc literam maſora parva notavit.

ט in voce טָבְעוּ ubi dicitur, טָבְעוּ בָאָרֶץ שְׁעָרֶיהָ *Demerſæ ſunt in terram portæ ejus*, Thren. 2. 9. ad indicandum parum ſupereſſe de portis quod emineat, hoc eſt, exiguam ſpem reſtitutionis in integrum. Aliud ט minuſculum notatur in וּטְהַרְתֶּם *Et mundi eritis*, Num. 31. 24. ſed maſora parva nihil aſcripſit.

י in voce תֶּשִׁי ubi dicitur, צוּר יְלָדְךָ תֶּשִׁי *Rupis quæ genuit te, oblitus es*, Deut. 32. 18, ad indicandum, abominabilem eſſe hanc oblivionem, quæ tanta, ut vix exigua Rupis illius memoria in populo extaret. Simul etiam denotatur per י Decem tribuum defectio, quæ in perpetuum Dei ſui oblitæ ſunt.

כ in voce וְלִבְכֹּתָהּ ubi dicitur, לִסְפֹּד לְשָׂרָה וְלִבְכֹּתָהּ *Ad plangendum Saram & ad deſlendum eam*, Gen. 23. 2. ad indicandum, planctum & luctum propter mortuos, viris minuendum eſſe, ne modum excedat, quod & Abrahamum feciſſe, externo literæ ſigno indicatum fuit.

ל in voce לוֹא, ubi dicitur, לוֹא אֲלֵיכֶם כָּל־עֹבְרֵי דֶרֶךְ *Nihil ne ad nos ſpectat, ô viatores omnes?* Thren. 1. v. 12. ad indicandum extremam ſecuritatem & inhumanitatem vicinarum gentium, quæ non tantùm non commovebantur aliquo miſericordiæ affectu erga Judæos, ſed & atrociam omnem exercuerunt in eos, & ipſorum calamitates magis magisque augebant.

מ in voce מַמְרִים, ubi ſcriptum eſt, מַמְרִים הֱיִתֶם עִם יְהוָה *Rebelles fuiſtis contra Dominum*, Deut. 31. 27. ad notandam perpetuam ignominiam Iſraelitarum, quòd ipſo Moſe, qui adeo miraculosè ipſos ex Ægypto eduxerat, vivo & præſente, tantam Deo ingratitudinem exhiberent, præſtando ſe non tantùm מַמְרִים rebelles, ſed & מָרִים acerbos omnibus modis, unde prius מ minusculè ſcriptum, quaſi adeſſe & abeſſe poſſet, & utrumq; eodem vocabulo exprimeretur. Alterum מ minuſculum notatur in maſora magna in voce מוֹקְדָה, Lev. 6. 2. Tertiò ם finale in voce וְטִהַרְתִּים ubi ſcribitur, וְטִהַרְתִּים מִכָּל נֵכָר *Et mundavi eos ab omni alieno*, Nehem. 13. 30. Ad tria hęc מ maſora parva nihil notavit, neq; etiam formâ minuſculâ in noſtris libris expreſſa ſunt, tertium quoque in principio Levitici deſideratur.

נ in voce נָעוּ, ubi legitur, נָעוּ עִוְרִים בַּחוּצוֹת *Vagantur*

cæci

caci in plateis, Thren.4.14, ad indicandam ignominiam ipſorum in luxu inter tot calamitates. Hoc exemplum in principio Levitici omiſſum eſt. Nun finale ter notatur in maſora magna, eſſe parvum; Jerem.39, nempe, נָטַע אֹרֶן *Plantavit ornum*, Jeſa. 44.14, contemtus causâ, quod ex exiguo & vili ligno facerent ſibi magnum Deum. Alterum, in וּנְבוּשַׁזְבָּן Jerem.39.13, itidem contemptus causâ. Tertium in נִרְגָּן *Suſurro*, Prov.16.v.28, ad indicandum, pro minimo ſeu nihilo habenda ſuſurronis verba.

ס in voce בְּסוּפָה ubi legitur; בְּסוּפָה וּבִשְׂעָרָה דַּרְכּוֹ *In tempeſtate & procella via ejus*, Nah.1.3, ad minuendum timorem piis, ne propterea terreantur. Præceſſit enim, *Longanimis eſt & multæ virtutis Dominus.* At impiis, ſic adventante Domino, imminet inde סוף finis & exitium. Alterum in בְּסֻכֹּה ubi dicitur יִצְפְּנֵנִי בְּסֻכֹּה *Abſcondet me in tabernaculo ſuo*, Pſal.27.5, ad indicandum minimum etiam tuguriolum Dei, ſufficientiſſimum eſſe ad abſcondendos & protegendos pios.

ע in לְעַוֵּת ubi dicitur, לְעַוֵּת אָדָם בְּרִיבוֹ *Pervertere hominem in lite ſua*, Thren.3.36, ad indicandum, nullo modo, id decere pios.

פ prius in voce בִּשְׁפַּרְפָּרָא *In ſumma vel prima aurora*, Dan.6.20, ad indicandum ad primam & vix parum lucentem auroram, regem magno deſiderio ſurrexiſſe. Vide capite præcedenti ad literam פ.

צ in voce צְוָחַת ubi dicitur; וְצִוְחַת יְרוּשָׁלִַם עָלָתָה *Et clamor Jeruſalem aſcendebat*, Jerem.14.2, ad indicandum, quòd צְעִירִים parvi, tenues pauperes, (quos per צ minutum innuit, & verſu ſequenti nominat) querelas ſuas ad Deum quidem effundunt, ſed id adhuc parum eſſe. Nam & אַדִּירִים *magnifici* ipſorum, (ut verſu ſequenti ſcribit) in iiſdem calamitatibus conſtituti, multò etiam vehementius quiritaturi ſint. ץ finale in voce פֶּרֶץ, ubi dicitur,

dicitur, וַיִּפְרְצֵנִי פֶרֶץ עַל פְּנֵי פָרֶץ *Diſrumpit me ruptura unâ coram ruptura alia*, Job. 16. 14, ad indicandum, graviſſimas quidem eſſe calamitates, quas Job patiatur, & quas probroſè ipſi objiciebant adverſarii ejus, ſed ſibi eas exiguas videri, quòd confidat, Deum omnia iſta in ſalutem & bonum ejus conerſurum.

ק in voce בְּקָמֵיהֶם ubi legitur, לְשִׁמְצָה בְּקָמֵיהֶם. *Ad ignominiam inter adverſarios ipſorum*, Exo. 32. 25, ad indicandum, fore ut & ipſi adverſarii Iſraelitarum propter inſolentiam ſuam aliquando viciſſim diminuantur. [Locus hîc adducitur in Maſora finali, in Levitici principio, omittitur. In Maſora parva ad eam annotatur: ב׳ קו״פין רבוקין בתורה *Duo ſunt Koph* רבוקין *in Lege.* Quid hîc רבוקין ſit, non ſatis aſſequor. Idem extat Num. 7. 2. ad vocem הַפְּקֻדִים, ubi additur, ולא זייני non ſunt galerata, vel, apiculis ornata. R. Menachem in opere ſuo Critico in Legem de his notis ſcribit: והכל שקר וכזב *Omnia hæc ſunt falſa & mendacia.*] Alterum etiam notatum, & in maſora parva obſervatum in voce קַצְתִּי, ubi dicitur, קַצְתִּי בְחַיַּי מִבְּנוֹת חֵת *Tædet me vitæ meæ propter filias Chet*, Geneſ. 27. 47, ad indicandum, fore ut vel vita ejus diminuatur, ſi Jacob exemplo Eſavi fratris, conjugium cum filiabus Chittæis ineat.

ר in loco, רֵאשִׁית בִּכּוּרֵי אַדְמָתְךָ *Primum de primitiis terræ tuæ*, Exod. 23. 19. & 34. 26. Hoc exemplum in maſora finali adducitur, ſed maſora parva ad neutrũ locum notat, utrum ſit, quod in duabus iſtis vocibus legitur. Neque etiam in principio Levitici adducitur, ſed aliud ibi pro eo ſubſtitutum, nempe יַעְרֵי ארגים quod eſt proprium nomen, 2. Sam. 21. 19, ad quod ſimiliter maſora parva nihil notat. Alterum ר etiam in quibuſdam Notis maſorethicis notatum in nomine proprîo filii Haman פַּרְמַשְׁתָּא Eſth. 9. v. 9, ut Maſora tradit in principio Levitici.

ש in vo-

ש in voce פַּרְשַׁנְדָּתָא, qui etiam fuit filius Haman, Eſth.9.7.

ת. in nomine פַּרְמַשְׁתָּא quod paulò ante poſitum. In his Hamani liberis, mutatio literarum facta putatur contemtus & ignominiæ causâ. Sic eſt alphabetum literarum minuſcularum.

Cæterùm quidam, qui literas & numeros penitiùs ſcrutati ſunt, aliam cauſam literarum majuſcularum & minuſcularum dederunt, eſſe ſcilicet quamlibet literam terminum certi numeri literarum vel à præcedenti majuſcula, aut à principio libri, vel alio loco olim ex peculiari indice noto. Veluti, ה minuſculum in voce בְּהִבָּרְאָם Gen.2. eſſe terminum numeri à principio libri, quod ſcilicet ſint huc uſque literæ 1112. Sic & כ minuſculum in וְלִבְכֹּתָהּ Gen.23. certi numeri olim noti, terminus fuit. Item litera ו in voce גָּחוֹן Lev.11.43. media litera eſt totius Pentateuchi: Item, Ab hac litera uſque ad ג majuſculum in voce וְהִתְגַּלָּח ſunt literæ 1600, unde illud ג majuſculè ſcriptum fuit. Littera ע juxta Talmudicos, media eſt litera libri Pſalmorum, ubi ſcriptum מִיַּעַר qua de cauſa ſurſum in voce ſuſpenſa eſt. Sic de reliquis omnibus. Quod ſi autem hac de re certæ priſcorum ſupereſſent concordantiæ, ſuſcipi poſſet. Experientia nova teſtis eſto.

CAPVT XVI.

De litera נ *inverſa & quatuor ſuſpenſis.*

DE litera נ inverſa legitur maſora Num.10.35, ad vocem בִּנְסֹעַ *In proficiſcendo*, his verbis: ט׳ פְּסוּקִין אִית בְּהוֹן הָדֵין סִימָן נוּן הֲפוּכָה, Id eſt, *Novem verſus ſunt, in quibus eſt hujuſmodi ſignum Nun inverſi*, qui verſus ſta-

Digitized by Google

tim adducuntur. Et ſunt hi: וַיְהִי בִּנְסֹעַ הָאָרֹן *Fuit autem cum proficiſceretur arca, ut diceret Moſes: Surge Domine & diſpergantur inimici tui, fugiantq́; oſores tui à facie tua,* Num. 10. 35. Hîc נ inverſum putatur, ad innuendum, ut ſic retrorſum agantur omnes hoſtes Iſraelitarum. Secundus, וַיְהִי הָעָם כְּמִתְאֹנְנִים *Et fuit populus queritantes,* Num. 11. 1: ubi Nun inverſum, ut eſſet ſymbolum perpetuum perverſitatis populi, inter tot illuſtria ſigna liberationis & maximorum beneficiorum Dei acerbè quiritantium, ad declarandam ingratitudinem & contumaciam ſuam. Reliqui ſeptem verſus adducuntur ex Pſalm. 107, ubi ad illos in Bibliis majoribus Venetis in margine notatur ר inverſum. Maſora ibi aliter concepta eſt his verbis: ח׳ נונין מְנוּזָרוֹת, *Octo Nun ſunt ſeparata,* ſcil. per inverſam formam à reliquis literis ſejuncta & diſtincta. Hîc ח׳ *Octo,* ſine dubio *mendoſum* eſt, pro ט׳, ut habet maſora in Numeris. Verſus autem hi ſunt: יוֹרְדֵי הַיָּם בָּאֳנִיּוֹת *Deſcendentes in mare navibus*, verſ. 23; הֵמָּה רָאוּ מַעֲשֵׂי יְהוָה וְנִפְלְאוֹתָיו בִּמְצוּלָה *Ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo;* verſ. 24: וַיֹּאמֶר וַיַּעֲמֵד רוּחַ סְעָרָה וַתְּרוֹמֵם גַּלָּיו *Et dixit & conſtituit ventum procelloſum, qui elevavit fluctus ſuos,* verſ. 25, in quo nullum Nun: יַעֲלוּ שָׁמַיִם יֵרְדוּ תְהוֹמוֹת נַפְשָׁם בְּרָעָה תִתְמוֹגָג *Aſcendunt ad cœlum, deſcendunt ad abyſſos, anima ipſorum in malo diſſolvitur,* verſ. 26: יָחוֹגּוּ וְיָנוּעוּ כַּשִּׁכּוֹר *Titubant, vagantur ſicut ebrius:* verſ. 27: וַיִּצְעֲקוּ אֶל יְהוָה בַּצַּר לָהֶם וּמִמְּצוּקוֹתֵיהֶם יוֹצִיאֵם *Et clamarunt ad Dominum in oppreſſione ſua ex anguſtiis ipſorum eduxit eos,* verſ. 28, in quo etiam nullum Nun extat: שֹׁפֵךְ בּוּז עַל נְדִיבִים וַיַּתְעֵם בְּתֹהוּ לֹא דָרֶךְ *Effudit contemptum ſuper principes ipſorum, fecit errare eos per inanitatem aviam,* ver. 40. Si maſora loquitur dè litera Nun, quare ea hîc, ut in libro Numerorum, non eſt inverſa; quod facilè fieri potuiſſet? Et quare citantur duo verſus, in quibus nullum Nun? Et quare in Pſalmo litera ר inverſa

inverſa eſt in margine, quæ etiam in textu facilè inverti potuiſſet? Quærendum id ampliùs ex libris maſoræ manuſcriptis.

Legitur adhuc alia Nota maſorethica in maſora parva, Exo. 3. 19. ubi ſcriptum, וַאֲנִי יָדַעְתִּי כִּי לֹא יִתֵּן אֶתְכֶם מֶלֶךְ מִצְרַיִם לַהֲלֹךְ *Ego autem ſcio, quod non permiſſurus eſt vobis rex Aegypti diſcedere*, ubi in maſora parva ad וַאֲנִי notatum: נון עְקוּמָה *Nun intortum*, quod ſignificare videtur, non inverſam figuram, ut ſuprà, ſed quaſi in obliquum contortam, ad ſignificandum contortum cor Pharaonis, per quod adduci non potuit, ut dimitteret populum, niſi extremè coactus, etſi eos nunc etiam nonniſi fraudulenter dimitteret, cupiens eos in mare abigere, ut ibi ſubmergerentur.

Literæ ſurſum in voce ſuſpenſæ ſunt quatuor, de quibus maſora extat Jud. 18. 30. his verbis: ד׳ מִלִּין דְּאִית בְּהוֹן אוֹת תְּלוּי *Quatuor ſunt voces; in quibus eſt litera ſuſpenſa.* Et Pſalm. 80. 14. ad מִיַּעַר notatum: חַד מִן ד׳ מִלִּין בִּקְרִיאָה דִּתְלִי׳ בְּהוֹן אוֹת *Una eſt ex quatuor vocibus, in quibus ſuſpenſa eſt litera.* Sunt autem literæ hæ.

Prima, נ in nomine מְנַשֶּׁה ubi ſcriptum eſt: וִיהוֹנָתָן בֶּן גֵּרְשׁוֹם בֶּן מְנַשֶּׁה *Et Jehonathan filius Gerſomi, filii Menaſſis*, Jud. 18. 30. De cauſa ſuſpenſæ hujus literæ legitur aliquid apud Talmudicos, his verbis: וְכִי בֶּן מְנַשֶּׁה הוּא וַהֲלֹא בֶּן משֶׁה הוּא דִּכְתִיב בְּנֵי משֶׁה גֵּרְשֹׁם וֶאֱלִיעֶזֶר אֶלָּא מִתּוֹךְ שֶׁעָשָׂה מַעֲשֵׂה מְנַשֶּׁה תְּלָאוֹ הַכָּתוּב בִּמְנַשֶּׁה׃ id eſt, *An* (Gerſom) *filius Menaſſis fuit, & non potius Moſis? ſicut ſcriptum eſt: Filii Moſis fuerunt Gerſom & Elieſer*, 1. Chron. 23. 14. *ſed propterea quòd fecit opera Menaſſis* (filii Chiskiæ regis Jehudæ, maximi idololatriæ propagatoris, 2. Reg. 21.) *appendit eum Scriptura* (*familiæ*) *Menaſſis*, Bava bathra fol. 109. col. 2. Voluit hìc Rabba bar bar Channa, cui hæc objectio propoſita fuit, prophetam ſtudio noluiſſe Ger-

ſomum appellare filium Moſis, quia ignominioſum fuiſſet id Moſi, habuiſſe filium impium, ſed vocat eum filium Menaſſis, literâ tamen נ ſurſum elevatâ, in ſignum eam adeſſe vel abeſſe poſſe, & ſit vel filius מְנַשֶּׁה Menaſſis, vel מֹשֶׁה Moſis. Menaſſis, ſtudio & imitatione impietatis; Moſis, proſapiâ.

[Quod de litera Nun inverſa ſcribitur in hoc capite, & in primis duobus locis ex Num. 10 35. & Num. 11.1. illa in vocibus duabus בִּנְסֹעַ, & כְּמִתְאֹנְנִים ponuntur, ſciendum Exemplaria Biblica variare. Poſteriores editiones Venetæ in fol. dictis in locis ita habent, quas ſecutus eſt Pater meus b. m. in edit. Baſileenſi: Et ſic Robertus Stephanus, quidam alii, Aliæ editiones, Nun in his vocibus ſcribunt regulariter, ſed verſui 35. Numer. 10. & verſui 1. cap. undecimi, præponunt Nun majuſculum inverſum, hoc modo ׆. Et ſic notantur in prima Editione Venetâ editâ, Anno 1518. Pentateucho Conſtantinopolitano, Editione Baſilienſi Frobeniana in 8. Plantiniana in 16. & aliis.

Quæritur ergo, *Quænam ſcriptio ſit melior, & præferenda?* Dico poſteriorem videri meliorem, quâ verſibus his duobus Nun inverſum præponitur. Nam

1. Maſora non dicit, quòd in his vocibus ſit Nun inverſum, ſed, *Novem eſſe verſus, in quibus ſit ſignum hoc inverſi Nun*, h. e. quibus verſibus hæc nota, vel hoc ſignum ſit appoſitum. Ita intelligendum eum eſſe, vel ex hoc patet, quod inter verſus, in Maſora adductos, duo ſint, in quibus nullum eſt Nun, Pſal. 107. v. 25. & 28.

2. Patet idem ex Talmud Tractatu de Sabbatho, cap. 16. fol. 115. col. 2. ubi legitur: תנו רבנן ויהי בנסוע הארון ויאמר משה: פרשה זו עשה לה הקב״ה סימניות מלמעלה ומלמטה לומר שאין זה מקומה: *Tradiderunt Rabbini noſtri; Sectioni huic* (verſui ſc. 35. & 36.) *fecit Deus ſigna ſuprà & infrà, ad docendum, quod hîc non ſit ejus locus.* Quænam

ſunt

ſunt illa ſigna? *Duo Nun inverſa.* Ubi? *Suprà & infrà*, hoc eſt, antè & poſt, unum in principio, alterum in fine illorum. Unde, juxta Talmudicos Nun poſterius non pertinet ad v. 1. capitis undecimi, ſed ad verſum ultimum, capitis decimi. *Cur fecit ea?* Ad ſeparandos hos verſus, tùm à præcedentibus, tum à ſequentibus, cum quibus non cohærent: poni enim alibi debuiſſent, in hiſtoria ſc. profectionis ſignorum. Non dico jam, quàm benè Deo ipſi hæc ſigna attribuunt: ſaltem hoc patet, juxta Talmudicorum mentem illa Nun inverſa non ponenda eſſe in dictis ſuprà vocibus, ſed duobus verſibus adductis apponenda ſuprà & infrà. Imò nullum נ inverſum debere eſſe in verſu primo, capitis undecimi: nam ille cum duobus illis verſibus non cohæret. Sic duo hæc Nun, ſunt inſtar ſignorum duorum Parentheſeos, ad indicandum præter hiſtoriæ ſeriam iſta hìc inſeri. Unde mihi non diſplicet ratio ſcribendi, obſervata in editione Pentateuchi Venetâ in 8. cum triplici Targum, in qua prius inversè ſcribitur ante v. 35. ⌐ alterum ſic נ. Mentio horum quoque in Zohar, ſectione בהעלותך, ubi diſſentire videntur, an utrumque Nun debeat eſſe inverſum: concedunt tamen, utrumque in libris eſſe inverſum. Unde R. Elieſer ibi dicit: *Nun eſſe* מנוזר *adverſum retroverſum in utroq; loco.*

3. In reliquis in Maſora adductis locis ex Pſal. 107. etiam nullum in voce aliqua textûs apparet Nun inverſum: ſed ad marginem apponitur litera ⌐ inverſa, non Nun. Id quare factum ſit, quærit Pater meus? Maſoræ verba ibi alia, quàm in libro Numerorum, & prorſus ænigmatica: ח׳ נונין מנחרות ומקרין אכין רכין שבתורה: *Octo ſunt Nun ſeparata, vel averſa, & vocantur* אך & רק, *quæ ſunt in Lege.* Oedipo ad hæc intelligenda opus. Aliquid tamen lucis illis affulgere videtur, ex eo quod in Peſikta legitur ad locum Numerorum ſuperiorem: Redditur

Digitized by Google

ſcilicet ibi ratio, cur ſimpliciter inverſè ſcribenda ſit litera Nun, hoc pacto ׆; videlicet; *quia literæ Nun inverſa ſit ſimilis τῷ* כ & ר, *quæ literæ ſunt indicia duarum particularum diminuendi* אַךְ & רַק, h. e. ut mihi videtur, indicari illis Nun, verſus illos, quibus apponuntur, à reliquo contextu eſſe q. ſeparatos. Sed quia liber Peſikta mihi nunc non eſt ad manum, ut totum locum inſpicere & conſiderare poſſim. Inquirant illum pleniùs, qui eum habent. Hæc verba citat ex eo R. Menáchem in libro שתי ידות. Simile quid legitur in Aruch, in אך primo: Dicitur ibi, אַךְ & רַק eſſe duas particulas diminuendi, vel excipiendi; adducitur locus ex Bava Kama fol. 17. ubi ad locum Num. 18. 15. אַךְ פָּרֹה תִפְדֶּה ſcribitur, אַךְ *illic addi ad excludendam vel excipiendam beſtiam immundam à Redemptione primogeniti*; & ad Deut. 12. v. 26. רַק קָדָשֶׁיךָ *Tantùm ſanctificata tua*; *particulâ* רַק *excludi* בַּעֲלֵי מוּמִין *vitium aliquod habentia*: his dein ſubjungit Baal Aruch: הכי נמי עשה בתילים נונין הפוכים כדין רק ואך *Sic etiam in libro Pſalmorum fecerunt Nun inverſa, juxta morem* τῶ רַק & אַךְ.

R. Menáchen carpit, quod Nun iſta fiant communiter majuſcula: dicit, in libris Hiſpaniæ & Germaniæ, eſſe ejuſdem cum reliquis magnitudinis. De forma etiam illâ invertendi, quædam habet peculiaria, quæ alibi, Deo volente, à nobis producentur.

Sic itaque juxta Maſoram, juxta mentem Talmudicorum, & exemplaria antiquiora, duo illa Nun ſeparatim ſunt verſibus illis duobus, antè & poſt adſcribenda. Non eſſe novum adeò Scribarum inventum, patet ex Talmud & ex Zohar. In Maſora Pſal. 107. vocantur נוּן מְנוּזְרוֹת h. e. *Nun retroverſa*, ex ſignificatione נָזֹרוּ אָחוֹר *Receſſerunt retrorſum*, Eſa. 1. vel *Nun ſeparata*; quia in nulla voce Textûs, ſed ſeparatim apponuntur.

Præter hæc, quæ Maſora recenſet, extat in quibuſdam

Digitized by Google

dam editionibus aliud adhuc Nun inverſum Geneſ. 11. v. 32. in voce בְּחָרָן. Sic in Bibliis Venetis in folio ſcribitur ibi בְּחָרָ֗, cum addita ad marginem notâ, נון הפוכה *Nun inverſum*: ſed in prima & ſecunda editione, regulariter cum Nun finali ſcribitur, & ſic in quibusdam editionibus Venetis in 4. Roberti Stephani, Plantini, Munſteri, & Pentateucho Conſtantinopolitano. Inverſionis hujus mentionem facit R. Salomon, ſcribens; נון הפוכה לומר לך עד אברהם חרון אף של מקום *Nun inverſum eſt, ut indicet tibi, usq; ad Abrahamum fuiſſe* חרון אף *aſtum iræ Dei in mundo.* Sic habetur in omnibus editionibus Commentariorum R. Salomonis, excepto Pentateucho Conſtantinopolitano, in quo hæc verba ſunt omiſſa. Meminit ejus quoque R. Bechaj. Reliqui interpretes de eo tacent. Nec de hac inverſione aliquid in Talmud vel Medráſchim legitur. R. Menachen, Notam hanc Maſorethicam carpens, ſcribit: *Ego verò neſcio, quid hoc* נון הפוכה *ſibi velit. Nam in omnibus libris Manuſcriptis rectè ſcriptum eſt, ſine ulla mutatione, neq; etiam in illis mentio ſit alicujus inverſionis. In antiquo quodam codice obſervavi, quod* ן *in capite habuerit* תָּג *Apicem, vel, Coronulam, & Maſoram additum*, ן' ראקים ראשיהון יז' באורייתא Nun, quorum capita ſtant, vel, ſtare faciunt, 17. ſunt in Lege. *Et hoc fortaſſis intelligitur per illud* הפוכה inverſum: *nam, ſi Nun finale invertas, videtur* תָּג *ſive Apex ille inſtar pedis ejus.* Hæc ille. Dubium eſt, an hoc Nun inverſum ejusdem ſit cum præcedentibus antiquitatis.]

Altera litera ſuſpenſa, eſt litera ע, & quidem tribus locis, unde quatuor dicuntur literæ ſuſpenſæ, quòd quatuor locis ſuſpenſio reperiatur. Primus locus Pſal. 80. 14. in voce מִיַּעַר, ubi ſcriptum eſt, יְכַרְסְמֶנָּה חֲזִיר מִיָּעַר *Suffodiet eam* (vineam) *porcus ſylveſtris.* Talmudici in libro kidduſchin fol. 30. 1. videntur innuere, ſuſpenſum eſſe ע, quòd ſit media litera Legis. Locus ſuprà eſt adductus. In

ctus. In Medraſch Tehillim allegoricè explicatur, quod Rabbi Salomon, & alii commentatores imitantur. *Si,* inquiunt, *digni fuerint Iſraelitæ erunt inimici ipſorum ſicut animalia maris, quibus non eſt facultas aſcendendi in aridam, aut ſi aſcenderint, ſtatim moriuntur: ſi non fuerint digni,* (propter impietatem,) *erunt inimici ipſorum ſicut beſtiæ deſerti & ſylveſtres, quæ perdunt & occidunt,* quaſi dicat, ſuſpenſum ע denotat, abeſſe vel adeſſe poſſe. Si pii fuerint Iſraelitæ, aberit iſta litera, & erunt inimici ſicut חֲזִיר מִיְאר porcus marinus, qui in terra nocere non poteſt: ſi impii fuerint, aderit litera iſta, eruntque inimici ſicut חֲזִיר מִיַּעַר porcus ſylveſtris, omnia potenter vaſtans. Rabbi Bechai in libro כַּד הַקֶּמַח, cap. 1. quod incipit גְּאוּלָּה, ſcribit: וְהָעַיִן הַתְּלוּיָה כִּי כֵן הֵם עוֹבְדֵי הַתָּלוּי׃ *Litera Ain ſuſpenſa eſt, nam ſic ſunt cultores ſupenſi illius,* id eſt, Chriſti, quem ſic ſolent malitioſè nominare, quaſi dicat litera Ain ſuſpenſa eſt, in ſymbolum, ut per חֲזִיר מִיַּעַר intelligatur Chriſtus ſuſpenſus in cruce, quem ſic ſuſpenſum Chriſtiani colunt & adorant. Chriſtiani enim, id eſt, Romani, vineam Iſraelis, Templum ſcilic. Hieroſolymitanum, vaſtarunt.

Tertia litera ſuſpenſa, rurſus eſt ע in voce רְשָׁעִים, ubi ſcriptum, וְיִנָּעֲרוּ רְשָׁעִים מִמֶּנָּה *Et excutientur improbi ex ea,* Job. 38. 13. quaſi dicat inſtar עָפָר pulviſculi in altum excuſſi, peribunt, ut non agnoſcatur locus ipſorum.

Quarta, itidem litera ע in eadem voce, ubi legitur, וְיִמָּנַע מֵרְשָׁעִים אוֹרָם *Et cohibebitur ab improbis lux ipſorum,* Job. 38. 15. De hoc legitur apud Talmudicos: מִפְּנֵי מָה עַיִן שֶׁל רְשָׁעִים תְּלוּיָה כֵּיוָן שֶׁנַּעֲשָׂה רָשׁ לְמַטָּה נַעֲשָׂה רָשׁ מִלְמַעְלָה *Quare litera ע vocis* רשעים *ſuſpenſa eſt? quum homo fit* רָשׁ *pauper infrà, fit etiam* רָשׁ *pauper ſuprà,* Sanhedrin fol. 103. col. 2. hoc eſt, quando רָשָׁע improbus ob improbitatem

ſuam

by Google

ſuam exoſus fit in hoc mundo inferiori probis, exoſus fit quoque in mundo ſuperiori Deo, quod ע ſublatum denotat, & ſic manet רָשׁ *Pauper*. [Item, litera ע denotat vocem עַיִן, quòd improbus deſtituatur *Oculo mentis*, ne Deum intueatur & cognoſcat, ſic quoque fit רָשׁ,] privatus unico & vero bono Lucis cæleſtis in qua pii vivunt & gaudent æternùm. Notandum hic, ſcripturam ſuſpenſam harum literarum jam ante Talmud fuiſſe uſitatam, nec à maſorethis poſt Talmud demum eſſe effictam, ut quidam volunt.

[Præter has de anomalâ formâ literæ ל legitur Num. 1. v. 22. Ibi enim ad vocem לְגֻלְגְּלֹתָם talis nota marginalis legitur; דלת השנית לגלגלתם עשויה כמגירה וזקופה ואין לה כובע בראשה: *Daleth ſecundum in voce* גלגלתם *factum eſt inſtar ſerræ, & eſt erectum, altum, neq; habet galerum, vel apicem ſupernè.* R. Menachem ſcribit hoc eſſe intelligendum de ל ſecundo in לגלגלתם, quod eſt primum in גלגלתם. Unde culpat editores Venetos, qui tertium ל ſerratum fecerunt, & galerum ſeu apicem ſupernum ei abſciderunt. Addit, *in libris Germanorum hoc ita reperiri; in libris autem Hieroſolymitanis, Hiſpanicis, & Hilleliano, nullam hujus rei fieri mentionem:* In quodam inſigni codice ſe ſcriptum reperiſſe ad marginem; כך נמונה לגלגלתם, ac præterea hanc notam Maſorethicam, למדנחאי מגירה מכל למד *Juxta Orientales eſt* מגירה *magis quàm omnia alia Lamed.* Hîc ille מגירה vult eſſe explicandum, non ex ſignificatione מְגֵרָה *Serræ*; ſed מַגִּירַת *Extenſum, Protenſum, Protractum*; ut ſenſus ſit. Hoc Lamed debere eſſe quidem ſimile cæteris Lamed, ſed procerius, & eminentius, quàm illa, ſine alia mutatione formæ ejus. Cauſam ſingularitatis hujus eſſe; quia filiorum Simeonis *Caput* & Princeps שנה את טעמו mutavit ſaporem ſuum; (Geneſ. 34. & 49. v. 5.) ad innuendam fornicationem ad adulterium Simri &c. Monet etiam, dum in addu-

ēta Maſora dicitur, hoc Lamed diverſum eſſe à cæteris Lamed juxta orientales: inde colligi, occidentales diſſentire, & cenſere, eſſe debere cæteris prorſus ſimile, neque diverſum ab illis. Atque hanc cauſam eſſe cur nulla ejus mutatio obſervetur in libris Hiſpanorum; quia ſc. illi ſequuntur in ſcribendis codicibus, Occidentales. Hæc ille, & plura, quæ qui volet, videat apud ipſum.]

Hactenus de Figura literarum inverſa, ſequitur de literis extraordinariè punctatis.

CAPVT XVII.

De literis punctatis.

UT Maſorethæ ne minimum quidem, immò nihil omnino intactum relinquerent, quod ad ſacri textus conſervationem, & genuinæ ejus formæ notationem pertineret, ſic huic operi intenti, invenerunt in univerſo textu ſacræ Scripturæ quindecim voces, in quibus litera una vel altera extraordinariè punctis quibusdam ſupernè fuerunt notatæ, non quidem vocalibus ſive vocalium notis, ſed ſymbolicis, quæ ſenſus alicujus arcani ſymbola fuerunt & ſigna, quarum explicatio oraliter tradita & propagata, primis illis & ſubſequentibus temporibus nota fuit, ac apud poſteros propter bella & perſecutiones ex notitia in oblivionem abiverunt. Cùm verò Maſorethæ facilè judicare poſſent, non fruſtra ea appoſita olim fuiſſe, ſed alicujus arcanæ priſcorum ſapientiæ eſſe monumenta, exſtirpare ea ex ſacro textu minimè voluerunt, ſed potiùs annotare, ut poſteritatem in officio meditationis continerent. Antiquitas horum punctorum eadem, quæ reliquæ Maſoræ ante Talmud ſcriptæ. Nam iſtorum in Talmud mentio diverſis locis, & aliis antiquiſſimis libris ut Bere-

ſchit

ſchit rabba, cujus authorem Hebræorum Chronica referunt fuiſſe electum Rectorem Academiæ Pumbeditanæ in Babylonia circa annum Chriſti 300. item in Zohar, libro juxta Hebræos ipſo Talmud antiquiore. Unde non mirum D. Hieronymum etiam hæc puncta in libris obſervaſſe, ut mox videbimus. In cauſis horum punctorum explicandis, Hebræi fabuloſi ſunt, quorum commenta idcirco nonniſi parcè attingemus.

Punctatæ voces ſunt in univerſum quindecim: decem in Lege, quatuor in Prophetis, una in Hagiograph.

Prima, וּבֵינֶיךָ, ubi legitur יִשְׁפֹּט יְהוָה בֵּינִי וּבֵינֶיךָ *Judicabit Dominus inter me & inter te*, Geneſ. 16. 5. quæ ſunt verba Saræ ad Abrahamum maritum. Maſora notat: *Punctum eſt ſupra* י *poſterius, & eſt unum ex decem punctatis in Lege, & quatuor in Prophetis & uno in Hagiographis.* Vox בֵּינֶיךָ non ſcribitur plenè cum utroque י in tota Lege, niſi hoc loco, unde poſterius י puncto notatum, ad monendum, non fruſtra illud hoc loco poſitum. Quum ergo diceret Sara ad Abrahamum: *Judicabit Deus inter me & inter te*, ſimul עַיִן הָרַע oculum malum & invidum conjecit in Hagaram ancillam præſentem, jam ex Abrahamo gravidâm, ac propterea heram ſuam deſpicientem, tacitè ſecum in animo dixit, judicabit Deus inter me וּבָנֶיךָ & filium tuum, quem in utero fers. Scriptum ergo plenè cum י poſteriori, contra uſum totius Legis, quia externa vox Saræ וּבֵינֶיךָ Abrahamum alloquebatur, ac interna vox animi Hagaram intelligebat, וּבָנֶיךָ & inter filium tuum, & eatenus alterum י fuit inſertum, & propterea punctatum, quod in eo eſſet myſterium. Vide Bereſchit rabba, item R. Salomonem, Haskuni, R. Bechai in hunc locum. Haskuni autem inter alia quoque ait, jam tempore Eſræ, & ab Eſra, hæc puncta fuiſſe, & ab ipſo, Moſe aſcripta.

Secunda, אֵלָיו, in loco, וַיֹּאמְרוּ אֵלָיו אַיֵּה שָׂרָה אִשְׁתֶּךָ *Et di-*

xerunt ad eum: Ubi eſt Sara uxor tua, Gen. 18. 9. Maſora: נָקוּד עַל איו *Punctatum ſuper literas* איו. In Bereſchit rabba ad hunc locum: אָלֶף יוֹד וָיו נָקוּד לָמֶד לֹא נָקוּד : אָמַר רַבִּי שִׁמְעוֹן בֶּן אֶלְעָזָר בְּכָל מָקוֹם שֶׁאַתָּה מוֹצֵא כְּתָב רַבָּה עַל הַנְּקוּדָה אַתָּה דוֹרֵשׁ אֶת הַכְּתָב. נְקוּדָה רַבָּה עַל הַכְּתָב אַתָּה דוֹרֵשׁ אֶת הַנְּקוּדָה : כַּאן שֶׁהַנְּקוּדָה רַבָּה עַל הַכְּתָב אַתָּה דוֹרֵשׁ אֶת הַנְּקוּדָה. אַיּוֹ אַבְרָהָם : id eſt, *Aleph, Jod, Vau punctatum eſt, Lamed non eſt punctatum. Dixit R. Schimeon ben Elieſer, In quocunque loco inveneris ſcripturam literarum ampliorem ſua punctatione, interpretaberis ſcripturam: Punctationem ampliorem ſcriptura, interpretaberis punctationem. Hîc quia punctatio amplior eſt ſcripturâ, interpretaberis punctationem, nempe* איו *Ubi eſt Abraham.* Senſus, Puncta ſuper tres iſtas literas indicant, tres iſtos angelos non tantùm quæſiviſſe אַיֵּה שָׂרָה *Ubi eſt Sara uxor tua*, ſed & poſtea ex Sara quæſiviſſe, אַיּוֹ אַבְרָהָם Ubi eſt Abraham. Vide hîc R. Salomonem, R. Bechai, Haskuni.

Tertia, וּבְקוּמָהּ, ubi legitur, וְלֹא יָדַע בְּשִׁכְבָהּ וּבְקוּמָהּ *Neq; cognovit cum decumberet illa, aut dum ſurgeret*, Gen. 19. v. 33. Maſora: נקוד על ו׳ *Punctatum eſt ſupra literam* ו. Apud Talmudicos: לָמָּה נָקוּד עַל וָיו וּבְקוּמָהּ שֶׁל בְּכִירָה לוֹמַר שֶׁבְּשִׁכְבָתָהּ לֹא יָדַע אֲבָל בְּקוּמָהּ יָדַע id eſt, *Quare eſt punctum ſupra literam* ו *in* וּבְקוּמָהּ *de primogenita? ad indicandum, quòd cum decumberet, non cognoverit, at dum ſurgeret, noverit*: libro נָזִיר De Naziræis, cap. 4. fol. 23. Hinc D. Hieron. in Quæſtionibus in Geneſin: *Appungunt deſuper, quaſi incredibile, & quod rerum natura non capiat, coire quempiam neſcientem.* Vide R. Salomonem, Haſcuni & ibi Baal Hatturim: Tanchuma, Jalkut, qui alias atque alias rationes afferunt.

Quarta, וַיִּשָּׁקֵהוּ ubi legitur de Eſau, וַיִּפֹּל עַל צַוָּארָיו וַיִּשָּׁקֵהוּ *Et irruit in collum ejus & oſculatus eſt eum*, Gen. 33. v. 4.

Maſora,

Maſora, מ״ו מִלִּין נְקוּדוֹת בִּקְרִיאָה *Quindecim dictiones punctatæ ſunt in Scriptura.* [In hac voce omnes ſex literæ debent notari. De ratione ejus,] variant interpretes: alii dicunt denotare, שֶׁלֹּא הָיְתָה נְשִׁיקָה שֶׁל אֱמֶת quòd non fuerit oſculũ veritatis, ſed fictum & ſimulatum וּבִקֵּשׁ לְנַשְּׁכוֹ ſed quæſierit mordere ipſum, morſu hoſtili ignominioſè ipſum notare: alii contra, quòd notanda ſit in Eſavo naturæ converſio, ut qui antea oſor & hoſtis Jacobi fuerit, וְנִשְּׁקוֹ בְּכָל לִבּוֹ nunc oſculatus ſit ipſum ex toto corde, Deo fraternæ charitatis affectum in ipſo commovente: Vide Bereſchit rabba, Tanchuma & R. Salomonem. In Zohar hoc loco legitur: וַיִּשָּׁקֵהוּ נְקוּד עֲלֵיהּ לְעֵיל בְּגִין דְּלָא נְשִׁיקָה בִּרְעוּתֵיהּ *Vocabulum Vajiſchakehu punctatum eſt supernè, propterea quia non oſculabatur eum ex animo.*

Quinta, אֵת, ubi legitur, וַיֵּלְכוּ אֶחָיו לִרְעוֹת אֶת צֹאן אֲבִיהֶם *Et iverunt fratres ejus ad paſcendum gregem patris ſui*, Geneſ. 37. 12. Maſora, חַד מִן י׳ נְקוּדוֹת בְּתוֹרָה *Eſt unus ex decem punctatis in Lege.* Pro י׳ 10, pravè in Venetis Bibliis legitur ט״ו 15, aut pro בתורה *in Lege*, legendum בִּקְרִיאָה *In Scriptura:* In Bereſchit rabba in hunc locum notatur: נָקוּד עַל אֶת לוֹמַר שֶׁלֹּא הָלְכוּ אֶלָּא לִרְעוֹת אֶת עַצְמָן *Punctum eſt ſupra vocabulum E T, ad indicandum, quòd non iverint niſi ut paſcerent ſeipſos.* Nempe non gregis causâ principaliter, ut quidẽ prætendebant, ſed ut paſcerent ſeipſos, & libidinem ſuam ſanguine fratris Joſephi, quem quærebant occidere, ut dicitur verſu 18, cujus etiam tunicam ſanguine hœdi tinctam, patri obtulerunt, quaſi fera occidiſſet eum. Vide & R. Salomonem, & Zohar hoc loco aliam cauſam afferentem, & Bemidbar rabba, Sect. 3.

Sexta וְאַהֲרֹן ubi legitur, כָּל פְּקוּדֵי הַלְוִיִּם אֲשֶׁר פָּקַד מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן עַל פִּי יְהוָה׃ *Omnes cenſus Levitarum quos recenſuit Moſes & Aharon juxta os Domini*, Numer. 3. 39. Maſora,

י׳ נקודות בתורה *Decem voces punctatæ ſunt in Lege.* In Bereſchit rabba in hunc locum, ואו של ואהרן נקוד על שלא היה אהרן מן המנין׃ *Vau vocis* ואהרן *punctatum eſt (supernè) propterea quòd Aharon non fuit ex numero vel cenſu iſto,* ſcil. Levitarum, ut R. Salomon ad hanc Gloſſam addit.

Septima, רחקה ubi legitur, או בדרך רחקה *Aut in via remota fuerit,* Num. 9. 10. Maſora, נקוד על הה״א *Punctatum eſt ſuper* ה, *eſtq́; unum ex decem vocibus punctatis in Lege.* [Punctationis hujus ſupra literam ה fit mentio in Talmud Peſachim ab initio, in Miſchna, capite nono.] In Bemidbar rabba, Sect. 3, legitur: נקוד על ה׳ של רחוקה מלמד שלא היה דרך רחוקה אלא מן אסקופת העזרה ולחוץ׃ *Punctatum eſt ſuper* ה׳ *vocis* רחקה *ad indicandum non fuiſſe viam remotiorem niſi à limine atrii foras uſq;.* Vide R. Salomonem. Senſus, Pollutum, non tantùm in via remota, ſed & in via proxima, ſi tantummodo extra atrium Templi ſit, poſſe celebrare Paſcha.

Octava, אשר ubi legitur, ונשים עד נפח אשר עד מידבא *Et deſolavimus uſq; ad Nophach, quod pertigit Medebam uſq;* Num. 21. 30. Maſora, י׳ נקודות בתורה *Decem voces punctata ſunt in Lege.* In Bemidbar rabba, Sect. 3. נקוד על ריש שבאשר שאף מלהלן היה כן׃ ויש אומרים מלמד שלא החריבו האומות אלא מדינות׃. Non placet. Agitur in textu de deſolatione urbium, quas vaſtarunt in occupatione terræ Canaan: unde in Notis Baal hatturim marginalibus ad hunc locum notatur: ריש נקודה ונשאר אש כי שרפה באש ונטל ראש שלה׃ id eſt, *Litera* ר *punctata eſt, & relinquitur* אש *Ignis, nam combuſta fuit igne, & ablatum caput ejus.* Senſus, ר in voce אשר punctatum eſt, quaſi ad vocem non pertineat: eâ ablatâ, remanet אש quod *Ignem* ſignificat, unde iſta punctatione tacitè indicare voluit deſolationis ſpeciem, nempe urbem נפח igne exuſtam fuiſſe, cujus flamma inde Medebam uſque

porrò

porrò debacchata ſit. Inde nomen urbis, quòd igne non ſufflato abſumpta ſit, à נָפַח, unde Hebræorum gloſſa, וַנַּשִּׁים עַד נֹפַח id eſt, עַד שֶׁתָּבוֹא אֵשׁ שֶׁאֵינָהּ צְרִיכָה נִפּוּחַ *Uſq, dum veniat ignis qui non opus habet exſufflatione.*

Nona, וְעִשָּׂרוֹן ubi legitur, וְעִשָּׂרוֹן עִשָּׂרוֹן לַכֶּבֶשׂ הָאֶחָד *Et decimam decimam pro agno unoquoque*, Num. 29. 15. [Punctum notari debet ſuper Vau poſteriore.] In Bemidbar rabba, Sect. 3: מְלַמֵּד שֶׁלֹּא הָיָה שָׁם אֶלָּא עִשָּׂרוֹן אֶחָד בִּלְבַד *Docet punctum, quòd non fuerit niſi decima una ſolummodo.* Nempe, ne quis duas neceſſarias judicet, quòd dicatur bis, Decima Decima. Maſora hîc eadem, quæ in præcedentibus.

Decima, לָנוּ וּלְבָנֵינוּ ubi legitur, וְהַנִּגְלֹת לָנוּ וּלְבָנֵינוּ עַד עוֹלָם *Et quæ revelata ſunt, nobis & liberis noſtris in ſeculum ſerviunt*, Deut. 29. 29. Maſora eadem, ut in præcedentibus. [Singulæ harum duarum vocum literæ ſupernè ſunt cùm puncto notandæ, unà cum ע in voce עַד.] In Bemidbar rabba, Sect. 3: Punctatum eſt ſuper Lanu ulebanenu, ac ſi diceret: עֲשִׂיתֶם גְּלוּיִים אַף אֲנִי אוֹדִיעַ לָכֶם אֶת הַנִּסְתָּרוֹת׃ *Feciſtis manifeſta, unde etiam ego nota faciam vobis occulta.* Vide hîc ulteriùs, & R. Salomonem, & R. Bechai, qui hîc prolixus eſt, Haskuni & R. Bechai. Sed & Talmudici hujus punctationis meminerunt in libro Sanhedrin cap. 6. fol. 43, ubi & prolixa R. Salomonis gloſſa eſt, ſed cum infirmo nitantur fundamento, ea omnia prætereo. Notant etiam iidem, literam ע in voce עַד ſuperioris loci, punctatum eſſe, de quo Maſora nihil tradit. Hæ decem punctatæ voces citantur in libro Talmudico, Maſſechet Sopherim, cap. 6.

Undecima, יָצָא, ubi legitur, בַּיּוֹם אֲשֶׁר יָצָא אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ מִירוּשָׁלָםִ׃ *In die quo egreſſus eſt dominus meus rex ex Jeruſalem*, 2. Sam. 19. 19.

Duodecima, הֵמָּה ubi legitur, וְעֵדֵיהֶם הֵמָּה *Et teſtes ipſorum*

ipſorum ſunt ipſa, Jeſa.44.9, ſcil. idola vel ſculptilia. Maſora notat, Quindecim eſſe punctata in Scriptura.

Decimatertia, הַהֵיכָל, ubi legitur, וְקִיר הַהֵיכָל *Et paries templi*, Ezech.41.20. Maſora notat, Quatuor eſſe punctata in prophetis. Vide hic Kimchium in Commentariis.

Decimaquarta, מְהֻקְצָעוֹת, ubi legitur, לְאַרְבַּעְתָּם מְהֻקְצָעוֹת *Ad quatuor ipſorum angulata*, Ezech.46.22.

Decimaquinta, לוּלֵא, ubi legitur, לוּלֵא הֶאֱמַנְתִּי לִרְאוֹת בְּטוּב יְהוָה בְּאֶרֶץ חַיִּים *Niſi credidiſſem me viſurũ bonitatem Domini in terra viventium*, Pſalm.27.13. Maſora, ד' כְּתִיב כֵּן לֵית בִּכְתוּבִין נָקוּד וְהוּא נָקוּד לְמַטָּה וּלְמַעְלָה *Quatuor ſic ſcripta ſunt* (cum א) *neq; eſt in Hagiographis aliud punctatum, & hoc quidem eſt punctatum infrà & ſuprà.* Meminerunt Talmudici hujus punctationis in libro Berachoth, cap. 1. fol. 4. Dant autem טעם בלא טעם rationem inſipidam quam idcirco negligo.

De his punctatis vocibus in genere legitur aliquid in libro עקרים *Ikkarim*, Orat.3.cap.22. in fine, quod breviter aſcribam: וְכֵן הַנְּקוּדוֹת עַל תֵּיבַת וְאַהֲרֹן בְּפָסוּק כָּל הַפְּקוּדִים אֲשֶׁר פָּקַד מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן וְעַל לָנוּ וּלְבָנֵינוּ וְכַיּוֹצֵא בָהֶם הַטַּעַם בְּזֶה הוּא כִּי הַנְּקוּדָה עַל הַתֵּיבָה עִם שֶׁתִּשָּׁאֵר כְּתוּבָה הִנֵּה הִיא בְּאֶמְצָעוּת בֵּין כְּתִיבַת הַתֵּיבָה וְהַהֶעְדֵּר כְּאִלּוּ יֹאמַר כִּי אַף עַל פִּי שֶׁכָּתוּב אֲשֶׁר פָּקַד מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן הָיָה הַמּוֹנֶה מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן הָיָה טָפֵל לוֹ אֶלָּא שֶׁנִּכְתַּב דֶּרֶךְ כָּבוֹד כִּי מֹשֶׁה בִּלְבַד הָיָה הָעִקָּר: וְכֵן עַל לָנוּ וּלְבָנֵינוּ לְהוֹרוֹת כִּי אֵין חִיּוּב הַבָּנִים עַל פִּי הָאָבוֹת כָּל כַּךְ כְּחִיּוּב הָאָבוֹת עַל עַצְמָם אַף עַל פִּי שֶׁהַבָּנִים מִתְחַיְּבִים עַל פִּי הָאָבוֹת וְכֵן כּוּלָּם עַל זֶה הַדֶּרֶךְ: Id eſt: *Et ſic puncta ſuper dictionem* וְאַהֲרֹן *in verſu*, Omnes recenſiti quos recenſuit Moſes & Aharon, *Item ſuper* לָנוּ, וּלְבָנֵינוּ *& iſtis ſimilia, de quibus ratio dari poteſt, nempe quod punctum ſuper dictione cum eo quod relinquitur ſcriptum, eſt in medio inter ſcriptionẽ vocis & ſpacium vacuum, ac ſi*

ac ſi diceres, Etiamſi ſcriptum eſt, Quos recenſuit Moſes & Aharon, *fuit tamen cenſor primarius Moſes, Aharon verò adjunctus ipſi, & nonniſi honoris causâ aſcriptus, cùm Moſes fuerit principalis. Sic puncta ſuper* לָנוּ וּלְבָנֵינוּ & cæt. In Zohar in Bemidbar, ad vocem רְחֹקָה Num. 9 10. ſcribitur: דָא אִיהוּ חַד מֵעֲשָׂרָה דְּאִנּוּן נְקוּדִין דְּאוֹרַיְתָא וְכֻלְּהוֹן אַתְיָן לְאַחֲזָאָה מִלָּה: *Hæc eſt una ex decem quæ ſunt punctata in Lege, & omnia iſta veniunt ad notabilem reddendam dictionem.* Sic eſt: aliquid certi denotaſſe, non eſt dubium; quid autem denotaverint, de eo ſunt palpitantia Hebræorum judicia, ut cæcorum in tenebris. Sed nec iſtud inveſtigare, nobis fuit propoſitum. Maſoræ hiſtoriam perſequimur. Quicquid Maſorethæ circa textum Hebræum notatu dignum invenerunt, id ad poſteritatis memoriam notarunt. Sic cùm hæc puncta extraordinaria ad voces aſcripta viderent, non modò non eradenda judicarunt, ſed potiùs digna, quæ poſterorum conſiderationi commendarentur. Patet verò ex ſuperioribus abundè non proveniſſe iſta â Maſorethis iſtis Tiberienſibus poſt-Talmudianis, ab Elia adornatis, ſed longiſſimo tempore ante Talmud extitiſſe, & ſine dubio ab iſtis iiſdem, à quibus reliqua eſt Maſora, nempe à Viris Synagogæ magnæ, fuiſſe obſervata, quod unicum indagare, noſtri hîc fuit conſilii.

CAPVT XVIII.

De Cenſura circa numerum literarum.

HActenus *qualitas literarum in figura examinata fuit: quantitas in numero ſequitur.*

Maſorethas numero certo etiam literas omnium librorum ſacræ ſcripturæ comprehendiſſe, ex reliquiis

quibuſdam, quæ hodie de iſta Maſora proſtant, ſatis patet. Nam Levit. 11. 42, ad literam ו in voce גָחוֹן Maſora notat וָ׳ו דְגָחוֹן חֲצִי הַתּוֹרָה בְּאוֹתִיּוֹת *Litera* ו *vocis* גָחוֹן *eſt medietas Legis in literis.* Hæc maſora à Talmudicis confirmata eſt in libro Kidduſchin, ut ſuprà cap. 8. propoſitum. Ibidem ex Talmudicis adductum, literam ע in voce מִיַּעַר Pſalm. 80. 14, eſſe mediam literam in libro Pſalmorum. In fine Geneſeos poſt Verſuum ejus libri numerum, ſubjicitur: וְאוֹתִיּוֹתָיו ה׳ אֲלָפִים וְשָׁלֹשׁ מֵאוֹת וְתִשְׁעִים וַחֲמִשָּׁה׃ *Et literæ ejus ſunt quater mille trecentæ & nonaginta quinq.* id verò intelligendum de ultima iſtius libri ſectione, non de literis totius libri. Elias Levita præfat. 3. libri Maſoreth ſcribit, Literas totius Legis ſexaginta myriadas & quadraginta quinque, id eſt, ſexagies millena millia quadraginta qinque eſſe. Ibidem porrò ait, Sectionis primæ Bereſchit literas eſſe א״ץ ט״ו 1915, id omnino falſum eſt. Putamus plures eſſe quàm quinquies mille. Ita conſequenter in omnibus libris biblicis factum eſſe, non eſt dubitandum, etiamſi in publicum hæc maſora non ſit producta. Fuiſſe autem hanc ſtudii Maſorethici partem, in certa librorum maſorethicorum loca relatam, ac proinde ad poſterorum notitiam delatam, docet carmen quoddam, quod curioſâ operâ exhibet numerum, quoties quælibet Alphabeti litera in tota Scriptura contineatur. Author iſtius ſtatuitur ab Elia Raf Saadia Gaon, qui fuit Caput Academiæ Sorianæ in Babylonia, circa annum Chriſti 927, propterea quòd ſtylum loquendi habet difficilem, utens multis peregrinis vocibus & obſcuris, & à populari ſermone multùm remotis, qualis ſtylus etiam eſt בְּסֵפֶר אֱמוּנָה *in libro Fidei*, cujus idem Saadia putatur eſſe author. Ejus memoria ut conſervetur, placet illud hoc loco ex Elia proponere, & modum colligendi numeri explicare, qui ſine interprete eſt difficillimus.

לדעת מנין כל אות ואות· אשר בכל המקרא נמצאות·
תקרא את כל דברי השירה הזאת׃

אהל מכון בגיני
הקהל עשו קרבני
כל הקהל כאחד ארבע רבוא
אלפים שלש מאות ושׁשׁים׃

ששם עלו זקני
ולזבח תודה באו בני
ולזבח שלמים בקר שנים אילים
חמשה עתודי׳ ה׳ כבשי׳ בני שנה חמשה

בני לא חוברים
בנימן וסגנים דברים
פקודיהם למטה בנימן חמשה
ושלשים אלף וארבע מאות׃

רגמתם יאספו חברים
פחת השני גברים
בני פחת מואב לבני ישוע יואב
אלפים ושמנה מאות ושמנה עשר

גברים בעצם טוהר
כל פקודי היתהר
כל פקודי הלוים אשר פקד משה
ואהרן על פי ה׳ למשפחותם כל זכר
מבן חדש ומעלה שנים ועשרים אלף

ד׳ כן להם זוהר
מלבד הראשון דהר
מלבד עבדיהם ואמהותיהם אלה
שבעת אלפים שלש מאות שלשים
ושבע משוררים ומשוררת׳ מאתים׃

דהר לבא בשלום
ומן הרני בבשן והלום
ומן הדני ערכי מלחמה
עשרים ושמונה אלף ושש מאות׃

ד׳ בתשועתם לעילום
סנאה ישוב עמו הלום
בני סנאה שלשת אלפים תשע
מאות ושלשים

הלום מכל זויות
ראובן ימרוף אריות
פקודיהם למטה ראובן ששה
וארבעים אלף וחמש מאות

ו׳ נקבצו נטעי דליות
עילם ואשור ומלכיות
בני עילם אלף ומאתים
חמשים וארבעה׃

ומלכיות עצר ופחת
יהודה נא אל תשחת
פקודיהם למטה יהודה ארבעה
ושבעים אלף ושש מאות׃

ז׳ צורנו בעשותו בחת
עזגד שני ובן צוחת׃
בני עזגד אלפים ושלש מאות
עשרים ושנים

זוחת כנפן בקוק
ומן בני אפרים בחבקוק

ח׳ פרי שריגיו וקוק
בגוי השני חקוק

ומן בני אפרים עשרים אלף
ושמנה מאות גבורי חיל

בני בגוי אלפים ששים ושבעה׃

חקוק כִּתְבוּאַת גֶּרֶשׁ
שִׁמְעוֹן שְׁנֵי יַד שֹׁרֶשׁ
אלה משפחות השמעוני
שנים ועשרים אלף ומאתים׃

תְּבוּסַת מְלִיטֵי זֶרֶשׁ
פַּשְׁחוּר לַעֲבוּר מֶרֶשׁ׃
בני פשחור אלף ומאתים
ארבעים ושבעה

טֶרֶשׁ וּמָלְאוּ אֲסָמָיו
חַיִּים לְמָסוּךְ נְעִימָיו
ועשרת אלפים חיים שבו בני
יהודה׃

נְטִישׁוֹתָיו בִּתְהוֹמָיו
אֹמֵר לְהַרְבּוֹת יָמָיו
בני אימר אלף חמישים
ושנים׃

יָמָיו שִׂמְחָה וְשָׂשׂוֹן
בְּכֹחָם הָאַלּוֹן חָסוֹן
זהב דרכמונים שש רבאות ואלף
וכסף מנים חמשת אלפים וכתנות
הכהנים מאה

תּוֹלְלֵיהֶם כְּקִמְּשׁוֹן
חָרִים הָרִאשׁוֹן כְּמַסּוֹן׃
בני חרים שלש מאות
ועשרים

כְּמַסּוֹן לֹא זְעוּכָה
וְהַבָּקָר לְעוֹלָה לִסְמִיכָה
והבקר ששה ושלשים אלף ומכסם
ליי׳ שנים ושבעים

רָבְצוּ עֲדָרִים בְּתוּכָה
כַּרְמִי גַּם לָאֵל אֵין כָּמוֹכָה
כרמי שלי לפני האלף לך שלמה
ומאתים לנוטרים את פריו׃

כְּמוֹךְ יִתְהַלְּלוּן
חַיִּים כְּמֵתִים יִדְלוּן
ועשרת אלפים חיים שבו בני יהודה

ז צוּרַת פֶּסֶל אוּמְלָלוּן
סוּסֵיהֶם נָטָה לָלוּן
סוסיהם שבע מאות ושלשים וששה
פרדיהם מאתים ארבעים וחמשה

לָלוּן מָלוֹן אֹרֵחַ
אֶפְרַיִם הוֹר אָרֵחַ
פקודיהם למטה אפרים
ארבעים אלף וחמש מאות

ד כַּבֹּקֶר יָאִיר זָרַח
חָרִים שֵׁנִי לוֹ לְהָסִיר מְטֹרַח
בני חרים אלף שבעה עשר

מְטֹרַח נָשְׂאוּ בֵּיתָם
גָּד נִצָּבִים לְנַחוֹתָם
פקודיהם למטה גד חמשה וארבעים
אלף

ף פֵּירוֹתָם הִתְמַהְמְהוֹתָם
גְּמַלֵּיהֶם לָבֹא מִשְׁכְּנוֹתָם
גמליהם ארבע מאות ושלשים וחמשים

אלף ושש מאות וחמשים ׃
משכנותם

מִשְׁכְּנוֹתָם כְּמוֹ דָשְׁאוּ
הַמֵּתִים לְפִינְחָס נִבְרָאוּ
ויהיו המתים במגפה ארבעה
ועשרים אלף

נִבֹאוּ לִבְרֵכוֹת כְּחֶשְׁבּוֹן
מְנַשֶּׁה יֶשֶׁה עִצָּבוֹן
פקודיהם למטה מנשה שנים
ושלשים אלף ומתים ׃

נָכוֹן חָכְמָתָיו
וַיִּהְיוּ עַל פִּי דִבְרוֹתָיו
ויהיו פקודיהם שמונת אלפים
וחמש מאות ושמנים

סְבִיבוֹתָיו יָבֹאוּ גְּדוּדִים
בְּהַצּוֹתוֹ אֶת הַבּוֹגְרִים
בהצותו את ארם נהרים ואת
ארם צובה וישב יואב ויך את
אדום בני מלח שנים עשר אלף ׃

עוֹמְדִים כְּמַחֹל קוֹתֵיהֶם
בְּאֹרֶךְ וְרֹחַב לָהֶם
והנותר באורך לעומת תרומת הקדש
ועשרת אלפים קדמה ועשרת אלפים ימה

פִּיהֶם כָּעוֹרֵף
סָבִיב נִפְשְׁטָה וְנִטְרַף
סביב שמנה עשר אלף ׃

פְּרוֹף אֲרִיגֵנוּ
הָאֶלֶף וְצֶלַע נִיהוּגֵנוּ
ואת האלף ושבע המאות וחמשה

וחמורים ששת אלפים שבע מאות
ועשרים ׃

ז̇ צוֹפֵיהֶם עוֹד גָאוּ
לְבֵית יֵשׁוּעַ כִּי נִבָאוּ
הכהנים בני ידעיה לבית ישוע
תשע מאות שבעים ושלש

ז̇ צִמְחֶיהָ עֲלֵי זַרְבוֹן
לֶמֶךְ בְּנִיהוּמָיו נָבוֹן
ויהיו כל ימי למך שבע ושבעים
שנה ושבע מאות שנה

ן̇ נָטוּ יוֹשֶׁר טִירוֹתָיו
הַשֹּׁעֲרִים חָנוּ סְבִיבוֹתָיו
בני השוערים בני שלום בני אטר בני
טלמון בני עקוב בני חטיטא בני
שובי מאה שלשים ותשעה ׃

ך̇ כְּמַרְכְּבוֹת פְּרָדִים
וּמִקְצַת לְפָנָיו עוֹמְדִים ׃
ומקצת ראשי האבות נתנו למלאכה וגו'
זהב דרכמונים אלף (וחמש מאו'
מזרקו' חמשי' כתנות כהנים שלשי'

קְצִינֵי עֵדָה חֵם
אַבְרָהָם לְזִכָּרוֹן בְּפִיהֶם ׃
ואלה ימי שני חיי אברהם מאת שנה
ושבעים שנה וחמש שנים

ן̇ נִיבוֹ נִצְרַף
תַּחַת יְרִיעוֹתָיו פֵּרַף
והיו פקודיהם למשפחותם
אלפים שבע מאות וחמשים

ז̇ צֶדֶק עֲנֵה הֲגִיגֵנוּ
לְעִתִּים יְרַכְּבוּ צִיּוּנֵנוּ
ומבני יששכר יודעי בינה לעתים

שבעים ששה ורים לעמודים

צִינֵנוּ יִתְנוֹפֵף וְיָצֵץ
וְנֶפֶשׁ עוֹד לֹא יְקַצֵּץ
ונפש אדם ששה עשר
אלף :

צִיץ בֵּי פִּרְקָיו
תוֹצְאוֹת חֻקָּיו
ואלה תוצאות העיר מפאת
צפון חמש מאות וארבעת
אלפים מדה

קַו כּוֹנֵן בְּצָרֵף
וּמִן בְּנֵי אֶפְרַיִם צַר רוֹדֵף
ומן בני אפרים עשרים אלף
שמנה מאות

רוֹכֵב כְּרוּחַ בִּגְבוּרָה
שִׁנְאָן הַגַּלְגַּל קָרָא
רכב אלהים רבותים אלפי
שנאן ה׳ בם סיני בקדש :

שִׁירָה לְנַצֵּחַ בִּמְחוֹלוֹת
מִן הַנָּשִׁים נִתְעַלּוֹת.
מן הנשים אשר לא ידעו משכב
זכר כל נפש שנים ושלשים אלף :

תְּהִלָּה לִשְׁמוֹ וְתִפְאֶרֶת
וּבָקָר כָּלִיל מְקֻטֶּרֶת
ובקר ששה ושלשים אלף.

תּוֹתֶרֶת כִּבְרָה נָשְׁרָה
זָכָר הַמְּלִיטָה כִּי חָשְׁרָה
ויהי כל בכור זכר במספר שמות
מבן

לדעת מה יעשה ישראל ראשיהם
מאתים וכל אחיהם על פיהם

ץ צוּרֵינוּ נִרְצַץ
נֹחַ סוֹפוֹ וְיָצֵץ צִיץ
ויהיו כל ימי נח תשע מאות
שנה וחמשים שנה וימת :

ף פָּז עֵבֶר בְּרַתּוּקָיו
שׁוֹפְטְיָה נָטָה קָו :
בני שופטיה שלש מאות
שבעים ושנים :

ץ צְבִי עֶדְיוֹ בְּגֵרֵף
פַּרְעוֹשׁ בָּנָיו רוֹדֵף :
בני פרעוש אלפים מאה
שבעים ושנים

קוֹל מַשְׁמִיעַ זִמְרָה
יַעֲקֹב כֵּן יֵיטִיב שִׁירָה :
ויהי יעקב בארץ מצרים שבע
עשרה שנה ויהי ימי יעקב שני
חייו שבע שנים וארבעים ומאת שנה

קְנוּיָה מוֹשִׁיעָה חוֹלוֹת
הַמְשׁוֹרְרִים עוֹז תְּהִלּוֹת :
המשוררים בני אסף מאה
ארבעים ושמנה :

קָמָה מְשׁוֹרֶרֶת
אִיּוֹב תֻּמָּתוֹ תוֹתֶרֶת :
ויהי איוב אחרי זאת מאה וארבעים
שנה וירא את בניו ובני בניו דורות :

רַעֲנָנָה גֵרְשָׁה
אָדָם הָאֶבֶן הָרֹאשָׁה :
ויהי כל ימי אדם אשר חי

Digitized by Google

מבן חדש ומעלה לפקדיהם שנים   תשע מאות שנה ושלשים שנה וימת ׃
ועשרים אלף שלשה ושבעים ומאתים   סליק וסימנך כי זה כל האדם ׃ סליק

Explicatio.

Verbalis interpretatio nec utilis nec grata, nec ſine prolixa paraphraſi dari poſſet, cùm Carmen non tam ad continuatum ſenſum ſit accommodatum, quàm ad concludendum & exprimendum numerum cujusque literæ, unde ſermo coactus, vocabulis quibuscunque & qualicunque modo arreptis, ut rhythmum propoſito ſuo convenientem, conſtituerent. Eſt autem numerus hic literarum ſine dubio ex Maſoræ libris collectus, ubi longè ſatiùs & fideliùs eſſet, nos ipſamet Maſoretharum verba habere, & maſoram planam dilucideque loquentem, quàm hoc ænigmaticum, ligatum & intricatum dicendi genus. Sed præſtat cibo quovis appoſito uti, quàm omni cibo prorſus carere.

Primò, Diſticha quæque juxta ordinem alphabeticum ſunt propoſita, ita ut prima cujusque diſtichi litera, eam literam alphabethi ponat, cujus numerus inquiritur. Hæc idcirco majuſculâ formâ expreſſa eſt.

Quodque diſtichon conſtat quatuor verſibus.

Verſus primi litera initialis, alphabeti duntaxat literam ſignificat, de cujus numero quæritur: ſecundæ autem & tertiæ vocis literæ capitales, millenarios numeros denotant.

Verſus ſecundi literæ initiales, reliquos numeros exprimunt, centenarium, denarium & monadicum. Prima autem ſi ſit ex duplicibus מנצפך, tunc centenarium ſignificat ſuæ finalis, quæ idcirco ipſi ad latus ſemper appoſita eſt, nempe ך 500, ם 600, ן 700, ף 800, ץ 900, ut ipſarum finales.

Verſus tertius & quartus continent quisque vocem quandam

quandam, quæ verſum biblicum ſub quoque verſu poſitum, indicat, quam idcirco diverſo charactere in Latino expreſſimus. Hi verſus biblici eo fine adducti ſunt, ut eundem numerum, quem literæ antea ſignificarunt, integris vocibus exprimant. Utriusque autem verſus numeri inter ſe addi debent ad totum numerum conſtituendum. Hoc totum ut clariùs intelligatur, cujusque literæ numerum juxta ordinem carminis, nudè proponemus deinde ſubjectos locos biblicos explicabimus.

א 42377. Nempe prima litera vocis אהל literam alphabethi per ſe denotat. Sequentium duarum vocum, מִכּוֹן בְּנֵי literæ initiales conjunctæ מ"ב, quadraginta duo millia ſignificant. Secundi verſus literæ initiales ſunt ש"עז, quæ valent 377. Hi duo conjuncti, ſuperiorem numerum ponunt. Eundem numerum verſus duo biblici ſubjecti, comprehendunt. Primus כָּל הַקָּהָל, Tota hæc congregatio erat quadraginta duorum millium, trecentorum & ſexaginta, Nehem. 7. 66. Hunc verſum notat vox הַקָּהָל tertii hemiſtichii. Alter, וּלְזֶבַח הַשְּׁלָמִים Et pro ſacrificio pacificorum boves duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque Num. 7. 17. Horum duorum verſuum numeri conjuncti, ſuperiorem numerum literæ א præciſè comprehendunt nempe 42377. Sic omnes deinceps literæ examinandæ ſunt.

ב 38218. Num. 1. 37, Numerati eorum ex tribu *Benjamin*, quinque & triginta millia, & quadringenti. Neh. 7. v. 11, Filii *Pachat*, Moab filiorum Jeſchua Joab, duo millia octingenti & octodecim.

ג 29537. Numer. 3. 39, *Omnes numerati* Levitarum, quos numeravit Moſes & Aharon juxta ſermonem Domini per familias ipſorum, omnis maſculus à filio menſis & ſuprà, duo & viginti millia, Eſræ 2. 65, *Præter* ſervos eorum & ancillas eorum, ſunt ſeptem millia, tre-

centi

centi triginta & ſeptem, erantque eis cantores & cantatrices ducenti.

ד 32530. 1.Chron.12.35, *Et è Danitis* inſtructi ad bellum, viginti octo millia ſexcenti. Nehem.7.38, Filii Senaa, ter mille nongenti triginta.

ה 47754. Num.1.21, Numerati eorum è tribu *Ruben* quadraginta ſex millia quingenti. Nehem.7.34, Filii Elam mille ducenti quinquaginta quatuor.

ו 76922. Num.1.27, Numerati eorum è tribu *Juda* ſeptuaginta quatuor millia ſexcenti. Nehem.7.17, Filii *Aſgad* duo millia trecenti viginti duo. Nota ש hîc idem valet in numero quod ס, 60.

ז 22867. 1.Par.12.30, E filiis *Ephraim* viginti millia octingenti valentes robore. Neh.7.19, Filii *Begvai* duo millia ſexaginta ſeptem.

ח 23447. Num.26.14, Hæ ſunt familiæ de ſtirpe *Schimeon* viginti duo millia ducenti. Nehem.7.41, Filii *Paſchur* mille ducenti quadraginta ſeptem.

ט 11052. 2.Par.25.12. Decem millia *virorum* captivos ceperunt filii Jehudæ, Neh.7.40, Filii *Emer* mille quinquaginta duo.

י 66420. Eſræ 2.69, Auri drachmas ſex myriadas & mille, & argenti pondo quinquies mille, & tunicas ſacerdotum centum. Nehem.7.35. Filii *Harim* trecenti viginti.

כ 37272. Num.31.38, *Et de bobus* triginta ſex millia, portio eorum pro Domino, ſeptuaginta duo. Cant.8. v.12, Vinea mea coram me eſt: mille tibi ſunt, ô Salomon, & ducenti his qui cuſtodiunt fructum ejus.

ב 10981. 2.Par.25.12, Decem millia virorum captivos ceperunt filii Jehudæ. Eſræ 2. v.66, *Equi eorum* ſeptingenti triginta ſex; muli eorum ducenti quadraginta quinque.

Digitized by Google

ל 41517. Num. 1. 33. Numerati eorum de ſtirpe *Ephraim* quadraginta millia quingenti. Neh. 7. 42. Filii *Charim* mille ſeptendecim.

מ 52805. Num. 1. 25. Numerati è ſtirpe *Gad* quadraginta quinque millia ſexcenti quinquaginta. Eſr. 2. v. 67. *Cameli* eorum quadringenti triginta quinque: aſini ſex millia ſeptingenti viginti.

מ 24973. Num. 25. 9. Et *fuerunt mortui* plagâ illâ viginti quatuor millia. Eſr. 2. 36. Sacerdotes filii Jedaja domui Joſchua nongenti ſeptuaginta tres.

נ 32977. Num. 1. 35. Numerati eorum de tribu *Menaſſe* triginta duo millia ducenti. Geneſ. 5. 31. Et fuerunt omnes dies *Lemech* ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem.

ן 8719. Numer. 4. 48. Et fuerunt *numerati eorum* octo millia quingenti octoginta. Eſr. 2. 42. Filii *Janitorum* filii Sallum, filii Ater, Filii Talmon, filii Akuf, filii Chatita, filii Soba, omnes centum triginta novem.

ס 13580. Pſalm. 60. 2. *Cum rixaretur* cum Aram naharaim, & cum Aram Soba, & reverſus eſt Joab, & percuſſit Edom in valle ſalis, duodecim millia. Nehem. 7. 70. *Nonnulli* è principibus dederunt in opus: Tharſata dedit in theſaurum auri drachmas mille, crateras quinquaginta, tunicas ſacerdotum triginta & quingentas.

ע 20175. Ezech. 48. 18. Et quod reliquum fuerit *in longitudine* è regione oblationis ſanctæ, decem millia ad orientem, & decem millia ad occidentem. Gen. 25. 7. Et iſti ſunt dies annorum vitæ *Abrahami* quos vixit, centum anni & ſeptuaginta quinque.

פ 20750. Ezech. 48, 35. Per *circuitum* octodecim millia. Numer. 4. verſ. 36. Et fuerunt numerati eorum

per

per familias ſuas duo millia ſeptingenti quinquaginta.

פ 1975. Exod. 38. 28. Et ex *mille* & ſeptingentis & quinque & ſeptuaginta ſiclis fecit uncinos columnis. 1. Par. 12. 32. Et de filiis Iſaſchar periti & intelligentes, ad ſciendum quid facere deberet Iſrael, principes eorum ducenti, & omnes fratres eorum erant ad nutum eorum.

ץ 16950. Num. 31. 46. Et *animæ* hominum ſedecim mille. Geneſ. 9. 29. Et fuerunt omnes dies *Noa* nongenti quinquaginta anni, & mortuus eſt.

צ 4874. Ezech. 48. 30. Hi ſunt *exitus* civitatis à plaga aquilonari quatuor millia quingenti. Eſr. 2. 4. Filii *Schophatja* trecenti ſeptuaginta duo.

ק 22972. 1. Par. 12. 30. *Et ex filiis Ephraim* viginti mille, octingenti. Eſr. 2. 3. Filii *Parhos* Bis mille centum ſeptuaginta duo.

ר 22147. Pſal. 68. 18. *Curruum* Dei duæ myriades, (id eſt, viginti millia:) Dominus cum illis eſt, Dominus Sinai in ſanctuario habitans. Geneſ. 47. 28. Et vixit *Jacob* in terra Ægypti ſeptendecim annos, & fuerunt dies Jacobi anni vitæ ejus centum quadraginta ſeptem.

ש 32148. Num. 31. 35. Et animæ hominum è *mulieribus*, quæ non cognoverunt maſculum, omnes animæ triginta duo millia. Neh. 7. 44. *Cantores* filii Aſaphi centum quadraginta octo.

ת 36140. Num. 31. 44. *Et boves* triginta ſex millia. Job. 42. 16. Et vixit *Job* poſt hoc centum quadraginta annos, & vidit filios ſuos & nepotes ſuos quatuor generationibus.

ת 23203. Num. 3. 43. Et fuit omnis primogenitus maſculus ſecundum numerum nominum à filio menſis & ſuprà, ſecundum numeratos eorum, viginti duo mil-

Digitized by Google

lia ducenti ſeptuaginta tres. Geneſ. 5. 5. Et fuerunt omnes dies *Adami*, quibus vixit nongenti triginta anni, & mortuus eſt.

[Summam horum univerſam ſupputavit Schikhardus, in Bechinath happeruſchim, & reperit 815280. qui numerus, an de ſola Lege accipiendus, an de univerſis Bibliis, inquirunt alii. Illud probabilius, quàm hoc. R. Joſeph del Medico, Cretenſis ſcribit: רבותינו אמרו יש ס׳ רבוא אותיות לתורה כר״ת ישראל שהוא סוף התורה וכמו שיש ס׳ רבוא נשמות לישראל ולחשבון ר״ס הם קרוב לפ׳ רבוא ולא הבינותי פירושם וה׳ יאיר עינינו בביאת גואלנו אמן *Rabbini noſtri dicunt; Sexaginta ſunt myriades Literarum Legis* כר״ת ישראל, *quod eſt finis, ſeu ultimum vocabulum Legis, & ſicut ſunt ſexaginta myriades animarum Iſraelis. Juxta ſupputationem R. Saadiæ ſunt* 80. *circiter myriades. Quomodo hoc ſit intelligendum, & hæc concilianda, ego non aſſequor. Deus illuminet oculos noſtros in adventu Meſſiæ Redemptoris noſtri! Amen!*]

Quicquid ſit, ex illis tamen luculenter perſpicitur, quanta horum hominum fuerit induſtria, quam laborioſum ſtudium, quantusque zelus, ut integritatem Scripturæ in omnem poſteritatem vel in minimo apice inviolatam conſervarent.

Sequitur nunc, ut de cauſa formali etiam quædam dicamus.

CAPVT XIX.

De Forma Maſoræ.

FOrma & methodus Maſoræ, qualis hodie eſt in libris impreſſis, non eadem eſt, quę fuit olim in manuſcriptis. Nam ad Biblia ſive ſeparatim, ſive ad textum ſparſim, hic labor primitùs non fuit aſcriptus, ſed in ſeparata

parata folia & in libros ſeparatos, quos docebant & explicabant in Scholis publicè, ut omnes Artis hujus Maſorethicæ uſum intelligerent, ac modum perciperent accommodatiſſimè, quo textum ſacrum Scripturæ ſacræ ab omni corruptione conſervarent inviolabiliter. Etenim materia Maſoræ longè erat amplior & copioſior, longeq́ue uberior & fertilior, quàm ut vel margo Bibliorum, vel ulla area, locus capacior & patentior eam capere potuiſſent, tum etiam quòd longè commodiùs & utiliùs, ex libris ſeparatis ad Biblia applicari, cum notatis locis conferri, à pluribus fructuoſiùs legi, intelligi & uſurpari ſic potuerit. Hæc indicavit Elias Præfat. tertiâ libri ſui Maſoreth, circa finem, ubi ita ſcribit:
וְגַם מַה שֶׁנִּמְצָא כָּתוּב בְּגִלְיוֹנוֹת הַסְּפָרִים אֵינוֹ אֶלָּא קִצּוּר
מֵהַמָּסֹרָה הַגְּדוֹלָה כִּי וַדַּאי בַּעֲלֵי הַמָּסוֹרֶת לֹא כָתְבוּ דִבְרֵיהֶם סָבִיב
הַגִּלְיוֹנוֹת כִּי קָצַר הַמַּצָּע מֵהִשְׂתָּרֵעַ וְהַיְרִיעָה קְטַנָּה מֵהָכִיל אֶת־כָּל־
דִּבְרֵיהֶם׃ אַךְ כָּתְבוּ דִבְרֵיהֶם קוּנְטְרֵס קוּנְטְרֵס וְלִמְּדוּם בָּרַבִּים
וְנִתְפַּשְּׁטוּ הָעֲתָקוֹת הָהֵם הֵנָּה וָהֵנָּה׃ id eſt, *Præterea quod reperitur ſcriptum in marginibus librorum,* (biblicorum) *non eſt niſi compendium ex Maſora magna. Conſtat enim authores Maſoræ non ſcripſiſſe verba ſua circa marginem, cùm brevius ibi fuerit ſtratum, quàm ut extendere ſe in eo poſſent, & cortina minor, quam ut continuiſſet omnia verba ipſorum, ſed ſcripſerunt iſta in ſeparatos quaterniones ſive ſeparata folia, docueruntq́, ea publicè, donec diffunderentur exemplaria iſta ultrò citroq́, inter plurimos.* Quippe adeo læta, adeo fertilis luxurianſq́; in hoc campo proveniebat ſeq́; oſtentabat, ſeges, ut per complures animos, immò ætates & ſecula integra in meſſem finitam propagaretur & excreſceret, cujus latitudo in immenſo permanſit, nec dum in hunc diem finem perfectum conſecuta eſt. Id innuit Elias in Præfat. prima rhythmica prædicti libri Maſoreth, ubi ait:

שׂוּם שֵׂכֶל הֵבִין בְּמִקְרָא	*Appoſuit* (Eſra) *ingenium intellexit Scripturam*
בִּכְתִיבָה זוּ הַמְאוּשֶׁרֶת	*Scripturam hanc ſacratam*
קוֹצִים כִּלָּה מִכָּל מִלָּה	*Spinas ſuſtulit ex omni dictione*
הֶחֱזִיר אֶל יוֹשְׁנָהּ הָעֲטָרֶת	*Reſtituit priſco nitori coronā* (Legis)
אַחֲרָיו לַאֲלָפִים וּרְבָבוֹת	*Poſt eum ad millia & myriadas*
עָשׂוּ מִשְׁמָר אֶל מִשְׁמֶרֶת	*Fecerunt cuſtodiam ad cuſtodiam.*

id eſt, Eſra Sacerdos & Doctor, Scribarum pater, mater Bibliorum & Maſoræ, primus Maſoram incepit, reſtituendo veram & genuinam ejus lectionem & omnem varietatem in ea diligenter annotando; poſt eum verò innumeri alii cæptam ab ipſo Maſoræ telam pertexuerunt, novas obſervationes & Notas addendo. Et Præfat. tertiâ ejuſdem libri: וְהָאֱמֶת כִּי בַּעֲלֵי הַמָּסוֹרֶת הָיוּ לְמֵאוֹת וְלַאֲלָפִים דּוֹר אַחַר דּוֹר כַּמָּה שָׁנִים וְלֹא נוֹדַע לָנוּ זְמַן הַתְחָלָתָם גַּם זְמַן הַתְמָתָם׃ id eſt, *Veriſſimum eſt, authores maſoræ fuiſſe, quaſi centenos & millenos in ſingulis generationibus per annos multos, etſi non conſtet nobis de tempore principii aut finis ipſorum.* Et paulò poſt: וְהִנֵּה דַע לְךָ כִּי הַמָּסֹרָה הַגְּדוֹלָה הַנִּמְצָאָה כִּמְעַט אֵין לָהּ קֵץ וְהָאֱמֶת שֶׁשִּׁעַרְתִּי אֲנִי שֶׁאִם הָיוּ כָּל דִּבְרֵי הַמָּסוֹרֶת הַגְּדוֹלָה אֲשֶׁר רָאִיתִי אֲנִי בְּיָמַי כֻּלָּם כְּתוּבִים וּקְשׁוּרִים יַחַד עַל סֵפֶר יִרְבֶּה כַּמּוּתוֹ כְּכַמּוּת כָּל הָעֶשְׂרִים וְאַרְבַּע׃ id eſt, *Scito præterea, quod Maſora magna quæ extat, propemodum infinita eſt, & ut ego exiſtimo, quòd ſi omnia verba Maſoræ magnæ, quæ ego vidi diebus meis, conſcriberentur & ligarentur pariter in unum librum, excederet quantitas ejus quantitatem univerſorum bibliorum.* Cæterùm hanc primam fuiſſe Maſoræ formam in ſeparatos libros conſcriptam, docent etiamnum hodie antiquiſſima ejus in pergameno manuſcripta exemplaria, quæ apud Judæos viſuntur, & quibus ſub principium ſuperioris ſeculi uſus fuit R. Jacob ben Chajim, qui impreſſam Maſoram in Bibliis Venetis

Digitized by Google

Venetis majoribus, ex iis in hodiernam formam collegit. Talibus etiam Elias Levita ſe uſum eſſe fatetur, cùm librum ſuum Maſoreth conſcriberet: tale etiam eſt Exemplar Bibliothecæ Palatinæ, in quo utraq; Maſora ſeparatim in libros biblicos deſcripta eſt.

Ne verò ipſe textus biblicus omni planè Maſorâ ejusque uſu in univerſum deſtitueretur, extraxerunt iidem Maſoræ authores ex magno iſto ſuo Maſoræ Opere Notas breviſſimas, quæ partim per nudas literas numerum exprimerent, quoties vox aliqua extaret, partim per voces à fine decurtatas, partim per Signa ſive Abbreviaturas, quaſi nutu mentem majoris Maſoræ ſignificarent, partim denique per ſymbola peculiaria, in lingua Syro-Hieroſolymitana propoſita, quæ quaſi ænigmaticè loca ſive verſus indicarent, quibus vox aliqua ſæpiùs occurrebat. Ad quam autem ſive quas voces in textu hæ Notæ referri deberent, ſuper eas circulum in textu aſcripſerunt: ſi ad duas pluréſve voces conjunctim referenda Nota eſſet, tunc circulum poſuerunt ad medium iſtarum vocum. Hæ Notæ laterales à poſteris vocatæ fuerũt מָסֹרָה קְטַנָּה *Maſora parva ſive minor.* Elias Præfat: 3. circa finem ait: אֲבָל בְּגִלְיוֹנוֹת שֶׁבְּצִדְדֵי הַסְּפָרִים וּבֵין הָעַמּוּדִים כָּתְבוּ הָרְמָזִים וְהַסִּימָנִים וּסְכוּם הַמִּלּוֹת וְהָעִנְיָנִים בְּקִצּוּר מוּפְלָג. בְּרָאשֵׁי תֵּיבוֹת וּבְנוֹטָרִיקוֹן וְהוּא הַנִּקְרָא מָסֹרָה קְטַנָּה׃ *Aſt in marginibus, qui ad latera librorum biblicorum & inter columnas ipſas, ſcripſerunt indicia & ſigna & numerum dictionum & rerum, brevitate miranda per abbreviaturas & Notariacum, & id vocatur Maſora parva.*

Quum autem Maſora magna publicè innoteſcere cœpiſſet, & exemplaria ejus in plurimis locis, diverſa plurimaque extarent, factum ut ſcribæ librorum biblicorum, ſcientiâ maſorethica tumidi & ſuperbientes (ut na-

(ut natura gentis Judaicæ ſemper fuit & etiamnum eſt ſibi placens', & de ſuis virtutibus glorioſiſſima) cæperint Maſoram particulatim ſingulis paginis librorum biblicorum aſcribere, nõ tam boni publici cauſâ, quàm ut ſcientiam ſuam inanibus bullis in publicum proflarent, & externam ſcripturæ ſuæ ſpeciem variis figuris, imagunculis & floſculis exornatam, populo oſtentarent, & liberaliori argento emungerent. Ferè autem nonniſi tres lineas ſupra textum, & totidem infrà ſcripſerunt, aliquando etiam quædam ad latera, appoſuerunt prout illud materiæ neceſſitas, cohærentia & prolixitas requirebat, ſicut illud adhuc hodie in antiquis manuſcriptis viſitur, & in impreſſis quoque communiter id obſervatum cernitur. Hoc ipſo autem infinitos errores in Maſoram introduxerunt, cohærentia divellendo, diverſa uniendo, nativa unius loci in alienum ſolum tranſplantando, detrahendo, addendo, commutando, ut Elias Levita id optimè animadvertit, & nos id nunc Caſtigationibus noſtris manifeſtè comprobamus. Sed fidei melioris cauſâ audiamus ipſum Eliam loquentem. Is in præfatione ſecunda rhythmica ſic ſcribit:

חוּץ מִמָּה שֶׁנִּרְשָׁם	*Excepto eo, quod inde ſignatũ eſt*
זְעֵר שָׁם זְעֵר שָׁם	*Parum hîc, parum illic*
סָבִיב הַסְּפָרִים בְּגִלְיוֹנוֹת	*Circa librorum margines (biles.*
וּבָהֶם חֶסְרוֹן לֹא יוּכַל לְהִמָּנוֹת	*In quib. defectus ſunt innumera-*
כִּי הַסּוֹפְרִים הֵזִידוּ	*Etenim ſcribæ ſuperbientes*
וְעַל הַמָּסוֹרֶת לֹא הִקְפִּידוּ	*De Maſora parum fuerunt ſoliciti*
רַק עִקַּר חֲשִׁיבוּתָם	*Sed principalis cura ipſorum fuit*
לְיַפּוֹת אֶת כְּתִיבָתָם	*Decorã efficere ſcripturam ſuam*
וּלְכַוֵּן אֶת הַשּׁוּרוֹת	*Et rectas facere lineas*
שֶׁלֹּא יְשַׁנּוּ אֶת הַצּוּרוֹת	*Ut non mutarẽt formas (paginis:*
וְתִהְיֶנָה שָׁווֹת מִכָּל הַדַּפִּין	*Sed ut eſſent æquales in omnibus*
וְעוֹד אוֹתָן מְיַפִּין	*Immo etiam ut eos exornarent*
בִּתְמוּנוֹת וְצִיּוּרִים	*Imaginibus & figuris*

בסכסוכין

בְּסְכְסוּכִין וְקִשּׁוּרִין	*Implicationibus & corollis*
וּבְצִיצִים וּבִפְרָחִים	*Floribus & floſculis*
וְעַל כֵּן הֵם מוּכְרָחִים	*Hinc factum ut coacti fuerint,*
לִפְעָמִים לְקַצֵּר	*Quandoque abbreviare,*
וְלִפְעָמִים לְבַצֵּר	*Quandoque munire*
חוֹמוֹת הַצִּיּוּרִים	*Muros* (margines) *figurarum*
בִּדְבָרִים הָאֲמוּרִים	*Rebus jam dictis*
בִּמְקוֹמוֹת אֲחֵרִים	*In locis aliis*
וְהֵם פֹּה יְתֵרִים	*Quæ hic erant ſuperflua*
וְאֵין כַּאן מְקוֹמָם	*Nec fuerat hic locus eorum,*
וְלִפְעָמִים רִשּׁוּמָם	*Interdũ quoq; fuit notatio eorum*
בְּמָקוֹם הָרָאוּי לֹא נֵכָר	*In loco convenienti, non alieno:*
וְלֹא זְכָרוּם כְּלַל וְעִקָּר	*Interdum non cõmemorarunt illa ullo modo*
כִּי הַמָּקוֹם לֹא הִסְפִּיק	*Quòd locus non eſſet ſufficiens*
וְהוּצְרְכוּ לְהַפְסִיק	*Unde coacti fuerunt ſubſiſtere*
בְּאֶמְצַע הָעִנְיָן	*In medio totius negotii (illud*
וְלֹא נִשְׁלַם הַבִּנְיָן.	*Sic itaq; non fuit completum opus*
וְחִסּוּרֵי מְחֻסָּרִים.	*Sed defectibus accumulatum.*

Et Præfatione tertiâ: וְהַסּוֹפְרִים כּוֹתְבֵי סִפְרֵי הַמִּקְרָא לָקְטוּ מֵהֶם אִישׁ כָּל הַיָּשָׁר בְּעֵינָיו וּכְתָבוּם סָבִיב הַגִּלְיוֹנוֹת לְמַעְלָה וּלְמַטָּה יֵשׁ הֶאֱרִיךְ וְיֵשׁ קִצֵּר לְפִי גּוֹדֶל כְּרֵךְ הַסֵּפֶר וְקַטְנוּתוֹ: id eſt, *Scribæ autem qui deſcribebant libros biblicos, excerpſerunt quiſque quod ſibi rectum videbatur, conſignantes illud circumcirca in marginibus ſuprà & infrà, hic prolixè, alter breviter, juxta magnitudinem compacturæ libri & parvitatem ejus.*

Sic Maſora primùm in ſeparatis libris conſignata, poſtmodum verò per partes à Scribis ad textum aſſcripta fuit, ſed confuſè & defectè, in qua forma ſubſtitit, uſque ad publicam impreſſionem, quam ſingulari ſtudio & ingentibus ſumptibus ſub initium ſuperioris ſeculi inſtituit magnus ille, & omnium aliorum diligentiam in excudendis Hebraicis libris ſuperans, DANIEL

BOMBERGUS, Typographus Venetus. Is enim mox poſt primam impreſſionē Bibliorum Hebraicorum in folio majore à Felice Pratenſe adornatū, cogitavit eandem pluribus commentariis & Maſorâ locupletare. Ad id conduxit perdoctum Hebręum Afrum Tunetanum, cujus nomen R. Jacob ben Chajim, qui tunc Venetiis exul erat, eique Maſoræ adornandæ, & in commodum ordinem diſponendæ curam; quanto potuit ſtudio commendavit. Hic ergo Hebræus conquiſitis per Bombergum magno pretio variis Maſoræ manuſcriptis libris, ingenti labore, ſtudio immani & vigilantiā horribili, Maſoram magnam ex tanta confuſione, in eum ordinem, quē in hodie impreſſis libris videmus, digeſſit, & ad textum ſingularum paginarum diſpoſuit. Induſtria quidem hominis & diligentia neutiquam improbanda, quòd tantam adhibuerit, quantam in re tam difficili, intricata ac confuſa materia potuerit, judicium tamen & meliores animi conatus rei difficultas & moleſtia ſæpè vicit, ita ut & in hoc labore innumeri errores permanſerint, quorum magnam partem hac noſtra editione correximus.

Cæterùm ordo & forma Maſoræ in impreſſis Bibliis Venetis talis hodie cernitur.

Maſora duplex: *Magna* & *Parva*.

Maſora magna eſt, quæ totam Criticen comprehendit, cum plena locorum Scripturę enumeratione, quam quæque Nota Critica ſuo numero deſignat, & Hebræis dicitur מָסוֹרָה גְדוֹלָה vel מְסֹרָה רַבְּתָא. Hæc vel ſeparatim extra textum Scripturæ in fine Bibliorum, vel conjunctim cum ipſo textu in ſuperiore vel inferiore margine ejus proponitur. Quæ in fine Bibliorum eſt, *Maſora finalis*, Hebraicè מָסֹרָה אַחֲרִיתִי appellatur; quæ ad textum, *Maſora textualis*.

Maſora magna finalis ordine alphabetico procedit, propoſitis

propoſitis vocibus, prout à duabus primis in Radice ſua literis incipiunt. Priùs tamen in unaquaque alphabeti litera generalia & communia quædam proponuntur, quæ duntaxat ad iſtam literam ejuſque affectiones communes ſpectant. Deinde progreſſus fit ad voces ipſas, quæ à quaq; alphabeti litera incipiunt ſecundùm formam Radicis, etſi ſæpè hîc ſit peccatum, vocibus quibuſdam non ſecundùm formam Radicis, ſed ſecundùm formam derivativam in aliena litera propoſitis.

Generalia & communia alicujus alphabeti literæ ſunt, veluti in litera א primò proponitur Alphabetum literarum majuſcularum, id eſt, catalogus vocum, in quibus litera aliqua figurâ majuſculâ expreſſa legitur, quæ ordine alphabetico recenſentur in veſtibulo libri chronicorum. Mox ſubjicitur Alphabetum literarum minuſcularum, id eſt, vocum, in quibus litera aliqua figurâ minori, quàm communis eſt, reperitur, quarum loca biblica proponuntur. Hîc verò obſervandum, in locorum recenſione nunquam proponi librum vel caput, in quo locus iſte legitur, ſed ſimpliciter verba quædam ex verſu exprimuntur, in quo vox iſta extat, de qua quæſtio eſt. Locorum autem ſedes nativa ex Concordantiis Hebraicis inveſtiganda eſt. Tertiò proponitur Alphabetum vocum, quarum prima incipit ab אא, ſecunda ab אב, tertia ab אג, quarta ab אד, quinta ab אה, & ſic per ordinem totius alphabeti, quæ voces nunquam ſic in Scriptura aliàs occurrunt. Quartò, ſeptendecim voces ſingulares, quæ inſolenter proferunt א: è contrariò ſedecim voces, quæ א præter morem non proferunt, & ſic plurima alia. Poſtea fit progreſſus ad voces ipſas ſecundùm formam Radicis, ex qua duæ primæ literæ formâ majuſculâ plerunque in media columna proponuntur, veluti אב, אג, אד, אה, & ſic deinceps, & ſi per incuriam non ſemper id factum

ſit, quod tamen ſi poſteritas correxerit; rectè fecerit. Nos inter excudendum, feſtinante prælo non omnia animadvertere potuimus. In litera ב in genere proponitur, primò: Viginti novem ſunt voces ſingulares, quæ accipiunt ב ſervile ab initio, nec eſt eorum par, id eſt, non ſæpiùs reperiuntur. Secundò: Undecim paria vocum ſunt, quæ ab initio habent ב ſervile, quarum una eſt Milra, altera Milhel. Tertiò: Quatuor ſunt voces, quæ ſcribuntur ab initio ר, & leguntur cum ר, Quartò: Viginti novem ſunt voces cum ב ab initio, & accentu Paſer, & cæt. In litera ג ſcribitur, primò: Tria ſunt paria vocum ſingularium, ſive earundem, quarum prima ſimpliciter incipit à 'ג, altera à 'בג, veluti גָּרֹן & בְּגַרֹן, & ſic deinceps.

Poſt ordinem alphabethicum Maſoræ hujus finalis, aſperſa ſunt quædam miſcellanea, quæ Collectori hujus Maſoræ Jacobo Chajim inter laborandum, ſine dubio, exciderant, quæ tamen in poſterum ipſi corpori Maſoræ ſuis locis commodè inſeri poterunt. Deinde ſequitur catalogus vocum, in quarum lectione diſſentiebant duo magni Academiarum Judaicarũ Rectores, Ben Aſcher & Ben Naphtali, quorum ille magiſtratum geſſit in terra Iſraelis, hîc in regno Babyloniæ. De his nos alibi. Tum ſequuntur voces, in quarum lectione differebant מדנחאים *Maddinchaim* i.e. Orientales Judæi, h.e. Babylonii, & מערבאים *Maarvaim*, id eſt, Occidentales, hoc eſt, Judæi in terra Iſraelis, quæ Babyloniæ erat occidua. Poſtremò adjecta eſt שַׁעַר הַנְּגִינוֹת *Porta accentuum*, id eſt, Aditus brevis & illuſtris in univerſam doctrinam accentuum. Tale eſt corpus Maſoræ magnæ finalis.

Maſora magna textualis eſt, quæ textui biblico cujusque folii aſperſa, ejus præcipuas quaſdam voces recenſet. Occupat autem ſpacium proximè ſupra & infra textum, & quandoque ad latus, ubi gloſſa Rabbinica deficit.

ficit. Loca biblica & hîc non ſemper adducuntur, ſed ſæpè in alium locum, aut ad Maſoram finalem remittuntur. Maſoræ, quæ circa primam vocem cujusque libri majuſculam, in quadrangularem figuram diductæ, proponuntur, non ſemper ad iſtius paginæ textum pertinent, ſed ſæpè continent generalia & communia quædam, elegantiæ & decoris causâ magis, quàm neceſſitatis ratione, principium libri occupantia.

Maſora parva eſt, quæ literis numeralibus, vocibus decurtatis & ſymbolicis, ad latus textus, breviter & ſuccinctè deſcribitur. Locorum hîc recenſio nulla eſt, niſi quando vox aliqua bis occurrit, quod per literam ב׳ deſignatur, tunc alter locus unâ alterave voce literæ ב׳ adjunctâ, indicatur. Major numerus quandoque ſententiâ ſymbolicâ explicatur, & quidem linguâ Chaldaicâ, ubi ſingulæ voces ſingula loca biblica denotant, quæ in Maſora magna adducuntur. Cætera, quæ magis ſpecialia ſunt, in CLAVI MASORÆ infrà declarabuntur.

CAPUT XX.

De Fine Maſoræ.

UT nihil tam utile & laudatum, nihil tam perfectum & numeris ſuis abſolutum eſt, quod non iniquos cenſores, immò & contemptores habeat, maximè verò ignorantes & imperitos, ſic Maſoræ huic accidit. Nam & hæc inter ipſos Hebræos, aliis celebrata, aliis ſpreta & contempta fuit. Unde eſt quod in libro כוזרי *Coſri*, Orat. 3. Sect. 31. ſcriptum legitur, his verbis; הֲתִרְאֶה שֶׁמַּעֲשֵׂיהֶם בָּזֶה לָרִיק וְלַבַּטָּלָה אוֹ הִשְׁתַּדְּלוּת בְּדִבְרֵי חוֹבָה הָיָה id eſt, *Num vides* [h. e. num videtur tibi] *quòd opus ipſorum* (Scribarum & Maſoretharum) *in hac re fuit inane & ſupervacuum aut occupatio in re culpabili & inutili?* [He-

braicè או בדברי חובה quod ego melius reddi puto, *aut in rebus officii, debiti*? Nam primò disjunctiva *aut*, indicat illum de rebus duabus contrariis quærere quam non probabiliorem exiſtimat? hanc an illam? ut reſponſum, quale quæſivit, inde eliceret: *deinde* hæc ſignificatio vocis חובה eſt frequentiſſima. Significat non ſemper *Culpam*, vel *Reatum*, ſed *Debitum, Officium*, quod quis debet facere. Sic dicunt מה חובתי *Quid eſt officii mei? Quid debeo facere*? Item, תפלה ערבית רשות או חובה *Precatio veſpertina an eſt arbitraria, an verò ex debito*? חובת הלבבות *Officium cordium.* Liber quidam ſic nominatus.] Tales plures fuiſſe, qui ctemptim de Maſora judicarint, Commentator in hunc locũ ibidem ex Ephodeo monet, qui in Præfatione ſua ita ſcribit: רַב הַחֲכָמִים שֶׁרָאִיתִי וְשָׁמַעְתִּי מַפְתִּיתִים וּמַבְהִילִים וּמְגַנִּים אֶת הַחֲקִירָה הַזֹּאת הַמְיוּחֶסֶת לְסוֹפְרִים וְהִרְבִּיעַ הַמַּשִׁילָם לְמִי שֶׁמּוֹנֶה הֶעָלִין וְהַדַּפִּין לְסִפְרֵי הָרְפוּאָה כִּי לֹא יֶהְגֶּה מִכָּל זֶה מָזוֹר וְלֹא הִשְׁקִיף לְכַוָּנָה זוֹ וְהַנָּבִיא הָאֲשִׁים הַמַּבְהִילִים הָאֵלֶּה אָמַר אֵיכָה תֹאמְרוּ חֲכָמִים אֲנַחְנוּ וְתוֹרַת יְהוָה אִתָּנוּ אָכֵן הִנֵּה לַשֶּׁקֶר עָשָׂה עֵט שֶׁקֶר סוֹפְרִים : עד כאן : id eſt, *Multi ſapientes, quos vidi & audivi, traducunt, deſpiciunt & contemnunt ſtudium hoc Scribarum* (Maſoretharum,) *Quin & ſapiens R. Aben Eſra aſſimilat eos numeranti folia & paginas librorum medicinalium, qua re non ſanatur ullum vulnus. At non attendit ad id, quòd propheta redarguit vanos hoſce contemptores, ubi ait: Quomodo dicitis: Sapientes nos ſumus, & lex Domini penes nos eſt: certè mendaciter agit calamus, mendaciter agunt ſcribæ*, Jer. 8. 8. Hucuſque ibi. Hancce cavillam Aben Eſra non ex ſuo, ſed aliorum irriſorum profert animo. Longè alia ipſius de Maſorethis fuit mens, quæ mox producetur. Inquirendum, ergo & probè cognoſcendum fuerit, quo læto Numine, quo conſilio & quò fine tot volvere caſus inſignes doctrinâ & prudentiâ viri voluerint, quid ipſos tot labores ſubire impulerit, quid

tantam

tantam molem certis numeris diſtinguere cõmoverit. Sic utique certiùs patebit, utrum his an illis juſtior laudandi reprehendendive cauſa & occaſio fuerit. Ut autem punctorum vocalium & accentuum ad textum ſacrum Hebræum additio non ob aliam cauſam inſtituta fuit, quàm ut certa, conſtans & invariata textus ſacri lectio in æternum conſtaret, ſic poſtea ſingularum & conjunctarum vocum juxta eandem vocalium & accentuum rationem non rarò etiam juxta ambiguam ſignificationem diſtinguendam, cenſura & dinumeratio, non alio fine ſuſcepta, quàm ut eadem conſtans lectio perpetuò conſervaretur, nec ulli ulla unquam occaſio foret, vel vocem aut literam minimam in textu alterandi, commutandi, addendi vel ſubtrahendi. Quicunque enim id tentare, aut præſumptuosè aut religiosè in animum induxiſſet, illicò manifeſtâ & expreſſâ Maſoretharum cenſurâ convictus & repreſſus fuiſſet, ut ex ſequentibus manifeſtum fiet Hunc ergo finem doctiores & ſaniores Hebræi optimè notarunt, Maſoram ſcil. fidum textus ſacri eſſe præſidium & ſeptum, in eum finem ipſi circumductum, ut eum contra omnes errores muniret & fortiter vallaret. Huc facit, quod ſapiens Coſri antagoniſtæ ſuo reſpondit, objicienti Maſorethanarum ſtudium fuiſſe בִּדְבָרֵי חוֹבָה in re damnabili aut inutili. *Atqui*, inquit, הִשְׁתַּדְּלוּת בְּדָבָר חוֹבָה עִם שְׁמִירַת הַתּוֹרָה שֶׁלֹּא יִהְיֶה דֶּרֶךְ לְשַׁנּוֹתָהּ *ſtudium in re utili fuit & tali, cum qua conjuncta eſt conſervatio Legis, ne unquam eſſet occaſio quidquam in ea mutandi.* [Vel; *Imò fuit occupatio vel ſtudium in re honeſta, & ad officium ipſorum pertinente*, faciens ad conſervationem Legis, &c.] In eam quoque ſententiam eſt, quod ſapiens Aben Eſra ſcribit in principio libri יְסוֹד מוֹרָא, his verbis: הָאֱמֶת כִּי יֵשׁ שָׂכָר לִפְעוּלוֹת בַּעֲלֵי הַמָּסוֹרֶת שֶׁהֵם כְּשׁוֹמְרֵי חוֹמוֹת הָעִיר כִּי בַּעֲבוּרָם עָמְדָה תוֹרַת יְהוָה וְסִפְרֵי הַקֹּדֶשׁ עַל מְתְכוּנָתָם בְּלִי תוֹסֶפֶת וּמִגְרַעַת, id eſt, *Certè*

merces

merces magna authoribus Maſoreth debetur, qui ſunt quaſi Cuſtodes murorum civitatis: propter eos enim perſtat Lex Domini & libri ſancti in forma ſua abſq; ulla additione aut detractione. [Sic in Præfatione libri, מאזני לשון הקדש, inter eos, qui Sacram Scripturam ſuâ operâ & ſtudio conſervarunt, Maſoretharum ſic mentionem facit; *Claſsis prima poſt Talmudicos fu*[it] שומרי חומות המקרש המעוז מוסד ידי אלהינו אשר לא יכול זר להחריבו · וזה המקרש הם ספרי הקדש ואנשי התורה הם אנשי המסורת שהבדילו מן הקדש *Cuſtodientium muros Sanctuarii fundati manibus Dei noſtri ne ullus extraneus hoc Sanctuarium vaſtare poſsit. Hoc verò* Sanctuarium, *ſunt Libri Sacri: Viri autē hujus Claſsis* (h.e. Cuſtodes iſti) *ſunt Maſorethæ, qui ſepararunt omnem mixturam à Sancto, & numerarunt omnes cives Sanctuarii, ut nullus alienus appropinquaret ad portas juſtitiæ. Benedictus ſit Dominus Deus noſter, qui hanc mentem dedit reliquiis Regni Sacerdotalis ſui, ut ornamentum domus ſuæ!* Ex his apparet, quod Aben Eſræ judicium fuerit, de Maſoretharum operâ, & attendendum, quod eos faciat *Cuſtodes* tantum *Sanctuarii*, & quidem utiles; non autem *Fabros* vel *Artifices*.] Item Elias Levita Orat. 3. libri ſui Hammaſoreth ſcribit his verbis: וְהַכְּלָל כִּי הֵם הֶעֱמִידוּ הַתּוֹרָה וְהַמִּקְרָא עַל עָמְדָם וּבְלִי סָפֵק לוּלֵי בָאוּ כְּבָר כָּלְתָה הַחֲרָרָה וְנַעֲשִׂית הַתּוֹרָה כִּשְׁתֵּי תוֹרוֹת וְלֹא הָיוּ שְׁנֵי סְפָרִים בְּכָל סִפְרֵי הַמִּקְרָא שֶׁהָיוּ מַסְכִּימִים יַחַד כַּאֲשֶׁר קָרָה לִשְׁאָר סִפְרֵי הַמְחַבְּרִים וַהֲלֹא תִרְאֶה כַּמָּה חִלּוּפִים וְשִׁנּוּיִים נִמְצְאוּ בְּתַרְגּוּם אֻנְקְלוֹס ואעפי שֶׁנַּעֲשָׂה עָלָיו סֵפֶר מָסוֹרֶת הַתַּרְגּוּם עַל הַתּוֹרָה אֲבָל אֵינוֹ הוֹלֵךְ בְּדֶרֶךְ הַמָּסוֹרֶת שֶׁל הַמִּקְרָא בְּמִסְפַּר הַתֵּיבוֹת וְהָאוֹתִיּוֹת וְדוֹמֵיהֶן רַק הוּא מוֹנֶה קְצָת מִלּוֹת מְיוּחָדוֹת שֶׁהַתַּרְגּוּם שִׁנָּה לְשׁוֹנוֹ בָּם שֶׁלֹּא כְּמִנְהָג בִּשְׁאָר חַבְרֵיהֶם כְּגוֹן יָדַעְתִּי יא דְּמִתּוּרְגְּמִים יְדַעְנָא וְכָל שְׁאָר יְדַעְית וכו׳ id eſt, *Summa ſit: Illi* (Maſorethæ) *redegerunt Legem & totam Scripturam in formam ſuam ſtabilem, & abſq; omni*

dubio

dubio, niſi ipſi veniſſent, jam conſumpta eſſet placenta & facta fuiſſet Lex quaſi duæ Leges, nec eſſent duo libri inter omnes libros Scripturæ, qui inter ſe concordarent, ſicut aliorum authorum libris accidit. Etenim quot mutationes, quot varietates reperiuntur in Targum Onkelos? etſi verò de iſta re ſcriptus ſit liber quidam, qui vocatur Maſoreth Targum ſuper Legem, tamen is non ſequitur eam maſoram, quæ ſcripta eſt ſuper textum Hebræum ſacræ Scripturæ, in numero dictionum, literarum & ſimilium, ſed numerat duntaxat peculiares quaſdam dictiones, quas Targum diverſimodè reddit, contra conſuetudinem aliarum ſimilium vocum. Exempli causâ, verbum Hebræum יָדַעְתִּי *undecim locis in Targum transfertur per* יְדַעְנָא *Scio ego, & alibi ſemper per* יְדַעִית *Scivi*, & cæt. Plura exempla ſimilia adducit Elias in Præfatione libri ſui Methurgeman, quem vide. Eſt autem יְדַעְנָא Participium præſens cum Pronomine, *Scio ego*, יְדַעִית prima perſona Præteriti kal, ut vel tyronibus hujus linguæ notum. Idem non longè poſt: אַחַר הַמַּעֲשֶׂה אֲשֶׁר עָשׂוּ בַּעֲלֵי הַמָּסוֹרֶת אִי אֶפְשַׁר שֶׁנָּפַל אוֹ שֶׁיִּפּוֹל חִלּוּף אוֹ שִׁנּוּי בְּשׁוּם צַד בְּכָל סִפְרֵי הַמִּקְרָא וְלֹא לְחִנָּם אָמְרוּ רז״ל מָסוֹרֶת סְיָג לַתּוֹרָה וְכֵן דָּרְשׁוּ עַל פָּסוּק אִישׁ חַרְבּוֹ עַל יְרֵכוֹ מִפַּחַד בַּלֵּילוֹת אֵלּוּ הַמָּסוֹרֶת וְהַסִּימָנִים שֶׁלֹּא תִשְׁתַּכַּח תּוֹרָה בְּגָלוּת, id eſt, *Poſt laborem illum, quem præſtiterunt Maſorethæ, impoſſibile eſt, quòd inciderit, aut incidere poſſit in poſterum varietas aut mutatio quædam ullo modo in ullis libris Scripturæ. Non enim fruſtra dixerunt Rabbini noſtri*; Maſora eſt ſepes Legis. *Sic quoq; commentantur ſuper illum verſum:* Cujusque gladius erat ſuper femur ejus propter pavorem in noctibus, Cant. 3. 8. *iſta ſunt Maſoreth & ſigna ejus, ne oblivioni traderetur Lex in captivitate.* Pro confirmatione poſterioris hujus gloſſæ legitur in Commentario רִנַּת דּוֹדִים in eundem hunc verſum, his verbis: Edocti bello) מִלְחָמְתָּהּ שֶׁל תּוֹרָה *Belli Legis.* Cujusque gladius in femore ejus) אֵלּוּ מָסוֹרֶת וְסִימָנִים לְהַשְׁמִיר

גִּרְסָתוֹ בְּיָדוֹ *Illa eſt Maſoreth & ſigna ejus, ad firmandam lectionem in manu ſua.* Propter pavorem in noctibus) פֶּן יָבוֹאוּ עֲלֵיהֶם צָרוֹת וְיִשְׁכָּחוּהָ *Ne ingruentibus in eos calamitatibus, obliviſcantur ejus.* Præterea huc facit, quod R. Jacob Ben Chajim ſcribit in Præfatione ſua in Biblia hæc magna, ubi poſt multa, quibus Maſoræ uſum declaravit, ait: וְאִלּוּלֵי אַנְשֵׁי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה שֶׁהֶחֱזִירוּ הָעֲטָרָה לְיוֹשְׁנָהּ כִּדְכְתִיב וַיִּקְרְאוּ בַסֵּפֶר בְּתוֹרַת הָאֱלֹהִים וכו׳ וְדָרְשׁוּ בִּנְדָרִים פ אֵין בֵּין הַמּוּדָּר וכו׳ הָיִינוּ הוֹלְכִים כְּסוּמִים וּכְמוּכִּים בְּסַנְוֵרִים וְלֹא הָיָה נִמְצָא לָנוּ סֵפֶר שֶׁיִּהְיֶה מוּגָה וְלֹא ס״ת שֶׁנּוּכַל לְהִסָּמֵךְ עָלָיו׃ דִּימְיוֹן זֶה אִם מִלָּה אַחַת הִיא בְּוָיו אוֹ בְּלֹא וָיו כְּגוֹן וְלֹא בְּוָיו אוֹ לֹא בְּלֹא וָיו לֹא הֲוִינַן יָדְעִין לְאוֹכוּחֵי כְּמַאן אִלּוּלֵי הַמָּסוֹרָה בְּהָא דִּכְתָבֵי הַתּוֹסְפוֹת בִּיבָמוֹת ס״פ מִצְוַת חֲלִיצָה וכו׳ i. e. *Niſi fuiſſent viri Synagogæ magnæ, qui reſtituerunt coronam (Legis) priſtino nitori, ſicut ſcriptum eſt: Et legerunt in libro Legis Dei*, & cæt. Neh. 8. *& explicant in libro Nedarim (De votis) capite, Non eſt inter votivum*, & cæt. *fuiſſemus ambulantes ſicut cæci & quaſi percuſſi ſcotomate, nec fuiſſet repertus nobis liber aliquis correctus, neq; liber Legis, cui inniti potuiſſemus. Exempli cauſâ, an eſſet vox aliqua legenda cum Vau aut ſine Vau, ut* וְלֹא *cum* ו *aut* לא *ſine Vau, non potuiſſemus demonſtrare quomodo ſe id haberet, niſi fuiſſet Maſora, ſicut notant Additiones Talmudicæ in libro Jevamoth, in fine capitis, & Mizvath chalitza*, & cæt. Suprà ex hujus authoris & aliorum Hebræorum ſententia demonſtratum eſt, Viros Synagogæ magnæ fuiſſe authores primos Maſoræ, unde, inquit author antecedens, niſi hi authores fuiſſent, ſacræ Scripturæ textum hodie non haberemus integrum, & ſæpiſſimè dubium fuiſſet, an vox aliqua cum copula ו, aut ſine ea, aut alia qualibet litera ſervili legi debuiſſet. Hinc accidit, ut cum aliquando Rabbi aliquis in ſolenni libello repudii publicè prælegeret, וְלֹא *Et non vult du-*

ſcere

Digitized by Google

cere me, reprehenderetur ab alio, arguente eſſe ſimpliciter legendum לא *Non*, abſque copula juxta expresſum textum Deuteron. 25. v. 7. Hanc lectionem Gloſſa Talmudica ſcribit confirmari per Maſoram, quæ notat Ter conjunctim in Scriptura reperiri לא אבה, inter quæ tria illud præcedens unum eſt, & idcirco nullo modo iſti Rabbino erat legendum ולא. Proinde huic demonſtrationi idem R. Jacob mox ſubjicit: הנך רואה בעיניך שאלולי המסורת היינו מסופקים אי הוה קרינן לא אבה או ולא אבה ומדקא חזינן דבמסורת אמר דאנון ג לא אבה ומני דין חד מנהון ידעינן בבירור דלא קרינן ולא אבה ודכותיה טובא לאין מספר׃ id eſt, *Vides ergo oculis tuis, quod niſi eſſet Maſora, dubitaremus, utrum legendũ nobis fuiſſet* לא אבה, *aut* ולא אבה *quandoquidem autem videmus, quod in Maſora dicitur, Ter reperiri* לא אבה, *& hoc ipſum inter tria iſta numeret, ſcimus certò non eſſe legendum* ולא אבה, *cui ſimilia ſunt quam plurima alia ſine numero.* Poſtremò minimè prætereundum, quod ſcribit celebris author R. Joſeph Albu in libro עקרים, Orat. 3. cap. 22. his verbis: ואם נמצאת התורה באומות אחרות על זולת הנוסח אשר בידינו או באיזה שנוי בקצת דברים הנה חשנוי ההוא נפל מצד המעתיקים לאומות ההן שלא היו בקיאין בה׃ וזה כי היהודים מדקדקים בתורה ובאותיותיה במלא וחסר׃ ומתפארין בידיעת מנין האותיות ופסוקי הטעמים עד שהם כותבים זה בגליוני ספריהם וקורין אותו מסורת מה שלא עשו כן שאר האומות׃ וכן אמרו למה נקרא שמם סופרים שהיו סופרים כל האותיות שבתורה וזה לאות כי היא שמורה בידם כמו שנתנה למשה בלי שנוי והראיה שהיא נמצאת היום ביד כל ישראל המפוזרי׳ בכל העולם מקצת מזרח עד סוף המערב על נוסח אחד בלי שנוי id eſt, *Quòd ſi reperitur Lex inter nationes alias diverſa ab exemplari, quod eſt in manibus noſtris, aut cum mutatione quorundam verborum, certè iſta mutatio*

incidit à tranſcriptoribus inter populos iſtos, qui non fuerunt exercitati in ea. At Judæi diligentes ſunt in Legis conſideratione & in literis ejus, in plenis & defectivis vocibus, & gloriantur quod ſciant numerum ſingularum literarum, verſuum & accentuum, ita ut etiam ſcribant illud in marginibus librorum ſuorum, vocantq́ illud MASORETH, quod à nulla alia natione factum eſt. Inde etiam dicunt: Quare vocatur nomen ipſorum Sopherim, Numeratores? eò quòd numerarunt omnes literas quæ ſunt in Lege, quod certum indicium eſt, eam in manibus ipſorum conſervatam eſſe, ita ut ipſi Moſi data eſt absq́ ulla mutatione, & argumentum, quod etiamnum hodie extat in manibus omnium Iſraelitarum diſperſorum in toto Mundo, ab extremitate orientis usq́ ad finem occidentis, in uno exemplari abſque ulla mutatione.

Ex Chriſtianis agnoverunt hæc illi, qui hujus Artis cognitionem aliquam meliorem adepti fuêre. Benedictus Arias Montanus, Hiſpalenſis, ubi De varia in libris Hebraicis lectione, ac de Maſſoreth ratione atque uſu agit, ita præfatur: *Magna*, inquit, *olim antiquis Iſraelitis ſacrorum librorum lectionis conſervandæ religio magnaq́ cura fuit, & ille ſibi divinitùs creditus & commendatus theſaurus, in quo vitæ æternæ myſteria continebantur, omni diligentia atq́ cuſtodia digniſſimus habitus, atque ita conſervari debere creditus eſt, ut ne quid non verbo tantùm, ſed nec minimorum etiam apicum detrimenti in eo fieret, omnibus modis & rationibus fuerit proſpectum.* Et inferiùs ibidem: *Cùm verò Hebræi omnes & Chaldæi, atq́ alii etiam, qui harum nationum linguas tamen degeneres, retulêre, ut Arabes, & Syri libros ſcriptaq́ omnia ſua ſine vocalibus ſcribere conſueverint, atque adeo ſacra omnia tum Legis, tum Prophetarum & Pſalmorum volumina, hanc formam quondam tenuerint, nihil mirandum eſſet, ſi vel temporum injuriâ, vel hujusmodi tempeſtatum, in quas populus incidit, causâ, vel quorundam librariorum incuriâ, aliquid vitii in ſcripturam ſacrorum voluminum irre-*

pſerit,

pſerit, quod poſtea per doctiſſimos viros, qualis ESDRAS, *& poſtea Gamaliel, Joſeus & Elieſarus, aliiq́; magni nominis fuere, diligenter ut ſartum tectũ redderetur fuerit procuratum, ita ut cùm hujus linguæ uſus non jam vulgaris ut antea, ſed inter doctos tantùm contineretur, magno ſtudio cõmuniter proſpectum fuerit, ut ſacra lectio quàm integerrima incorruptiſſimaq́; conſtaret. Ex horum autem virorum vel Collegio vel inſtitutione per diſcipulos, poſterioribus ſeculis acceptâ & excultâ, illum utiliſſimum Theſaurum ad noſtra uſq́; tempora conſervatum extitiſſe arbitramur, qui quòd quærentibus varias Hebraicorum Bibliorum, quæcunq́; unquam fuêre lectiones abundè & fideliter tradat*, מְסוֹרֶת, hoc eſt, Traditio vel Traditionalis *eſt appellatus, idemq́; tantâ diligentiâ olim, tantâ curâ conſervatus & ſedulitate, ut nullam vel minimam in variis exemplaribus diſcrepantiam admiſiſſe, vel è diligentiſſimo & perſpicaciſſimo alicujus ingenio & judicio deprehenſũ unquam fuerit*. & cæt.

[Idem in Præfatione prima, in Bibliorum quadrilinguium Regiam editionem: *Nam tametſi vel hominum illorum fraude, vel librariorum inſcitiâ, vel temporum injuriâ, nonnulla in iis, quibus utimur, Hebraicis libris, mutatio facta fuerit: nullum tamen vel verbum, nullum item elementum, vel Punctum olim fuiſſe commemoratur, quod in locupletiſſimo illo Theſauro, quem Mazzoreth appellant, aſſervatum non reperiatur. In eo enim, tanquam in ſacra & fida quadam cuſtodiâ, ſummâ diligentiâ & magno ſtudio conſtituta, antiquæ lectionis reliquiæ, monumenta, indicia, veſtigia, exemplaq́; omnia continentur, & ratio conferendæ veteris & novæ lectionis oſtenditur: ex quibus quidem ſimul collatis, certa quædam via extat, ad cujus præſcriptam formam ſacra myſteria indicari poſſunt, cujus rei exemplar nos ſuo loco in hoc Opere aliquando, & aliâs etiam Deo dante, apponemus.* Hæc ibi.]

Marcus Marinus Brixienſis in Theſauro linguæ ſanctæ (ARCA NOE ipſi nomen) in Præfatione De Trans-

Digitized by Google

lationibus, hunc finem Maſoræ dignè commendat ubi ait: *Judæos autem depravatas Scripturas habere, & in aliquibus potiſſimùm locis ex ſcribarum inſcitia id provenire, ut dicerem, me compulit duorum ex ipſiſmet Judæis teſtimonium, etſi vix illud crederem, cùm nota ſit diligentia eorum propè nimia, pro conſervandis Bibliis incorruptis, in compilatione Operis illius, quod MASORETH nominant.* Primus horum eſt Abraham quidam Hiſpanus, qui citans ex Job. 7. 1. קָצִיר, ubi hodie libri omnes habent שָׂכִיר. Alter, R. David Kimchi, qui in libro Radicum aliquot loca aliter citat, quàm hodie libri excuſi habent. At verò talia plura apud Rabbinos inveniuntur, quæ, ſi illud argumentum valeat, totidem depravationum ſunt teſtimonia. Sed idem Marinus ſe revocans, mox adjicit: *Etſi excuſare poſſumus, Abrahamillum & Davidem Kimchium à memoria deluſos, illas ſententias adduxiſſe, quæ non inveniantur in Bibliis, vel aliter legantur.* Et mox in eodem loco idem Author: *Cæterùm*, inquit, *ne plura errata in Lege irreperent, proviſum eſt ab Hebræis Eſdræ tempore, Opere illo admirabili, quod MASORETH appellarunt, in quo ordine & modo propè divino, omnia quæ in Bibliis ſunt, enumerarunt, & quot, quoq; modo ſcribantur, edixerunt.* Hugo Brugthon Anglus, in Comment. in cap. 9. Dan. *Unum genus permagnum eſt, nempe illud Maſſoritarum, quorum diligentia textum Hebræum ſartum tectum conſervat æternùm.* Conradus Graſerus Regiomontanus, in Præfatione Commentarii in cap. 9. Danielis Prophetæ ſcribit: *De eo jam nil dicam, quod in Canone biblico conſervando tanta ab illis diligentiâ, tanta religio adhibetur, cui vix ſimile aliquid in rebus humanis invenias, de quo liber ille MASORETH abundè teſtari poterit.*

Nicolaus Fullerus Britannus in Miſcell. Theolog. lib. 3. cap. 13. *Quo conſilio (veritatem Hebraicam intemeratam cuſtodiendi) excogitata eſt à peritiſſimis Judæorum magiſtris*

magiſtris, ſubtilis quædam ars & curioſa, quam מסורה *dixerunt, hoc eſt, traditionem vel rationem accuratiſſimam tradendi per manus poſterorum, ſcripturæ ſanctæ canonem, purumſemper integrumq́. Cujus beneficio non vocabula duntaxat, ſed ipſas etiam litteras in numerato habent. Adeo ut nulla ne minima quidem mutatio invehi queat, ab hominibus aut indoctis aut oſcitantibus, aut temerariis, quin è veſtigio facilè deprehendatur. Unde non ineptè, ab ipſis dicitur* סייג לתורה *quaſi ſeptum veteris inſtrumenti ad omnem inde labem mendumq́ depravationis ſubmovendum & propulſandum.*

Johannes Reuchlinus in Speculo oculari ſcribit: *Non ſcio ullam nationem, quæ plus curæ & attentionis habet ſacram Scripturam purè & verè conſervandi, quàm Judæos. Sic enim ipſorum Biblia ad regulam ſunt examinata, ut conſtet quot verſus ſive cola, quæ* פְּסוּקִים *illi vocant, quilibet liber Biblicus in ſe contineat. Scitur etiam quoties & quo loco unaquæq́ dictio in Bibliis extet: certa de illis in Bibliis melioribus eſt Maſoreth, quæ ſunt ſcholia quædam ex quibus conſtat num vel littera aliqua redundet, aut deficiat. Simile illi in nulla alia lingua unquam legi, nec ab ullo unquam homine audivi, & cæt.*

[Mattheus Beroaldus Chronici lib. 3. cap. 2. *Hebraici autem codices tantâ curâ fuerunt aſſervati, ut Hebræi veteres in numerato etiam reliquerint ſingulorum librorum apices & literas, ne cui de illorum certitudine dubitare liceat. Quod Dei providentiâ & bonitate atq́ potentiâ admirabili factum fuiſſe animadvertimus, ut ſacrorum oraculorum potiſſimum per eos certitudo & veritas conſervata & ſarta tecta fuerit cuſtodita, qui eam quæ in Sacris literis cernitur veritatem, oppreſſam inprimis voluerint & expetiverint.*]

Atque hæc in genere de Maſoræ cauſis, Efficiente, Materia, Forma & Fine, dicta ſufficiant. Nunc ad ſpecialem ejus explicationem accedemus, & CLAVEM dabimus, quæ intima quæque reſerabit, & arcanos reconditos-

conditosq́ue ejus ſenſus perſpicuè cognoſcendi, patentem liberumq́ue exponet aditum, ut ignorantiæ prætextus excuſet neminem, deſidia autem & immane hactenus conceptum obſcuritatis præjudicium, accuſet & convincat omnes. Acrior nobis innata eſt cupiditas ignota cognoſcendi, quàm nota repetendi. Velle cognoſcere, cognitionis eſt initium. Bono ſuo conſtant omnia. Animus autem ſiniſtrè præoccupatus, in malum vertit, etiam quæ cum ſpecie optimi veniunt. Sed hæc hactenus.

FINIS LIBRI COMM. MASOR.

Digitized by Google

JOHANNIS BUXTORFI
COMMENTARIUS
MASORÆ DIDACTICUS.

Sive

מַפְתֵּחַ לְמָסוֹרֶת

CLAVIS MASORÆ.

CAPUT PRIMUM.

MASORA eſt Critice Hebræorum ſacra, à priſcis ipſorum Sapientibus prudenter & ingenioſè inventa, quâ traditur univerſa ſcriptionis & lectionis varietas, quoties, quo loco & quâ formâ, quæque dictio in textu Sacræ Scripturæ Hebræo inveniatur, ut ſic conſtans & genuina ejus lectio, ab omni mutatione & corruptione immunis, æternùm conſervetur. Præterea etiam in vocibus ambiguis ſignificatio plerumque diſtinguitur, veluti cùm una vox ſub eadem forma, diversâ ſignificatione uſurpatur, ut יוֹסֵף aliquando eſt Verbum, *Addet*, aliquando proprium nomen viri, *Joſeph:* כָּאֲרִי bis extat & ſub duplici ſignificatione, ſemel Pſalm. 22. 17, & iterum Jeſa. 38. 13, ubi

cùm abſque ullo dubio & contradictione propriam ſignificationem, *Sicut leo*, obtineat, neceſſariò in Pſalmo aliam ſignificationem habebit, quod invictum eſt contra Judæos argumentum, aliquid peculiare ibi in iſta voce latêre, & aliter illic omnino explicandum eſſe quàm in Jeſaia. In Verbis etiam diſtincta conſtructio notata eſt, veluti cùm Verbum aliquod nunc cum עַל, nunc cum אֶל conſtruitur, tunc numeratum eſt, quoties cum hac vel illa Particula reperiatur. In Nominibus obſervatum, quoties præpoſitiones בל״כ cum Scheva illis præfigantur, aut cum Patach propter excluſum articulum ה׳, veluti בְּמֶלֶךְ & בַּמֶּלֶךְ & hujuſmodi innumera alia. Numerati denique ſunt Verſiculi ſingulorum librorum, & quis in unoquoque medius; item literæ ſingulæ totius alphabethi per univerſa Biblia, ac in Pentateucho etiam ſeorſim, adeo ut conſtet ו׳ in voce גחון Levit. 11. 42. eſſe mediam literam totius Legis. Hæc omnia in eum finem, ut ne minimum quidem mutari, corrumpi, addi vel detrahi poſſet, ac ſi fieri id contingeret, ſtatim per Maſoræ regulam corrigerentur.

Maſora duplex eſt: *Magna* & *Parva*; quarum communis affectio eſt, numerorum per literas alphabethi numerales notatio.

Litera numeralis una, virgulâ unâ, duæ vel tres, duabus virgulis supernè notantur: ut א׳ 1, ב׳ 2, י״א 11, י״ב 12, קל״ד 134. Litera tamen una non ſemper numerum, ſed quandoque ſeipſam, quâ litera alphabethi eſt, denotat, quod ex ſenſu facilè colligi poteſt, ut Gen. 1. 21. ad הַתַּנִּינִם Maſora ſcribit, ג׳ חַסֵּרִים י׳ תנינ׳ id eſt, *Tria ſunt defectiva Jod poſteriore*. Literæ cum duabus virgulis ſimiliter non ſemper numerum, ſed quandoque abbreviaturam denotant, quâ ſingulæ literæ ſingulas voces ſignificant, ut Gen. 1. 1. ad vocem textus, וְהָאָרֶץ Maſora notat, ג׳ ס״פ, *Tria ſunt finis verſus*, id

eſt,

eſt, hæc vox ter reperitur in fine verſus. Cæterùm literæ numerales per literæ nomen communiter legi & efferri ſolent, Beth, Gimel, Daleth, י״א Jod aleph, & ſic deinceps. Pro א׳ tamen ſimplici & ſolo, vulgò dicitur אחד ſive חד *Unum*. Quando autem duæ diverſæ & diſtinctæ literæ numerales ad unam vocem apponuntur, tunc ſecunda prioris diſtinctio & explicatio eſt, ut Geneſ. 1. 12. ad ותוצא Maſora notat, ג׳ ב׳ מְלֵאִים וְא׳ חָסֵר, id eſt, *Tria ſunt, quorum duo plena & unum defectivum eſt*, hoc eſt, Ter hæc vox occurrit, bis plenè cum ו׳, & ſemel defective ſine ו. ב׳ *Duo* denotat, ſive Bis eam vocem, ad quam notatur, reperiri. Si una vel altera vox ipſi adjecta ſit, ea vel *formam* notat, ut quando dicitur, ב׳ מְלֵאִים *Duo ſunt plena*, ב׳ חֲסֵרִים *Duo ſunt defectiva*: vel *librum biblicum*, ut ב׳ בְּתוֹרָה *Duo ſunt in Lege*, ב׳ בִּנְבִיאִים *Duo ſunt in Prophetis*: vel denique alterum locum biblicum, ut Gen. 4. 6. ad חָרָה Maſora notat, ב׳ הַהֵיטֵב *Duo ſunt, habetef*, id eſt, Bis vox חָרָה legitur, ſemel hîc, & ſecundò ubi cum ea legitur הַהֵיטֵב, quod extat Jon. 4. 7. הַהֵטֵב חָרָה לָךְ *An benè excandeſcit tibi?* ט״ו valet *Quindecim*, ut ex Grammaticis notum. Sic autem componunt hunc numerum ex *Novem*, & *Sex*, pro י״ה, quomodo juxta ordinem & formam reliquorum numerorum ſcribi debebat, & quia hæ duæ literæ principium ſunt Nominis divini tetragrammati יְהוָה, & per ſe integrum conſtituunt Nomen divinum יָהּ, idcirco ad prophanum uſum eas adhibere noluerunt. ל in numeris valet *Triginta*, quo uſu in Maſora rariſſimè invenitur, veluti Gen. 29. 12. ad וְכִי בֶן. Elias Levita aſſerit, pro ל quando Triginta denotat, integra voce ſcribi לָמֶד. Sic reperias Geneſ. 18. 29. ad וַיֹּסֶף. Cauſa eſt, quòd ſolum ל pro numero commodè uſurpari non poſſit, cùm aliàs communiſſimo uſu in Maſora denotet vocem integram לית *Non*, quâ utuntur ad eas voces,

quæ nonniſi ſemel in Scriptura extant, ut infrà dicetur. Quia autem ל cum apice ad ſiniſtram, ut aliæ literæ, commodè notari nequit, ideo punctum ei ſuperponitur. ט״ל in numeris valet *Triginta novem*. Ordo literarum numeralium poſtulabat ל״ט. At quia iſtæ literæ infauſtam conſtituunt vocem לָט, quæ ſignificat *Maledicere*, ideo literas invertunt in טַל, quæ vox *Rorem* ſignificat, qui in benedictione habetur, juxta illud: *Benedicta Domino ſit terra ejus à rebus pretioſis cæli, & à rore*, Deut. 33.13. [Pro ז״כ 27. legitur aliquando ך״ז, inverſo literarum ordine. Sic extat Sophon. 2. bis, ad נְאֻם יי׳ צְבָאוֹת. Nam has voces ita conjunctim vigeſies ſepties reperiri, docet Maſora finalis, in ordine נאם & אֲדֹנָי.] Hæc de communi notatione numerorum in utraque Maſora.

Maſora magna eſt, quæ Verſus, Voces & Literas ſacræ Scripturæ numerat, earumque varias affectiones annotat.

Verſuum numerus in fine ſingulorum librorum, textui ſtatim ſubjectus eſt, & in Lege ſeu quinque libris Moſis, etiam ſingularum Sectionum majuſcularum numerus expreſſus eſt, primùm nudis literis numeralibus, deinde nomine aliquo proprio & communi, ejuſdem numeri ſymbolo, veluti Sectionis primæ בְּרֵאשִׁית verſus ſunt ק״מו 146. ſymbolum אֲמַצְיָה, item יְחִזְקִיָּהוּ, quæ duo nomina eundem numerum continent. Sectionis ſecundæ נֹחַ verſus ſunt ק״נג 153, ſymbolum בְּצַלְאֵל, item אֲבִי יִסְכָּה לוּט, & ſic deinceps. Præterea in fine Deuteronomii præter illius libri verſus, colligitur etiam Summa verſuum omnium quinq; librorum Moſis, quod in fine Prophetarum & Hagiographorum factum non eſt. Nec tantùm Verſus omnium & ſingulorum librorum numerati ſunt, ſed & medietas ſeu medius cujuſque libri verſus

ſeorſim

ſeorſim notatus eſt, tum juxta ipſum textum, tum in fine cujuſque libri. Veluti, in fine Geneſeos notatur: *Numerus verſuum libri Geneſeos, mille quingenti triginta quatuor, ſymbolicè* א״ך ל״ד ubi א 1000, ך finale 500 valet): וְעַל־חַרְבְּךָ *Et medium ejus, Et gladio tuo vives*, Geneſ. 27. 40. Denique variæ verſuum affectiones circa voces & literas ipſorum, paſſim per totam Maſoram obſervatæ ſunt, quarum quædam ſuprà cap. 12. indicatæ.

Literarum numerus duntaxat veſtigia quædam in impreſſis libris hodie nobis exhibet, veluti Levit. 11.42. notatur litera in ו in voce גָּחוֹן eſſe media litera totius Legis; in fine Geneſeos dicitur, Literas ultimæ iſtius Sectionis (eò enim iſtam Gloſſam referendam puto) eſſe 4395. Elias Levita & alia quædam in libro Maſoreth notavit. Talmudici docent in libro קִדּוּשִׁים fol. 30. literam ע in voce מִיַּעַר Pſal. 80. 14, eſſe mediam literam in libro Pſalmorum. Reliqua relicta ſunt in libris Maſoræ manuſcriptis.

Vocum Maſora pleniſſimè tradita eſt, quæ tota illud continet, quod hodie ſub Maſoræ nomine in Bibliis magnis extat.

Maſora magna vocum, reſpectu loci, quem in impreſſis libris occupat, duplex eſt, *Finalis* & *Textualis*.

Maſora magna finalis eſt, quæ in fine magnorum Bibliorum collocata eſt, & voces ordine alphabetico, quomodo ſcil. à duabus primis in Radice literis incipiunt, proponit. Loca biblica vel ſtatim adducit, vel ad Maſoram textualem relegat. Locorum autem neq; libri, neque capita unquam citantur, ſed ea ex Concordantiis Hebraicis inveſtiganda ſunt. Non minima tamen in ordine vocum confuſio cernitur, nec Radicum ſimplicium ſemper ratio habita, ſed initii vocum, ſive

Digitized by Google

eæ primitiæ ſint, ſive derivativæ. Veluti, ab initio ordinis alphabetici in litera א, primò ponitur Nomen אב *Pater*, cum vocibus inde flexis, quod ratione originis pertinet ad Radicem אבה. Sic בן *Filius*, non in Radice בנה, ſed in ordine primarum duarum literarum בן recenſetur. Quieſcentia ſecundâ radicali, ſæpè ex ordine primæ & tertiæ radicalis proponuntur, veluti quæ à מות *Mori* ſunt, ponuntur in ordine מת. Hæc & ſimimilia, prudens & diligens lector, levi exercitatione facilè deprehendet & intelliget. Semper autem ante ſpecialium vocum tractationem, generalia & communia quædam in unaquaque alphabeti litera præmittuntur, quæ ab iſtius literæ affectione dependent.

Maſora magna textualis eſt, quæ ad textum cujuſque folii aſcripta eſt, cujus voces quaſdam præcipuas recenſet. Occupat autem locum proximè ſupra & infrà textum, quandoq; etiam ad latus, ubi Commentaria Rabbinica deficiunt. Hîc primò ponitur vox textus, deinde numerus, quoties reperiatur, tum ſubjiciuntur loca biblica, quæ indicantur per vocem decurtatam 'וסי vel 'וסימנ pro וְסִימָן *Et ſignum*, vel Chaldaicè & pluraliter וְסִימָנֵיהוֹן *Et ſigna aut ſymbola ipſorum*, i.e. loca biblica. Si poſt hanc vocē ſequatur itidem vox decurtata 'וכו, quæ valet וְכוּלוֹ id eſt, *Et cætera*, tunc locorum recenſio intermittitur, & remittuntur ad locum alium. Quælibet autem gloſſa maſorethica duob. punctis clauditur. Quando plures voces duobus apicibus notatæ hîc accedunt, tunc apices iſti indicant, ea eſſe verba Collectoris hujus Maſoræ R. Jacobi Chajim. Attamen maſora prolixior, quæ in veſtibulo ſingulorum librorum circa primam vocem majuſculam, in quadrum redacta eſt, non ſemper ad textum iſtum pertinet, ſed com-

munia

munia quædam plerumque continet, ornatus cauſâ ibi poſita.

Maſora parva eſt, quæ literis numeralibus, vocibus decurtatis & ſymbolicis, ad latus textus interius, aut ad latus exterius, ſi paulo prolixior ſit, breviter & ſuccinctè deſcribitur. Vox textus, ad quam Nota maſorethica pertinet, circulo ſupernè notatur. Si plures circuli ſint, tunc ordine Notæ ipſis reſpondent: Si ad medium duarum pluriumve vocum circulus poſitus ſit, tunc ad eas conjunctim maſora referenda eſt. Litera maſorethica cum ſubjecta vocali, ſignificat, toties vocem deſignatam cum iſta vocali reperiri. Vocalis autem iſta notatur, non quam regulariter habet, ſed vel irregulariter, vel pro qua aliàs aliam habet vocalem: ut, ad לָאִשָּׁה Gen. 3, 13, notatur, הָ׳, id eſt, *Quinq; ſunt*, ſeu Quinquies vox iſta legitur *cum Kametz*, nempe ab initio ſub ל, nam aliàs dicitur לְאִשָּׁה cum Scheva. ק׳ ſolum & per ſe poſitum, non 100, ſed integram vocem denotat, nempe קְרִי, id eſt, *Legitur*, cujus uſus juxta voces diverſæ lectionis, quarum ea quæ eſt in textu, dicitur כְּתִיב *Scripta*, quæ in margine, קְרִי *Lecta*. Loca biblica poſitum numerum confirmantia, hîc nulla adducuntur, niſi quòd literæ ב׳ ſæpè una aut altera vox biblica adjicitur, quæ alterum locum biblicum, ubi deſignata vox legitur, indicat, ut paulò antè declaratum. Major numerus aliquãdo ſymbolicâ ſententiâ Chaldaicè conceptâ, explicatur, h. e. quando vox aliqua quater, quinquies aut ſæpiùs reperitur, tunc pro ſymbolo locorum biblicorum, datur plerunq; ſentẽtia Chaldaica, cujus ſingulæ voces ſingula loca biblica denotant, quæ in Maſora magna adducuntur. Rariùs Hebraicè, quale illud Geneſ. 2. v. 20, ad וְנָגַר ubi Maſora parva in

margine

margine exteriori notat, ד׳ וסי׳ מֵעֵדֶן יְסֹבְבֵנוּ וְנִשְּׁתוּ אָזְלוּ׃ *Quatuor ſunt, quorum ſymbolum, Ex Eden circuibit eum, ſed deficient, abibunt.* Hic prima vox מֵעֵדֶן denotat locum, וְנָהָר יֹצֵא מֵעֵדֶן *Et fluvius egrediebatur de Eden*, Gen.2.10. altera vox יְסֹבְבֵנִי indicat locum, וְנָהָר יְסֹבְבֵנִי *Et fluvius circumdedit me*, Jon.2.v.4: tertia וְנִשְּׁתוּ locum, וְנִשְּׁתוּ מַיִם מֵהַיָּם וְנָהָר יֶחֱרַב וְיָבֵשׁ *Et deficient aquæ ex mari, & flumen exſiccabitur & areſcet*, Jeſa.19.5: quarta אָזְלוּ locum, אָזְלוּ מַיִם מִנִּי יָם וְנָהָר יֶחֱרַב וְיָבֵשׁ *Abiverunt aquæ ex mari, & flumen exſiccatum fuit & exaruit*, Job.14.11. Symbola Chaldaica explicabuntur alibi.

[Notandum, in Maſora parva, aliquando eſſe Notas novas, à R.Chajim, collectore Maſoræ, additas, quæ prudenter ſunt ab antiquis Notis diſcernendæ: ut Exod.15.18. ad vocem וָעֶד, in Maſora parva legitur, ל׳ פתח לפֵּרשׁי ואבן עזרא *Non extat amplius, & habet Pathach, juxta explicationem Rabbi Salomonis, & Aben Eſræ.* Hæc nota tota, aut poſtrema verba ſaltem, ſunt addititia, cùm Maſora parva diu ante hos authores conſcripta fuerit. Plura exempla reperiet Lector in Anticritica noſtra Lib.2. cap.12.]

Denique in genere obſervandum, ſtylum & ſermonem Maſorethanum eſſe plerumque Chaldaicum, quomodo ex Babylonia reduces, poſtmodum Hieroſolymis linguam Chaldæam ſibi vernaculam & popularem reddiderant. Hujus ergo linguæ cognitio aliqua neceſſaria eſt ei, qui in Maſoræ ſtudio ſe exercere cupit. Hinc notandus literæ ד׳ uſus ab initio vocum, quæ Chaldæis partim eſt Pronomen, *Qui, Quæ, Quod*, partim nota Genitivi caſus. Hinc דְּחָסֵר *Quod defectivum eſt*, דְּמָלֵא *Quod plenum eſt*, דְּנָסְבִין *Quæ accipiunt*. Item, דְּעֶזְרָא *Eſra*,

quod

quod in libro Eſræ eſt, דְּמְלָכִים *Regum*, quod in libro Regum eſt, דִּבְרֵאשִׁית Sectionis Bereſchit, quod in Sectione Bereſchit eſt., דְּרֵיש פָּסוּק Quod in initio verſus eſt, ſeu Quod initium verſus eſt, דְּהַצְּלַע Vocis hatzela, quod cum voce *Hatzela*, conjunctum eſt, & ſimiles locutiones plurimæ. Item, Pluralis numerus maſculinus in ־ִם frequentiſſimus pro plurali abſoluto in ־ִין. Obſervanda item locutio Rabbinica, quâ artificialiter Nomen uſurpant pro Verbo, veluti, כָּל נְתִינָה דְּמְלָכִים Omne Nethîna libri-Regum, id eſt, omne Verbum נָתַן quod in libris Regum occurrit. Item שְׁאֵלָה בֵּאלֹהִים ז׳ id eſt, Verbum שָׁאַל cum Nomine Elohim conjunctum, ſepties legitur. Item, כָּל לְשׁוֹן עֲשִׂיָּה בְּמֶתֶג כמ״ד מוּנַח׃ id eſt, omnis locutio Verbi עָשָׂה, ſive Omnes Voces à Verbo עָשָׂה deſcendentes, cum Meteg notantur, exceptis quatuor, quæ ſunt cum Munach. Item, שְׁמִיעָה עַל י״ב, id eſt, Verbum שָׁמַע cum Præpoſitione עַל conſtructum, duodecies reperitur, & ſimilia. Deniq; nomina quorundam accentuum & vocaliũ, flectuntur in numerũ pluralem, ut קָמְצִין Sunt cum Kametz, פַּתְחִין Sunt cum Pathach, פָּזְרִין Sunt cum accentu Paſer, זָקְפִין Sunt cum accentu Sakeph, & ſimilia pauca.

Sed ut ad ſpecialem explicationem nunc deveniamus, & ad obſtruſos ac penitiores Maſoræ receſſus dextrè referandos, CLAVEM noſtram propiùs accommodemus, quatuor potiſſimùm deprehendimus difficultates, quibus omnis Maſoræ via hactenus intricata & impedita fuit, & quaſi inacceſſa adeuntibus ſemper viſa. *Prima*, Voces à fine deformiter ſæpè decurtatæ: *ſecunda*, Sigla & Abbreviaturæ: *tertia*, Voces peculiares Grammaticæ inſolenter & obſcurè Maſorethis plerumque uſurpatæ: *quarta*, Symbola quædam obſcura & ænigmatica. Quæ ſingula, Deo favente, expediemus.

Digitized by Google

CAPUT II.

De Vocibus decurtatis.

SOlent Maſorethæ voces quaſdam communes & tritas, compendio ſæſcriptionis causâ, à fine decurtare, quarum integra lectio inexercitatis obſcura eſſe poteſt. Earum ergo maximam partem, viſum eſt hîc annotare & complere, quarum plenior ſignificatio & explicatio in ſequentibus proponetur.

אוריי׳ , אורי׳ , או׳, id eſt, אוֹרָיְתָא Lex, quinq; libri Moſis, quæ aliàs etiam dicitur תּוֹרָה, quæ eſt prima Pars ſacræ Scripturæ.

בטע׳ , בט׳ id eſt, בְּטַעְמָא , בְּטַעַם Cum accentu; vel, Cum hoc accentu, quem ſcil. ibi vox in textu habet.

בכתו׳, id eſt, בִּכְתוּבִים In Hagiographis ſcriptis vel libris, qui ſunt tertia Pars Bibliorum.

בליש׳ , בלי׳, i.e. בְּלִישָׁן , בְּלִשָּׁנָא In hac locutione vel ſignificatione.

במצ׳, i.e. בְּמֶצַע , בְּמֶצְעוּת , בִּמְצִיעוּת In medio.

בְּנְבִ׳, i.e. בִּנְבִיאִים In Prophetis, quæ ſecunda Pars Bibliorum.

בספ׳ , בס׳, i.e. בְּסִפְרָה In libro hoc.

בסר׳, i.e בְּסִדְרָא In hac Sectione, בְּסֶדֶר In Sectione.

בע׳, i.e. בְּעִנְיָן In hoc capite.

בק׳, i.e. בְּקְרָיָא In Scriptura.

בתו׳, i.e. בְּתוֹרָה In Lege.

בתר׳ i.e. בַּתְרָא Poſterius.

[בתרי׳, i.e. בִּתְרֵין *In duabus*, ſcil. ſignificationibus, vel formis]

ראו׳ , רא׳, i.e. דְאוֹרָיְתָא, Legis, Quod in Lege eſt.

דג׳, i.e. דָּגֵשׁ Dages, plur. דָּגְשִׁין Dageſſata.

רחס, i.e. דְּחָסֵר Quod defectivum eſt.

דכוו׳ , דכו׳ i.e. דִּכְוָתֵיהּ Quod ſimile ipſi, vel pluraliter דִּכְוָתְהוֹן Similia ipſis.

דמיי׳

רמי', i.e. דָּמְיָן Similes ſunt.

רסבי', i.e. דְּסָבִירִין Quæ putantur, cenſentur, exiſtimantur.

רס', i.e. דְּסָמִיךְ Quod conjunctum eſt, vel pluraliter, דְּסָמִיכִין Quæ conjuncta ſunt.

רספ', i.e. דְּסִפְרָא Libri hujus, Quod in libro hoc extat.

רקרי', i.e. דְּקָרָיִן Quæ leguntur.

וא', i.e. וְאֶחָד Et unum, וְאָלֶף Et Aleph.

וכו', i.e. וְכֻלְּהוֹן Et cætera.

וחס', i.e. וְחָסֵר Et defectivum; & plur. וַחֲסֵרִים.

וסי', i.e. וְסִימָן Et ſignum, Symbolum, Locus Scripturæ; vel pluraliter, וְסִימָנֵיהוֹן Et loca ipſorum.

חס', i.e. חָסֵר Defectivum, & plur. חֲסֵרִים.

חס' רחס', i.e. חָסֵר דְּחָסֵר Defectivum defectivi, id eſt, totum defectivum.

כו', כול', i.e. כוּלָּם, כוּלְּהוֹן Omnia iſta, Et cætera.

כתי', i.e. כְּתִיב Scriptum eſt.

ליש', i.e. לִשְׁנָא Lingua, ſignificatio, plur. לִשְׁנֵי.

מל', i.e. מָלֵא Plenum, pluraliter מְלֵאִים.

מל' רמל' i.e. מָלֵא דְּמָלֵא Plenum pleni, totū vel omnino plenum, vel pluraliter מְלֵאִים דִּמְלֵאִים.

מלעי', i.e. מִלְעֵל Milhel, Penacutum, vox cum accentu in penultima.

מלר', i.e. מִלְרַע Milra Acutum, Vox cum accentu in ultima.

[מפ', i.e. מַפְּקִין *Proferunt*, in Maſ. MS.]

סי', i.e. סִימָן Signum, Symbolum, vel סִפְרָא Liber, vel pluraliter סִמָּנֵיהוֹן Signa, Loca, exempla ipſorum.

סופ', i.e. סוֹפְהוֹן Finis ipſorum.

פסו', i.e. פָּסוּק Verſus, & pluraliter פְּסוּקִים.

פת', i.e. פַּתַח Pathach vocalis, plur. פַּתְחִין.

קמ', i.e. קָמֶץ Kametz vocalis, plur. קָמְצִין.

'קרי, i.e. קְרִיאָה ׳ קְרִיָּא Scriptura ſacra, Biblia.
'רפ, i.e. רָפֵה Lene, ſine Dageſch, plur. רָפִין.
'רישי, i.e. רִישְׁהוֹן Principium ipſorum.
'של, i.e. שְׁלָם *Perfectio*, h.e. ut ego puto מָלֵא Plenum. Extat in Maſora MS. ad וַיְצַו Joſ. 3. 3.

Atque hæc fragmenta extremo, quod ajunt, digito hîc tetigiſſe, & levi adhibita curâ redintegraſſe ſufficiat. Pleræque enim voces integræ, mox ſeorſim prolixiùs explicabuntur, & ſi quæ plura ſimilia occurrant, ex his dijudicabit Lector.

CAPUT III.

De Abbreviaturis Maſorethicis.

ABbreviaturæ ſunt initiales aliarum vocum literæ in formam vocis conjunctæ, & duobus apicibus ſupernè notatæ, quarum ſingulæ ſingulas alias dictiones denotant. Hinc ab Hebræis vocantur רָאשֵׁי תֵיבוֹת *Capita, Initia dictionum.* Hæ diverſis ſcriptoribus diverſæ ſunt, & ſic Maſorethis quædam peculiares & propriæ, quas ne longiùs quæras, en eas tibi ſub unum contuitum.

אב׳

אַלְפָא בֵיתָא ׳ אָלֶף בֵּית Alphabetum, id eſt, voces certæ in ordinem alphabethicum collectæ. Cum ב ſervili, כ׳אב, In alphabetho: vide mox infrà in lit. א.

אב׳ אב׳ אב׳

אֶחָד בְּתוֹרָה ׳ אֶחָד בִּנְבִיאִים ׳ אֶחָד בִּכְתוּבִים Unum in Lege, unum in Prophetis, unum in Hagiographis. Uſus ejus, quando vox aliqua nonniſi ter, & in his tribus ſacræ Scripturæ partibus, legitur. Breviùs etiam de tali loquuntur אנ׳ך, de quo mox.

אח

אֶחָד חָסֵר Unum defectivum, id eſt, ſine litera quieſcente.

אמ

אֶחָד מָלֵא Unum plenum, id eſt, cum litera quieſcente.

אמת

אִיּוֹב, מִשְׁלֵי, תְּהִלִּים Job, Proverbia, Pſalmi. Cum ב ſervili ab initio, באמ״ת In & cæt.

אנך

אוֹרַיְתָא, נְבִיאִים, כְּתוּבִים Lex, Prophetæ, Hagiographa: uſus ejus eſt, ut paulò antè in א״ב, quando vocabulum aliquod tantùm ter reperitur, ſemel in Lege, ſemel in Prophetis, & ſemel in Hagiographis.

אס״ף

אַתְנַחְתָּא, סוֹף פָּסוּק Athnach ſive Athnachta, Soph-paſuk. Duæ majores accentuum pauſæ ſunt, quæ ſolent vocales aliquot commutare.

אפס

אֶחָד פָּסוּק סִימָן Unus verſus ſymbolum eſt. Quando duæ locutiones ſimiles ſunt, vocabulo tamen uno differentes, tunc verſum aliquem, in quo differentiæ iſtius ſignum aliquod eſt, pro ſymbolo memoriali annotant. Veluti Gen. 47. 15. legitur, נָמוּת נֶגְדֶּךָ *Et quare moriemur in oculis tuis*? & mox verſ. 19. legitur, נָמוּת לְעֵינֶיךָ *Quare moriemur in oculus tuis*? hujus differentis locutionis dant ſymbolum ex verſu, הֲלֹא נֶגֶד עֵינֵינוּ *Nunquid coram oculis noſtris*, Joel. 1. 16. ubi præcedit vox נֶגֶד, ſequitur vox עַיִן, & ſic in iſtis locutionibus in Geneſi. Communiter ab initio habet copulam ו.

אעׄפי

אַף עַל פִּי Etſi, Etiamſi.

אׄש

אֵלֶּה שְׁמוֹת Exodus, liber ſecundus Moſis à primis libri vocibus ſic dictus. Cum ב׳ ſervili, ב״אש In Exodo, וא״ש.

בׄא

בֶּן אָשֵׁר Ben Aſcher. Fuit unus ex celebrioribus Legisperitis in terra Iſrael, plenè dictus R. Aharon, filius R. Moſis ex tribu Aſcher, & conciſè vocatus *Ben Aſcher*, id eſt, Filius Aſcher. Hic in lectione ſacræ Scripturæ fuit exercitatiſſimus omnium, & in multarum vocum lectione diſſentiebat à doctis in Babylonia, quorum caput erat בֶּן נַפְתָּלִי Ben Naphtali, de quo infrà.

בׄב

Sunt literæ numerales, quæ vulgò efferri ſolent בֵּית בֵּית, ſed Maſora pro iis dicit תְּרֵין תְּרֵין Duo duo, Bina, de duabus vocibus aliquid ſimile vel diſſimile habentibus. Ut, Sunt quatuor paria מן ב״ב ex duabus vocibus, quarum prima profert א, ſecunda non profert. Sic, Eſt alphabethum מן ב״ב ex binis vocibus, quæ ambæ ſunt diverſæ ſignificationis, veluti אוֹרֶה Ejaculabor, 1. Sam. 20. 20. & אוֹרֶה Docebo, Job. 27. 11.

במׄא ׃ במׄב

בַּר מִן אֶחָד Præter unum, excepto uno, בַּר מִן בֵּי״ת Exceptis duobus, vel בַּר מִן תְּרֵין, ubi תְּרֵין Chaldaicè *Duo* ſignificat. Sic deinceps, ב״מג Exceptis tribus, ubi litera Gimel poteſt efferri per תְּלָת, quod *Tria* ſignificat: item במ״ד Exceptis quatuor, ב״מה Exceptis quinque, & cæt.

בׄנ

בֶּן נַפְתָּלִי Ben Naphtali. Hic fuit caput Academiæ Judaicæ in Babylonia, diſſentiens in quibusdam in lectione

ctione ſacri textus à Ben Aſcher (de quo paulò antè,) qui fuit caput Academiæ in terra Iſrael. Plenè dictus fuit R. Moſes filius David ex tribu Naphtali. De his duobus, & in quibus diſſenſerint, agemus, Deo volente, alibi.

בסֹר

בְּסַעֲדָא דִשְׁמַיָּא Auxilio Dei.

גֹּג

Sunt literæ numeri; תְּלָת תְּלָת Tres Tres, id eſt Ternæ voces, ut antea ב׳ב binæ. Sic eſt Alphabetum מן ג׳ג ex tribus tribus, id eſt, ternis vocibus, quarum nulla habet ſimilem, id eſt, nullibi ſæpiùs reperitur.

דד״ע

דִבְרֵי הַיָּמִים, דָנִיאֵל, עֶזְרָא Liber chronicorum, Daniel, Eſra. Cum ו copula ודד״ע.

ודה׳

דִבְרֵי הַיָּמִים Verba dierum, Libri chronicorum, Paralipomena. Sæpe præcedit ד׳ ſervile, notans Genitivum caſum, ut ſuprà notatum.

דתקע

דִבְרֵי הַיָּמִים, תִּלִּים, קֹהֶלֶת, עֶזְרָא Liber chronicorum, Pſalmi, Eccleſiaſtes, Eſra. תִּלִּים contractè dicitur pro תְּהִלִּים.

ו׳

Quæ ab hac litera incipiunt, quære ſemper in litera proxima. Nam ו׳ ſervilis copula eſt, & quandoque etiam aliam ſervilem poſt ſe habet.

חמשרת

Vox ſymbolica eſt, notans has quatuor voces, חֻקַּת, מִדָּה, שָׁנָה, תּוֹרָה. Uſus ejus eſt, quando dicunt: אחת ſexies habet Pathach cum accentu Sakephcaton (qui alias

aliâs ſolet Pathach convertere in Kametz) & omnia חמ"שרת ſunt ipſis ſimilia, excepto uno, id eſt, quandocunque voci אַחַת conjunguntur prædictæ quatuor voces, tunc quoque habet Pathach, excepto uno loco, qui extat Deut. 24. 5. ubi dicitur אָחַת.

יה"בי

יְקוּתִיאֵל הַכֹּהֵן בַּר יְהוּדָה Jekutiel ſacerdos filius Jehudæ. Scripſit librum Grammaticum de vera vocum punctatione & accentibus, cui titulus עֵין הַקּוֹרֵא. Meminit ejus Elias in libro Maſoreth, in Abbreviatura מס"ה, & in יה"בי.

י"ס

יֵשׁ סְפָרִים Sunt libri, Quidam libri. Cum ו ſervili, וי"ס. Uſus ejus in maſora parva, ubi aliorum exemplarium diverſa lectio citatur.

כ"כ

כֵּן כְּתִיב Sic ſcribitur vel ſcriptum eſt, plur. כֵּן כְּתִיבִין.

כ"ק

כָּל קְרָיָא vel כָּל קְרִיאָה Tota Scriptura ſacra.

ל'

לֵית Non, ſcilicet legitur, extat vel reperitur aliâs.

לק"א

לָא קְרֵי אָלֶף Non legitur Aleph, Sic לק"ה Non legitur ה.

מ"ל

[מָסוּר לְעֵיל Traditum eſt ſuprà.]

מ"ת

מִשְׁנֵה תוֹרָה Deuteronomion.

מ"פ

מֶצַע פָּסוּק Medium verſus.

נא

נֻסְחָא אַחֲרִינָא vel נֹסַח אַחֵר Exemplar aliud.

נב

נְבִיאִים , כְּתוּבִים Prophetæ, Hagiographa.

נל

נִרְאֶה לִי Videtur mihi. R. Jacob quandoque eâ utitur, quando ſuum judicium ad Maſoram apponit.

סא

סֵפֶר אַחֵר Liber alius, plural. סְפָרִים אֲחֵרִים.

ספ

סוֹף פָּסוּק Finis verſus. Hoc nomine vocatur accentus verſum finiens, virgula recta ultimæ vocis in verſu. Quidam malè referunt ad duo craſſiora puncta, verſus à ſe invicem diſtinguentia.

סת

סֵפֶר תּוֹרָה Liber Legis: item סוֹפֵי תֵּיבוֹת Fines dictionum, ultimæ dictionum literæ.

עכל

עַד כָּאן לְשׁוֹנוֹ Huc uſque ſermo vel verba ejus. Utitur aliquando R. Jacob, quando alterius libri authoritatem citat.

עש

עַיֵּן שָׁם Vide illic. Quando ad alium locum lector remittitur.

פ׳

פָּסוּק Verſus biblicus. Si præcedat litera numeri, tunc pluraliter legendum: ut, ה׳ פְּסוּקִים Quinque verſus.

צ״ע

צריך עיון Opus habet conſideratione. Cum ו׳ ſervili וצ״ע. R. Jacob utitur, ubi ſuum judicium ad maſoram apponit.

ק׳

קרי Legitur: item קריא Scriptura.

קמח

Non eſt abbreviatura, ſed ſymbolum ordinis vocum משפטים , מצות , חקות Deut. 30. 16.

ר״ס

ריש סימן Principio capitis.

ר״פ

ראש פסוק Principium verſus: plural. בראשי פסוקים Initia verſuum.

שב״נ

שום בר נש Nomen filii viri, Nomen proprium.

שילנע

Non eſt abbreviatura, ſed ſymbolum nominum propriorum עבר , נח למך , ירד , שת Gen. 5. cum accentu Sakephcaton.

שעע שש

Non eſt abbreviatura, ſed ſymbolum ordinis locutionis לא אעשה & לא אשחית Geneſ. 18. in colloquio Abrahami cum Deo, ubi ש notat vocem אשחית, & ע vocem אעשה, quæ quinquies juxta ſymbolum illud ſe conſequuntur.

ת״כ

תורת כהנים Lex ſacerdotum. Leviticus.

Digitized by Google

תל

תְּרֵי לִשְׁנֵי Duæ ſignificationes.

תנכ

תּוֹרָה ; נְבִיאִים ; כְּתוּבִים Lex, Prophetæ, Hagiographa, tres partes Biblicæ.

[תע

תְּרֵי עֲשַׂר Duodecim, ſc. Prophetæ minores.]

Si quæ aliæ abbreviaturæ in Maſora occurrant, eas in libro noſtro de Abbreviaturis invenies.

CAPUT IV.

De Vocibus Maſorethis peculiaribus & primùm de vocibus: אַדְכָּרָא ; אוֹתִיָּתָא ; אוֹת ; אִכָּא ; אִירַת ; אַלְפָא בֵּיתָא ; אֶמְצָעִי ; אַנְדְּרוֹגִינוּס ; אָרִיךְ ; אַשְׁלְמָתָא.

MAſorethæ in artis ſuæ deſcriptione, utuntur vocabulis multis Grammaticis alio planè uſu, quàm in communi lingua vel apud alios Scriptores ſumuntur, tùm etiam Chaldaicis quibuſdam & aliis dictionibus non ita frequenter obviis, atque adeo minùs in vulgus notis, quâ ipsâ causâ multi à diligentiori Maſoræ lectione hactenus fuerunt deterriti. Ut itaque aditum faciliorem & patentiorem in Maſoram paremus, voces iſtas ordine alphabethico perſequemur. Elias Levita in plurimarum explicatione facem nobis prætulit, ſed obſcurè ſæpè fumigantem: unde nos clarius ipſi lumen præpandemus, quod lætiore & pleniore fulgore accedentibus viam comiter monſtret. Multa etiam ab Elia fuerunt prætermiſſa, quæ non minùs rigidè hujus Artis diſcipulis obſtiterunt, & remoram fecerunt tam privatis,

Digitized by Google

quam publicis ipſorum profectibus. Has ergo & nos adjiciemus, ut ne vel in minimis ampliùs benevolus lector in poſterum hæreat, ſed expeditus cuique inceſſus pateat. Nulla autem hîc Radicis ſive primitivæ vocis in ordine habebitur ratio, ſed prout in via nobis occurrentia quæque arripuimus, ita in publicum ſiſtemus, ac originis & ſignificati rationem primùm reddemus, deinde ejus uſum in Maſora exemplis breviter declarabimus.

אַדְכְּרָא , אַזְכָּרָה

Unum eſt nomen Chaldaicum, à Radice דְּכַר *Recordari, Meminiſſe*, alterum Hebraicum, à זְכַר unde Chaldæi pro more ſuæ linguæ, cõmutarunt ז in ד. Ergo utrumque idem quod *Memoriale*. Maſorethæ autem ſic vocant nomen divinum יְהֹוָה, eò quòd memoriale eſt divinæ eſſẽntiæ, & quia Deus ipſemet Moſi dixit, hoc nomen ipſi referens, זֶה שְּׁמִי לְעֹלָם וְזֶה זִכְרִי לְדֹר וָדֹר *Hoc eſt nomen meum in perpetuum, & hoc eſt memoriale mei in quamque generationem*, Exod. 3. 15. Hinc in Maſora parva, Deut. 31. 3, ubi nomen יְהֹוָה verſum inchoat & finit: ג' פְּסוּקִין רֵישֵׁיהוֹן וְסוֹפֵיהוֹן אַזְכָּרָה *Tres verſus ſunt quorum principia & fines ſunt nomen divinum* יהוה. Item, Prov. 1. 2, in Maſora parva ad מוּסַר legitur: י״ב וְכָל דְּסָמִיךְ לְאַדְכְּרָא דִּכְוָתֵיהּ *Duodecim ſunt* (cum Pathach) *& quodcunque junctum eſt nomini divino, ſimile eſt ipſi*, id eſt, etiam cum Pathach. Vide plura in Maſora magna finali in Nomine ארון.

אוֹרַיְתָא

Nomen Chaldaicum eſt, reſpondens in Targum Nomini Hebræo תּוֹרָה *Lex*, unde pro Hebræo, תּוֹרָה אַחַת *Lex una:* Targum habet אוֹרַיְתָא חֲדָא Exod. 12. 49. Scribitur in medio cum Pathach & Kametz indifferen-

ter,

ter. Hinc Maſorethis ſumitur pro Lege Moſis, ſeu quinque libris Moſis, qui ſynecdochicè appellantur *Lex.* Sic Geneſ. 5, 7, in Maſora parva ad וּשְׁמֹנֶה notatur, כָּל אוֹרַיְתָא חָסֵר *Tota Lex eſt defectiva.* id eſt, iſta vox in tota Lege ſcribitur defectivè, ſcil. ſine litera ו in medio.

אוֹת, אָתִין

Nomen Hebræum eſt, idem quod *Signum.* Hinc Maſorethis & communiter Grammaticis, *Litera*, quia eſt ſignum & character vocis. Plurale ejus ex forma Chaldaica mutuantur, maſculinè אָתִין, & fœmininè אָתְוָן, *Literæ.* Hinc 1. Sam. 12:23, ad מֵחֲטֹא in maſora parva notatur, ג׳ וּמְשַׁנְיָן בְּאָתְיהוֹן *Tria ſunt & diverſa in literis ſuis.* Nam præterea ſcribitur מֵחֲטֹא & מֵחֲטוֹא Gen. 20. 6. Pſalm. 39. 2.

אִיכָּה

Eſt, Sunt. Verbum Chaldaicum idem quod אִית & יֵשׁ. Litera י inſeritur ipſi ad indicandum punctum Chirek quod breve debet eſſe, ſequente Dages. Compoſitum videtur ex אִית כַּאן vel אִית כָּא. Hinc in Targum אִכָּא דְטָרֵךְ בְּמִלּוֹי *Eſt qui inſectatur verbis*, Proverb. 19. 7. Apud Maſorethas כָּל הֵיכָא דְאִכָּא Ubicunque eſt: אִכָּא דְאָמַר Eſt qui dicit.

אִית

Verbum Chaldaicum eſt, & defectivum, ab Hebræo יֵשׁ *Eſt, Sunt*, deflexum, & idem cum eo ſignificans, unde pro Hebræo יֶשׁ לְאֵל יָדִי *Eſt in facultate manuum mearum*, Targum, אִית חֵילָא בִידִי *Eſt poteſtas in manibus meis*, Geneſ. 31. 29: יֵשׁ אֱלֹהִים *Eſt Deus*, Targum אִית אֱלָהָא Pſal. 58. 12. Hinc in Maſora, דְאִית בְּהוֹן *In quibus eſt.*

אַלְפָא בֵיתָא

Alphabetum. Primò in Maſora ſic vocatur Catalo-

gus, Series, Ordo vocum plurium, juxta ordinem alphabeticum collectus & digeſtus. Sic eſt Alphabetum vocum, quæ ordine alphabetico incipiunt אא, אב, אג, אה, אר &c.. Secundò ſic vocatur Pſalm. 119, ab ordine alphabetico, quo eſt conſcriptus. Hinc Deuter. 33. 9. ad וְתוֹרָתְךָ in Maſora parva notatur וְכָל אַלְפָא בֵיתָא דִכְוָתֵיה׃ *Duo ſunt ſive Bis reperitur, & totum Alphabetum ipſi ſimile eſt*, id eſt, Bis duntaxat legitur, & aliquoties in Pſalmo 119, nempe quinquies, utibi Maſora notat.

אֶמְצָעִי אֶמְצָעוּת

אֶמְצָעִי *Medius*, cujus fœmininum אֶמְצָעִית, unde Gen. 27. v. 12, in Maſora parva ad כִּמְתַעְתֵּעַ notatur ל׳ וְרָפֵי ת׳ אֶמְצָעִית *Non reperitur amplius & lene eſt* ת׳ *medium*. אֶמְצַע, אֶמְצָעוּת Medietas, Medium.

אַנְדְּרוֹגִינוֹס

Vox Græca eſt ἀνδρόγυνος *Utriusq; ſexus*, utrumque ſexum habens, Utriuſque naturæ, ac ſi dicas Marifœmina. Maſorethæ utuntur ea voce, ad indicandam formam trium Verborum, quæ habent ſignum Maſculinum & fœmininum, nempe י formativum tertiæ perſonæ maſculinæ in Futuro, & terminationem fœmininam נָה: ut וַיֵּחַמְנָה *Et conceperunt*, Geneſ. 30. 38, וַיִּשַּׁרְנָה *Et rectà ibant*, 1. Sam. 6. v. 12, יַעֲמֹדְנָה *Stabunt*, Dan. 8. 22. De his legitur in Maſora parva Geneſ. 30, ג׳ מִלִּין אַנְדְּרוֹגִינוֹס *Tria ſunt verba androgyna.*

אָרִיךְ

Longum: Chaldaicæ formæ, & originis Hebraicæ ab אָרַךְ *Prolongari, Longum eſſe vel fieri.* Oppoſitum ejus eſt זְעֵיר *Parvum, Breve.* In Maſora hæc duo vocabula dicuntur de literis ו & י, unde Num. 7. aliquoties legitur, כ״ב פְּסוּקִים לֵירֵת. בְּהוֹן לָא אָרִיךְ וְלָא זְעֵיר׃ *Viginti duo*

duo verſus ſunt, in quibus neque longus, neque brevis eſt, id eſt, neque ו neque י. Sic Jeſa. 34. 11, רַבָּא וְזָעִיר *Magnus & Parvus.*

אַשְׁלָמְתָא

Perfectio; Completio. Vox eſt originis Hebraicæ, à שָׁלַם. Maſorethæ hoc nomine vocant Prophetarum libros. Prophetæ ipſis ſunt Priores & Poſteriores. Prophetæ priores ſunt Joſuæ, Judicum, Samuelis & Regum libri, qui communiter dicuntur נְבִיאִים הָרִאשׁוֹנִים, & Maſorethis quandoque אַשְׁלָמְתָא קַדְמַיְתָא. Poſteriores ſunt, Jeſajas & reliqui, excepto Daniele; quem inter Hagiographos Scriptores referunt; qui communiter vocantur נְבִיאִים אַחֲרוֹנִים; & Maſorethis quandoque אַשְׁלָמְתָא תִּנְיָנָא. Hinc in Maſora finali, in לא dicitur: *In toto Deuteronomio initium verſus eſt* לא, *exceptis ſeptendecim, qui incipiunt* וְלָא; & mox, וְכָל אַשְׁלָמְתָא קַדְמַיְתָא *Et in Prophetis prioribus ſimiliter initium verſus ſemper eſt* וְלָא, *exceptis novem* לא. Et in ordine של poſt שלחו, ſcribitur: *In tota Lege* וְאַשְׁלָמְתָא קַדְמַיְתָא *ſemper extat* שִׁלַּחְתִּי *&* וְשִׁלַּחְתִּי, *excepto uno* וְשִׁלַּחְתִּי Levit. 26. 25. וְכָל אַשְׁלָמְתָא תִּנְיָנָא *& omnes prophetæ poſteriores habent* שִׁלַּחְתִּי וְשִׁלַּחְתִּי, *exceptis duobus* וְשִׁלַּחְתִּי. Quare autem Prophetas ſic vocent, ignoro, ſcribit Elias in fine libri Maſoret.

CAPUT V.

De Vocibus

בַּתְרָא ׃ דָּגֵשׁ ׃ דִּכְוָתֵיהּ ׃ דִּמְיָן ׃ ׃ דִּלֵית ׃ דְּעָלַם ׃

בָּתַר Vocabulum Chaldaicum eſt, reſpondens Hebræo אַחַר *Poſt, Poſtea; Poſtquam*: ut, אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה Targum, בָּתַר פִּתְגָמַיָּא הָאִלֵּין *Poſt res illas*, Geneſ. 22. 1: ואתר

ואחר נגש יוסף Targum, ובתר־כן קרב יוסף *Et poſtea acceſſit Joſeph*, Gen. 33.7. Hinc Maſorethis בַּתְרָא & בַּתְרֵי, quod ſcribunt inſerto א ad indicandam vocalem בתראי, *Poſterior*, *Poſterius*, emphaticè בַּתְרָאָה, ut Geneſ. 4. 15. in Maſora magna ad יֻקָּם notatur, קַדְמָאָה וּבַתְרָאָה קָמֵץ *Prius & poſterius habet Kametz*. Aliquando dicitur de accentu in ultima, unde Geneſ. 6. 18. ad וּבָאתָ notatur, ז' בְּטַעַם בַּתְרָא *Septem ſunt cum accentu poſteriore vel poſterius*, i.e. in ultima ſyllaba, quod aliàs dicitur מִלְּרַע.

דָּגֵשׁ

Dageſch, vocabulum Grammaticum notum. Inde ampliùs דָּגוּשׁ, מוּדְגָּשׁ *Dageſſatum*, plur. דְּגוּשִׁים *Dageſſata*, הִדְגִּישׁ *Dageſſavit*, יֵשׁ מַדְגִּישִׁין *Quidam dageſſant Lamed, ſed errant*, Gen. 20. 3. in Maſora parva ad לֻקַּחַתְּ. Maſorethę eo utuntur, non de omnibus vocibus dageſſatis, ſed de iis, quæ interdum habent Dages, interdum non habent, aut inſolenter & non de communi uſu: ut Geneſ. 2. 25, ad עֲרוּמִּים Maſora notat: ב' מְלֵאִים וְדָגֵשׁ *Duo ſunt plena & habent Dages*, nempe hîc unum, & alterum Job. 22. 6, ubi Maſora magna textualis notat, ב' דְּגִשִׁין וּב' רַפִּין וסי' עַרְטִלָּאִין דְּגִשִׁין חַכִּימִין רַפִּין׃ id eſt, *Duo ſunt dageſſata, & duo plena, quorum ſymbolum: Nudi ſunt dageſſati, & ſapientes lenes*, id eſt, duo illa quæ dageſſata ſunt, ſignificant *Nudos*, & alia duo quæ lenia ſeu ſine Dages, עֲרוּמִים, ſignificant *Sapientes*. Item Geneſ. 6. 16. ad תְּכַלֶּנָּה Maſora parva notat: *Non reperitur ampliùs & habet Dages*, & Maſora magna infra textum: *Octo dictiones ſunt, quarum nulla ampliùs cum Dages eſt*. Id de poſteriori Dages in litera נ intelligendum: nam prius genuinum eſt de forma Conjugationis Pihel, quod ſæpiùs reperitur. Sic quæ ab initio habent Dages præter morem, à Maſorethis annotata ſunt: ut Geneſ. 19. v. 2. ad לֹּא notatum, ז' דְּגוּשִׁים *Septem ſunt Dageſſata*: ver. 14. ad צְּאוּ notatum

ב' דגש

Digitized by Google

ב' דגש *Duo habent Dageſch. Deinde* Maſora uſurpat illud de literis ſervilibus כ'לב, quando antè Nomina articulo ejecto, notantur cum Pathach ſequente Dages. Idq; propterea notarunt, ne hîc quandoq; peccaretur, ſcribendo eas cum Scheva & ſine Dages: ut, Gen. 9. 10, ad בַּבְּהֵמָה notatur, ו' דְּגֵשִׁין *Sex ſunt dageſſata*, nempe ad differentiam eorum, quæ ſcribuntur בִּבְהֵמָה quorum quatuor ſunt, quæ hîc ſimiliter adducuntur, & vocantur *Raphin, Lenia*, ut ſuo loco dicetur. Sic Geneſ. 20. 15. ad בַּטּוֹב notatur, ט' דגושין *Novem dageſſata ſunt*: contrà בְּטוֹב quater eſt lene. *Tertiò* Scheva quieſcens ſub literis gutturalibus, aliquando appellant *Dages* ob duriorem pronunciationem, pro quo cùm eſt Chatephpathach vel Catephſægol, id vocant *Raphe* ob faciliorem pronunciationem. Hinc in Maſora finali, in ordine עש ad מַעְשַׂר notatur, ג' דְּגֵשִׁין *Tria ſunt dageſſata*, i.e. cum Scheva quieſcente ſub litera gutturali. [Cui opponitur מַעֲשֵׂר Geneſ. 14. 20. ad quod notatur, ג' רפין *Tria ſunt Lenia*, de quo infrà in רָפֶה.]

דִּכְוָתֵיהּ

Simile ipſi. Vox Chaldaica pro Hebræo כְּמֹהוּ *Sicut*, ut in illo, לֹא הָיָה כָמֹהוּ בְּמִצְרַיִם *Non fuit ſimile ipſi in Aegypto*, Targum, לָא הֲוָה דִּכְוָתֵיהּ בְּמִצְרַיִם, Exod. 9. 18. Eſt autem compoſita ex præfixo Pronomine ד, quod idem cum Hebræo אֲשֶׁר *Qui, quæ, quod*, & particulâ כְּוָת *Sicut*, & ſuffixo Pronomine tertiæ Perſonæ maſculinæ. כְּוָת autem nunquam ſeparatim, ſed ſemper cum Pronomine in fine uſurpatur; ut, תְּרַחֲמֵיהּ לְחַבְרָךְ כְּוָתָךְ *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*, Levit. 19. 18. Eſt ergo דִּכְוָתֵיהּ ad verbum, *Quod ſicut illud, Simile ipſi.* Maſorethæ eo utuntur, quando volunt ſimilem vocis formam in literis plenis vel deficientibus, in vocalibus aut accentu indicare. Rariſſimè autem ſine ד uſurpant, ut Pſal. 19.

v. 14. ad עַבְדְּךָ in Maſ. parva notatum: ז׳ וְכָל א״סף כְּוָתֵיה ב״מ״א *Septem ſunt, & omne Athnach & Sophpaſuk ipſi ſimilia ſunt, excepto uno.* Communiter cum ד ab initio, ut Geneſ. 3. 10. ad אָנֹכִי in Maſora parva notatur, ח׳ מִלְעֵיל וְכָל א״סף וְזָקֵף דִּכְוָתֵיה במ״א מִלְרַע׃ *Octies reperitur Milhel* (penacutum) *& omnis Athnach & Sophpaſuk ſic quoque ſunt, excepto uno Milra* (acuto) id eſt, Octies legitur cum accentu in penultima, & ſic quoque ſemper eſt cum accentu Athnachta, Sophpaſuk & Sakephcaton, uno excepto, quod accentum habet in ultima. Item Gen. 4. 9. in maſ parva ad אִי notatur: ה׳ וְכָל אִי מִזֶּה דִּכְוָתֵיה *Quinque ſunt*, ſeu *Quinquies ſic reperitur, & omne* אִי מִזֶּה *ipſi ſimile eſt*, id eſt, אִי quinquies ſeparatim reperitur, & ſic quoque ſemper ſeparatim ſcribitur, quando ponitur ante מִזֶּה. Item Geneſ. 5. verſ. 25. in Maſ. magna textuali ad וּשְׁמוֹנִים notatur: *Sex ſunt plena, quorum loca* & cæt. וְכָל ד״ה דִּכְוָתְהוֹן ב״מ״א *& univerſi libri chronicorum ipſis ſimiles ſunt, excepto uno*, id eſt, in libris chronicorum ſemper quoque plenè cum ו ſcribitur, excepto uno exemplo, quod ſcribitur defectivè וּשְׁמֹנִים 2. Par. 2. 17. Item Geneſ. 3. 17. in Maſora magna textuali ad צִוִּיתִיךָ notatur: ב׳ מְלֵאִים בְּתוֹרָה וּבְעִנְיָן וְכָל נְבִיאִים וּכְתוּבִים דִּכְוָתֵיה ב״מ״א חָסֵר י׳ בַּתְרָאָה׃ *Duo ſunt plena in Lege, & quidem in hoc capite* (hoc verſu & verſ. 11.) *& omnes Prophetæ & Hagiographa ipſi ſimilia ſunt, præter unum defectivum* י *poſteriori*, id eſt, in omnibus Prophetis & Hagiographis ſcribitur ſimiliter plenè cum utroque י, excepto uno exemplo, ubi ſcribitur צִוִּיתְךָ, 1. Sam. 21. v. 2. cum defectu י poſterioris. Item Geneſ. 10. v. 1. ad וַיִּוָּלְדוּ in Maſora parva notatur: ל׳ וְכָל קְרָיָא דִּכְוָתֵיה ב״מ״א׃ *Non extat amplius, & tota Scriptura ipſi ſimilis eſt, excepto uno.* Hoc obſcurum eſt, & omnino videtur dicendum fuiſſe, ל׳ בְּתוֹרָה *Non extat amplius in Lege.* Id ſenſus neceſſariò poſtulat, & ſic res ipſa eſt: in

Lege

Lege enim nonniſi hoc loco occurrit, unde ſequitur, totam Scripturam reliquam ipſi ſimilem eſſe, id eſt, ſic quoque eam vocem aliàs legi & ſcribi, excepto uno exemplo, quod ſcribitur וילדו & legitur וַיִּוָּלְדוּ 2. Sam. 3. 2. ubi hæc Maſora clariùs proponitur. Denique לֹ דִּכְוָתֵיה *Non eſt ei ſimile*, idem eſt ac ſi diceret, Non extat ſæpiùs: ut Gen. 6. 20. ad מֵהָעוֹף in Maſora magna legitur: *Unum eſt ex 22. vocibus, quæ accipiunt* מ״ה *ab initio*, דְּכָל חַד לֹ דִּכְוָתֵיה *quarum nulla ſibi habet ſimilem*, id eſt, quarum nulla alibi ſæpiùs occurrit. Ex his exemplorum formis, alia erunt æſtimanda & dijudicanda.

דָּמְיָן

Similes ſunt. Eſt Participium plurale Chaldaicum Conjugationis kal, à Radice דְּמָה *Aſſimilari, Similem eſſe.* Maſorethæ eo utuntur de vocibus aut verſibus ſimilibus, in aliquo tamen differentibus: ut, Gen. 38. v. 27. in Maſora parva ad תְאוֹמִים notatur: ר׳ זוגין דָּמְיָן חַד מָלֵא וְחַד חָסֵר׃ *Quatuor paria vocum ſimilia ſunt, quorum unum plenum eſt, alterum defectivum.* Exod. 6. 18. ad וְחֶבְרוֹן in Maſora parva notatur: חַד מִן ה׳ פְּסוּקִין דָּמְיָן בִּשְׁמָהָתְהוֹן וּמִתְחַלְּפִין בְּאַתְוָתְהוֹן׃ *Unus eſt ex quinque verſiculis, qui ſimiles ſunt nominibus ſuis, & diverſi literis ſuis.* Ezech. 41. ad verſum 24. in Maſora magna notatur: חַד מִן ה׳ ר״פ יְחִידָאִין מִן ג׳ ג׳ מִלִּין דָּמְיָן קַדְמָא נָסִיב וי״ו וְתִנְיָיתָא וּתְלִיתָא קָרְחֵי׃ *Unum eſt ex quinque initiis verſuum ſingularium, qui habent tres dictiones ſimiles, quarum prima accipit* ו (ab initio) *ſecunda & tertia calvæ ſunt*, id eſt, ſine ו, veluti in hoc verſiculo וּשְׁתַּיִם שְׁתַּיִם שְׁתַּיִם.

דִּלּוּג

Tranſitus, Tranſitio, Præteritio, à דָּלַג *Tranſilire*, א״ב דִּלּוּג *Alphabetum tranſilitum*, id eſt, imperfectum, in quo aliquæ literæ deſunt. Hinc R. Salomon Exod. 12. 11. vo-

cabulum Hebræum פֶּסַח explicat per דִּלּוּג וּקְפִיצָה id eſt, *Tranſitus, Præteritio:* item הקרבן הוא קרוי פסח על שם הדלוג שהקב״ה מדלג בתי ישראל מבין בתי מצריים וקופץ ממצרי למצרי וישראל אמצעי נמלט׃ i. e. *Ipſum ſacrificium appellatur Tranſitus propter tranſilitionem, quia Deus tranſiliebat domos Iſraelitarum in medio domuum Aegyptiorum, & ſubſilit de Aegyptio ad Aegyptium, in quorum medio erat Iſrael & liberabatur.* Maſorethæ eo utuntur dupliciter: *primò*, quando vox quædam in aliquo ſententiæ membro tranſitur, quæ aliàs eidem addita eſt, tunc de omiſſa dicunt דלוג: ut, Exod. 33. 1. ad verba וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל מֹשֶׁה in maſora parva notatum, י׳ דִּלּוּג לֵאמֹר *Decem ſunt, in quibus tranſilitio eſt verbi* לֵאמֹר, quod ſcil aliàs iſti locutioni eſt adjunctum: ut, וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל מֹשֶׁה לֵּאמֹר *Et locutus eſt Dominus ad Moſen, dicendo*, Exod. 13. verſ. 1. *Secundò*, de alphabeto vocum interrupto & imperfecto, in quo aliquæ literæ prætereuntur: ut, Geneſ. 2. v. 14. in maſora parva ad חִדֶּקֶל notatur: ל׳ וְאֶחָד חִדָּקֶל׃ א״ב מִן חַד חַד פַּתַח וְחַד קָמֵץ דִּלּוּג׃ *Non extat amplius, & unum eſt* חִדָּקֶל. *Eſt alphabetum ex uno & uno* (ex eodem vocabulo bis uſurpato) *unum habet Pathach, alterum kametz, per tranſilitionem*, id eſt, eſt alphabetum vocum imperfectum, in quo quædam alphabethi literæ præteritæ ſunt. Pathach in hoc exemplo intelligitur Pathach parvum, id eſt, Ségol. Ex hoc alphabeto etiam eſt הַכֵּנִי & הַכֵּנִי, Geneſ. 32. v. 10. 1. Sam. 17. 9. Sic eſt alphabetum vocum imperfectum ex tribus vocibus, quarum duæ incipiunt ab א, tertia à וא, ut אֶרְאֶה אֶרְאֶה וְאֶרְאֶה.

דעלם

Senſus hujus vocabuli clarus eſt, ſed origo & forma ejus obſcura. Senſus ejus eſt, quando Maſora affert verſum aliquem, qui iiſdem verbis quoque alibi legitur,

tunc

tunc differentiæ & verſus certi cognoſcendi causâ, ſubjicitur iſti loco qui citatur; membrum aliud vel ejusdem verſus, vel ſequentis, ut certo ſciatur, iſtum verſum adduci, poſt quem ſequuntur iſta vel iſta verba. Hoc ſenſu רעלם eſt *Poſt quæ*, *Poſt quod*, nempe ſequitur vel legitur, ex ד præfixo Pronomine, & Præpoſ. עַל *Super*, *juxta*, & Pronomine ſuffixo ם. Sed hæc compoſitio heterogenea eſt, ex forma Chaldaica & Hebraica. Nam ם Affixum nō Chaldæorum, ſed Hebræorum eſt. Chaldaicè eſſet dicendum דַעֲלוי vel דַעֲלֵיה aut דַעֲלֵיהוֹן. Sic certè in Maſora magna in fine Numerorum legitur, עַרְבֹת i.e. עַרְבֹת כָּל אוֹרַיְתָא חָסֵר במ״א דַעֲלוי וַיַּרְא בָּלָק בֶּן צִפּוֹר *in tota lege defectivum eſt, excepto uno, poſt quod ſequitur, Et vidit Balak filius Tzippor*, Num 22.2, ubi verſu præcedenti ſcribitur בְעַרְבוֹת מוֹאָב plenè. Quia verò iſta duo verba ambigua ſunt, & ſæpiùs leguntur, ideo illis membrum verſus ſequentis adjicitur, differentiæ causâ, & id indicatur per דַעֲלוי, *Poſt quæ*, id eſt, אֲשֶׁר עֲלֵיהֶם. Sic intelligendum רעלם, Exod. 7.8, ubi ſæpiùs occurrit.

CAPUT VI.
De Vocibus

הָאי ׃ הֵיכָא ׃ הֶכְרֵע ׃ הָלֵין ׃ הֲלֵילָא ׃ וַדַּיָּא ׃
זוּגִין ׃ זוּטָא ׃ זְעִיר ׃

הָאי *Hic, Hæc, Hoc*, Pronomen Chaldaicum, quod poſterioribus Babyloniis & Talmudicis Scriptoribus familiare eſt, quod & abſq; י ſcribitur הָא. Inde הָאי גַבְרָא Hic vir, הָא בְהָא תַלְיָא Hoc ab illo pendet, בְהָאי שַׁעְתָּא Hoc vel iſto tempore. Ex horum dialecto eſt illud כְּהָאי גַוְנָא *Juxta hunc modum*, Ruth. 4. 6. Sic apud Maſorethas, נְקוֹט הָאי כְלָלָא בִירָךְ *Accipe hanc regulam in manum tuam*, בְהָאי סִפְרָא *In hoc libro* מֵהָאי גִּסָּא *Ab hac parte.*

הֵיכָא

Ubi? Chaldæum eſt, ut אִלֵּין הֵיכָא הֲווֹ *Illi autem ibi erant*, Jeſa. 49. 21: חֲזוֹ הֵיכָא הוּא *Videte ubinam ſit*, 2. Reg. 6. 13. Hinc apud Maſorethas כָּל הֵיכָא *Ubicunq;*, ut Lev. 1. 11. ad וְזָרְקוּ in Maſora parva notatur, כָּל הֵיכָא דְאִכָּא *Ubicunq; eſt*, & cæt.

הֶכְרַע

Præpondium. Præponderatio. Apud Rabbinos הִכְרִיעַ eſt *Præponderare, Pondere deprimere lancem*; item *Solvere quæſtionem dubiam*, unde dicunt, אף על פי שיש חולקין יכריע האמת: *Etiamſi quidam ſint diſſentientes, tamen præponderabit veritas.* Item, אֵין הֶכְרַעַת שְׁלִישִׁית מַכְרַעַת *Præponderatio tertia nihil præponderat.* Veluti cum duo de quæſtione aliqua dubia contendunt, & venit tertius, aliam ab illis ſententiam afferens, neutri aſſentiendo, ejus ſententia nihil obtinet. Hinc apud Maſorethas Deuter. 31. 16, in Maſora magna ad וְקָם הָעָם הַזֶּה notatur: חַד מִן ה' פְּסוּקִין בְּתוֹרָה דְאִית בְּכָל חַד וְחַד מִלָּה חֲדָא דְלֵית לָהּ הֶכְרַע אִי מֵהָאי גִּסָּא אוֹ מֵהָאי גִּסָּא: *Eſt unus ex quinque verſiculis in Lege, in quorum unoquoq; eſt dictio quædam, cui non eſt præpondium, utrum ad hanc partem pertineat vel ad iſtam.* Quinque iſti verſus hîc afferuntur, quorum pondus lector examinare poteſt. Sic Exod. 25. 33. Hinc quoque ex forma Chaldæo-Talmudica, לְאַכְרוֹעֵי כְּמַאן *Ad ſolvendum, declarandum vel tantillum*, Pſal. 18. v. 48, in Maſora magna, in verbis R. Jacob.

הָלֵין

Hæc, Iſta. Pronomen Chaldaicum plurale poſterioribus paraphraſtis interdum uſitatum, Talmudiſtis autem familiariſſimum. In Targum Proverbiorum, אף הלין

נַם הָלֵין לְחַכִּימֵי אָמַרְנָא *Etiã illa ſapientibus dico ego*, Hebr. אֵלֶּה, cap. 24. 23: item, פְּתַח פּוּמָךְ לְהָלֵין *Aperi os tuum illis*, Prov. 31.8. Communiùs in Targum Onkeli & Jonathanis pro eo dicitur אִלֵּין. Sic & Maſorethis tritum eſt; unde הָלֵין חַסְרִין *Iſta vel hæc ſunt defectiva*, הָלֵין זוּגִין, *Hæc ſunt paria vocum.*

הִלּוּלָא

Laus, Laudatio. Idem quod תְּהִלָּה, unde plurale maſculinum תְּהִלִּים *Laudes, Pſalmi*, Pſalmorum liber, & ſic הִלּוּלָא pro Libro Pſalmorum Davidis. Unde 1. Sam. 22.5, in Maſora magna ad אֲפָפוּנִי notatur, וְחַבְרוֹ דְהִלּוּלָא אֲפָפוּנִי חֶבְלֵי מָוֶת *Et ſocius ejus libri Pſalmorum*, id eſt, locus qui in hoc capite extat, ſocium habet Pſal. 18:5, hoc eſt, ibidem totidem verbis legitur.

וַדָּאִין ׃ וַדָּיָא

Confeſſa, Certa. Nomen Chaldaicum plurale, à ſingulari וַדַּי, quod ſcribitur וַדַּאי, unde iſta pluralia. Hinc apud Rabbinos, אֵין וַדַּאי שֶׁאֵין בּוֹ סָפֵק *Non eſt certum, in quo non ſit aliquid dubii.* בְּוַדַּאי *In Confeſſo, Certò, Verè.* Origo Hebraica eſt, à יָדָה, unde in Hithpahel הִתְוַדָּה *Confiteri.* Hinc Chaldaicè וַדִּי pro eodem, unde in Targum, וִיוַדֵּי עֲלוֹהִי *Et confitebitur ſuper eo*, Levit. 16.21: וִיוַדּוּן יַת חוֹבֵיהוֹן *Et confitebuntur peccata ſua*, Num. 5. v. 7, niſi fortè iſta legēda ſint וִיוַדֵּי pro וְיִתְוַדֵּי, & ſic וִיוַדּוּן pro וְיִתְוַדּוּן, quomodo Hebraicè iſta efferuntur. Ex hac forma cum י ab initio, eſt Nomen וַדַּאי. Maſorethæ eo utuntur de nomine divino אֲדֹנָי, ad quod ſæpè notant, ק׳לד וַדָּיָא 134. *ſunt confeſſa*, id eſt certa, quæ propriè & per ſe ſcribuntur & leguntur. Nam aliâs etiam nomen ſanctiſſimum יהוה per nomen Adonai effertur, quæ ob pluralitatem ſuam non ſunt numerata. In Maſora finali de hoc nomine ita traditur in ordine אד אֲדֹנָי וַדָּיָא קלד׃

קלד׳ מנהון לארני וסימנידון נמסר בישעיה ריש סימן כח וג׳ מנהון ואדני ושאר דין: id eſt, *Adonai confeſſa ſunt* 134, *ſeptem ex illis ſunt Ladonai, quorum loca trademus in Jeſaja, in principio capitis* 28, *& tria illorum ſunt Vadonai, reliqua ſunt hæc ſequentia*, & cæt. Et in Maſora magna textuali, Jeſa. 38. 16, אדני כ׳ב ודיא בספרא *Adonai viginti duo confeſſa ſunt in libro hoc.* In tribus editionibus Venetis hîc legitur נריא, quod cæcitas Judaica hactenus ne palpando quidem cognovit in mendo cubare. Deinde Affixum Pronomen ך communiter ſic ſcribitur, aliquando autem כה, quæ deprehenderunt eſſe unum & viginti, quæ appellarunt ודיא *Confeſſa & certa*, pro Pronomine uſurpata, non pro terminatione communis vocis, in qua כ eſt de literis Radicis. Hinc in Maſora finali in litera ה, inter ejus communia, notatum eſt: כ״א מלין דכתיב כ׳ה בסוף תיבותא ודיא *Una & viginti voces ſunt, in quibus ſcriptum eſt* כה *in fine vocis, quæ confeſſa ſunt.* Idem in litera כ traditur. Legitur etiam Pſal. 68. 23. ad ארני.

זוגין

Paria. Nomen Chaldaicum à ſingulari זוג, emphaticè זוגא *Par, jugum*, copula duorum, Hebr. צמד: ut, זוג פרשים *Par equitum*, Jeſa. 21. 7: זוג כרנין *Par mulorum*, 2. Reg. 5. 17. כד הוינא רכיבין זוגא *Cum eſſemus equitantes pariter* 2. Reg. 9. 25. Apud Rabbinos, זוג ונפרד *Par & impar.* Maſorethæ pluraliter dicunt זוגין, & non tantum propriè uſurpant de Paribus ſeu binis vocibus, ſed & de ternis, quaternis & pluribus, pari jugo junctis, quæ ſimilem aliquam affectionem habent. Hujuſmodi Paria in Maſora finali varia & multiplicia recenſentur, ut in principio Maſoræ finalis: ד׳ זוגין מן ב׳ב *Quatuor paria ſunt ex binis vocibus, quarum prima profert* א, *altera non profert.*

profert, & contrà, Quatuor paria ſunt ex binis vocibus, quarum prima non profert א, *altera profert*, veluti תוּמִים & תְּאוֹמִים, item פֹּה & פּוֹאה, Vide Maſoram 1.Par.7. in principio. In litera ב traditur: י״ג זוגין *Tredecim paria vocum ſunt, quarum una incipit à* ב, *altera ab* וב, veluti בְּבַרְזֶל & וּבְבַרְזֶל, item בְּרִשְׁעַת & וּבְרִשְׁעַת & cæt. Sic Gen. 17.24. in maſ. parva ad בְּהִמֹּלוֹ notatur: ג׳ זוגין קַדְמָאָה לא נָסֵב אֶת תִּנְיָן נָסֵב אֶת: *Tria paria ſunt, primum habet* אֶת *alterum non habet* אֶת, ut in hoc verſu, בְּהִמֹּלוֹ בְּשַׂר עָרְלָתוֹ, in verſu ſequenti בְּהִמֹּלוֹ אֵת בְּשַׂר עָרְלָתוֹ.

זוּטָא

Parvum, Minuſculum. Vocabulum eſt Rabbinicum, unde סֶדֶר עוֹלָם זוּטָא *Ordo mundi parvus*, id eſt, Chronicon mundi minus, libri nomen; אֵיכָא זוּטָא *Threni parvi*, Lamentationes parvæ. *Echa* nomen libri Jeremiæ, quem *Threnos* vocant, à prima voce ſic dicti. Sic autem Rabbini vocant *Gloſſam parvam* in iſtum librum, cui opponitur אֵיכָא רַבְּתָא *Gloſſa magna* in Echa ſeu Threnos. Hinc Maſora parva Num. 25. 12. ad שָׁלוֹם notat: ו׳ זוּטָא *Vav minuſculum, eſtq; unum ex alphabetho literarum minuſcularum.* Nempe litera ו in iſta voce ſcribitur figurâ minuſculâ, qualium literarum integrum alphabethum eſt, de quo ſuo loco egimus. Cæterum Targum pro hac voce habet זוּטַר, unde זוּטַר אֲנָא לְיוֹמַיָּא *Parvus ego ſum diebus*, id eſt, minor, junior ætate, Job. 32. 6. זוּטַר אֲנָא וּבְסִיר *Minor ego ſum & contemptus*, Pſalm. 119. 141. Videtur ergo dialectus eſſe זוּטָא & זוּטַר (vel ר ut Talmudici dicunt אֵימָא pro אֵימַר *Dicam.*

זְעֵיר וְזְעֵירָא

Parvum, Minuſculum. Originis eſt Hebraicæ, & ſignificationis notæ. Sic in Targum, כִּזְעֵיר הֲוָה בְּעֵינֵיהוֹן בֵּית מַקְדְּשִׁי: *Quaſi res exigua erat in oculis ipſorum Domus ſan-*

Digitized by Google

Et uarii mei, Jeſa. 28. 11. הֲלֹא מִצְעָר הִיא *Nunquid perparva eſt illa urbs*, Gen. 19. 20. Sic Maſorethæ hac voce appellant literas minuſculas, quæ formâ ſolitâ & communi minores ſunt; unde Gen. 2. 4. ad בְּהִבָּרְאָם in Maſora parva, ה׳ זְעִירָא *He minuſculum eſt*. Et Jeſajæ 44. 14 ad אֹרֶן ſimiliter notatum: ג׳ נוּנִין זְעִירִין *Tria Nun minuſcula ſunt*. Vide de his ſuprà. Deinde vocant literam י, זְעִיר *Brevem*, reſpectu literæ ו, quam appellant אָרִיךְ *Longam*: vide ſuprà in אריך.

CAPVT VII.

De Vocibus.

חָבֵר : חָטֵף : חוֹל : חִלּוּף : מִתְחַלְּפִין : חֵלֶק : חָסֵר :
חָסֵר וְחָסֵר : טוּבָא : טַעַם

חָבֵר *Socius*. Hebræum eſt, & notum. Maſorethæ eo utuntur, quando duo loca ſimilia occurrunt, tunc uno adducto, ſubjiciunt וְחֵבְרוֹ *Et ſocius ejus*, qui ſcilicet alibi in eodem libro legitur. Si ſit in libro alio, tunc eum nominant: ut Gen. 1. 11. in maſora magna ad לְמִינוֹ notatur, וְחֵבְרוֹ דְמִשְׁנֵה תוֹרָה *Et ſocius ejus in Deuteronomio*. Sic, וְחֵבְרוֹ דִמְלָכִים Et ſocius ejus libri Regum, וְחֵבְרוֹ דדה״י Et ſocius ejus in libro chronicorum, & ſic ſinguli ſemper nominantur.

חָטֵף

Vocabulum Grammaticum eſt, quod communiter attribuitur tribus vocalibus breviſſimis, Chatephpathach, Chatephſægol, Chatephkametz. At Maſorethæ etiam ipſum Scheva ſimplex ſic vocant: ut, Jer. 3. 18. in Maſora magna ad יָבֹאוּ notatur: ז׳ חֲטָפִין *Septem ſunt ſchevata*. [Sic 1. Paral. 2. v. 10. ad נְשִׂיא aſcriptum, ו׳ חטף

Digitized by Google

Sex cum Chatheph, id eſt, cum Scheva.] Hoc Scheva aliâs vocatur *Raphe*, & ſic hoc loco Maſora parva, ז׳ רַפִּין, *Septem ſunt lenia*, de qua locutione vide infrà in רָפָה.

חול.

Profanum, Commune. Hebræum eſt, ut in illo בֵּין הַקֹּדֶשׁ וּבֵין הַחֹל׃ *Inter ſanctum & profanum*, Levit. 10. 10. Maſorethæ eo ſic quoque utuntur, ad vocabulum אֵל, quod aliâs ſanctum eſt, & nomen divinum, aliquando etiam profanum, ſignificationis communis pro Pronomine אֵלֶּה, *Illi.* Hinc Gen. 19. 25. in Maſora parva ad הָאֵל notatur: ח׳ בְּלִישָׁן חול *Octo ſunt in ſignificatione profana*, nempe pro Pronomine אֵלֶּה. Loca adducuntur Geneſ. 26. verſ. 4.

חִלּוּף׳ו׳ מִתְחַלְּפִין

חִלּוּף *Diverſum.* Opponitur vocibus aut membris verſus ſimilibus, à quibus quando aliquid diverſi eſt vel in vocali, vel in accentu, vel in litera, vel in ſyllaba aut in voce aliqua, aut planè contrariam formam habent, tunc eæ vocantur חִלּוּפִין, aut מִתְחַלְּפִין. Hujusmodi plurima paſſim in Maſora recenſentur, ut in Maſora finali, in principio literæ א traditur, י״ז מִלִּין דְּמַפְּקִין א *Septendecim voces ſingulares ſunt, quæ proferunt* א, quod nunquam ſæpiùs faciunt, וְחִלּוּפֵיהוֹן *Et diverſæ vel contrariæ ipſarum, Sedecim voces ſunt quæ non proferunt* א, *quarum nullum eſt par*, id eſt, quod ſimiliter ſæpiùs in illis non fit, qualis eſt שֶׁלָתֵךְ *Petitio tua*, 1. Sam. 1. 17. quarum omnium loca recenſentur 2. Reg. 16. 7. In litera ה traditur, י״ג חַסְרִין ה *Tredecim voces deficiunt literâ* ה *in fine dictionis, & leguntur cum* ה, quarum loca traduntur 2. Sam. 23. וְחִלּוּפֵיהוֹן & *contrariæ vel diverſæ illarum*, ז׳ נִסְבִּין ה *Septem habent* ה *in principio dictionis, & non leguntur*. Hinc dicunt & מִתְחַלְּפִין *Permutata, Diverſa, aut contraria*, quod & מְשַׁנִּין dicunt

Digitized by Google

à שְׁנָה *Permutari.* Exod. 5. 17. in maſora magna ad נִזְבְּחָה
notatum : חַד מִן ח׳ זוּגִין מִתְחַלְּפִין קַדְמָאָה אֱלֹהִים תִּנְיָנָא לַיהוָה
יְהוָה : *Eſt unum ex quinque paribus diverſis, quorum unum habet* אֱלֹהִים, *alterum* יְהוָה. veluti hîc dicitur נִזְבְּחָה לַיהוָה, antè verſu 8. נִזְבְּחָה לֵאלֹהֵינוּ ſic, וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים לְנֹחַ, & alibi, וַיֹּאמֶר יְהוָה לְנֹחַ, & alia quæ hîc in Exodo afferuntur. De literis, Exod. 6. 17. in Maſora parva ad וְחֶבְרוֹן notatur: חַד מִן ה׳ פְּסוּקִין דָּמְיָן בִּשְׁמָהָתְהוֹן וּמִתְחַלְּפִין בְּאָתְיָהוֹן *Eſt unum ex quinque verſiculis ſimilibus in nominibus ſuis, & diverſis in literis ſuis.* Exempla vide hîc in Maſora magna. De accentu, Lev. 23. 12. ad וַעֲשִׂיתֶם in Maſora magna notatur: *Vaaſithem* quando dicitur de עֹמֶר *manipulo* (ut hoc verſu) eſt cum accentu Sakephcaton, & *vaaſithem* de hirco caprarum (ut verſu 19) eſt cum accentu Tevir, cujus differentiæ ſymbolum eſt in lingua Aramæa, עֻמְרָא סְלִיק צְפִירָא נְחִית *Manipulus aſcendit, hircus deſcendit,* וְהוּא חַד מִן י״ו זוּגִין מִתְחַלְּפִין בְּטַעְמָא בְּחַד עִנְיָנָא חַד זְקִיף לְרוּמָא וְחַד נָחִית לִתְהוֹמָא : id eſt, *& illud eſt unum ex ſedecim paribus, diverſum accentum habentibus, quorum unus attollitur in altum, alter deſcendit in abyſſum.* Senſus prioris ſymboli, *Manipulus aſcendit,* id eſt, *Vaaſithem* ubi refertur ad manipulum, habet accentum ſupra vocem, & *Hircus deſcendit,* id eſt, ubi refertur ad hircum, accentum habet infra vocem, nempe Tevir, cujus ſedes propria infra vocem eſt. Hinc & alterum ſymbolum intelligitur.

חֵלֶק

Pars. Nomen Hebræum notum. Maſorethæ eo uſi ſunt ad diſtinguendos libros duplices Samuelis, Regum, Eſræ & Chronicorum, unde חֵלֶק א׳ *Liber primus,* חֵלֶק ב׳ *Liber ſecundus.*

חָמָן

Videntur. Participium Chaldaicum plurale à חֲמָא ſive חֲמֵי, quod in Targum reſpondet Hebræo חָזָה *Videre.* Apud

re: Apud Maſorethas, Hoſ. 2. 6. in Maſora utraque ad שַׂךְ notatum, חַד מִן מִלִּין חַמִּין שִׂין וְקָרֵינַן סָמֶךְ *Eſt unum ex vocibus qua videntur cum Sin, & legimus Sameeh.* Senſu idem quod כְּתִיבָן *Scripta ſunt.*

[חָמֵשׁ

Quinque. Sumitur ſic abſolutè pro חמש מגלות Quinque Megilloth Joſ. 16. 11. 'חמש רכו.]

חָסֵר : חָסֵר וְחָסֵר

חָסֵר *Defectivum:* plural. חֲסֵרִים *Defectiva;* Vox Hebræa, & vulgò nota. Maſora eâ utitur, primò de literis quieſcentibus 'ו & 'י, quando in voce aliqua expreſſæ non ſunt, in qua aliâs exprimi ſolent, aut exprimi debebant: ut, Geneſ. 2. 22. ad וַיְבִאֶהָ in Maſora parva notatur, ב' חֲסֵרִים *Duo ſunt defectiva,* ſcilicet ſine 'י poſt 'ב ſcripta, cum quo ex analogia formæ ſuæ in Conjugatione Hiphil ſcribi debebat. Et verſu 3. ad וַיִּשְׁבֹּת in utraque Maſora notatum, ב' חֲסֵרִים *Duo ſunt defectiva,* nempe abſque ו ſub cholem, quod alibi ipſi aſcribitur, ut in יִשְׁבּוֹת Hoſ. 7. 14. Alter locus eſt, ubi ei adjungitur הַמָּן ut וַיִּשְׁבֹּת הַמָּן, Joſuæ 5. 12. Et de ו, Exod. 25. 15. ad יָסֻרוּ notatur, ל' חָסֵר *Non extat amplius defectivum.* Secundò ejus uſus de 'ה in Imperativo & Futuro plurali fœminino, deficiente: ut, Ruth. 1. 9. ad וּמְצֶאןָ in Maſora parva notatur, ל' חָסֵר *Non extat amplius defectivum:* verſu 12. ad לָכֶן in Maſora parva, ל' חָס' ה' *Non reperitur amplius cum defectu* 'ה. Sic verſ. 20. ad קְרֶאןָ *Non reperitur amplius defectivum.* Item de 'ה in voce נָתַתָּ deficiente: ut Exod. 25. 16 ad וְנָתַתָּ notatur, כ"ט חֲסֵרִים *Viginti novem ſunt defectiva.* Item de ח in רָאִיתָ deficiente, Pſal. 31. 8. Item de Tredecim vocibus, quæ ſcribuntur abſque 'ה in principio dictionis, & leguntur cum 'ה: ut 1. Reg. 7. v. 20. ad שְׂבָכָה Maſora parva notat: י"ג חֲסֵרִים ה' בְּרֵישׁ תֵּיבוּתָא וְקָרֵין

Tredecim deficiunt literâ ה *in principio vocis, & leguntur.* Denique de א, Jerem. 39. 17. ad מְבֹי in Maſora magna notatur, ט׳ חֲסֵרִים אָלֶף בְּלִישָׁן בִּיאָה *Novem deficiunt literâ Aleph in locutione Verbi* בוא.

חסר דחסר *Defectivum defectivi*, id eſt, Totum vel omnino Defectivum: ut Gen. 1. 14, ad מְאֹרֹת notatum, ג׳ חֲסֵרִים דַּחֲסֵרִים *Tria ſunt omnino defectiva*, bis ſcilicet litera ו deficiente. Exo. 23. 20, ad הֲכִנֹתִי notatum, ל׳ וְחָסֵר דְּחָסֵר *Non extat ampliùs, & eſt omnino defectivum*, nempe ſine י & ו in medio ſcriptum.

טוּבָא:

Vel טוּבָא *Multùm, Plurimum, Multa, Plurima*, ex uſu loquendi Talmudico. Sic in Maſora magna Pſ. 18. 48, ad הַנּוֹתֵן dicitur, אָמְנָם קָהִינָא בֵּיה טוּבָא *Certè laboravimus in eo plurimùm.* Verba ſunt R. Jacobi, non Maſoræ.

טַעַם:

Accentus. Vox Grammatica nota. Uſurpatur in Maſora cum ב ab initio, בְּטַעַם vel בְּטַעְמָא. Accentus nomen quandoque additur, quandoque non, intelligitur autem ſemper iſte accentus, quem vox iſta in textu habet. Non autem omnes, vel omnium vocum accentus annotarunt, ſed quoſdam qui vel rariùs, vel peculiarem obſervationem merebantur, ne vitioſus committeretur error: ut Geneſ. 1. 6, ad וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים notatur, ג׳ בְּטַעַם *Tria ſunt cum accentu*, id eſt, ter hæc conjuncta locutio reperitur cum Munach ſequente Sakephcaton. Item Gen. 5. 6, ad וַיְחִי שֵׁת notatur, ה׳ בְּטַעַם *Quinq; ſunt cum accentu hoc.* Id intelligendum non ſimpliciter de duarum harum vocum accentu, ut in præcedenti locutione, ſed quinq; nomina propria cum Verbo וַיְחִי conjuncta habere iſtum accentum Sakephgadol, quorum ſymbolum eſt שׁ׳ילנע, quod mox in Maſora magna explicatur,

plicatur, שֵׁרת ,יֶרֶד ,לֶמֶך ,נֹחַ ,עֵבֶר. Poſterius autem עֵבֶר infrà cap. 11. ver. 16. Item Geneſ. 9. 17, הֲקִימֹתִי notatur, ג' בְּטַעַם מֶ״ם *Tria ſunt cum accentu Mem*, id eſt, ſupra literam מ, in penultima ſyllaba. Item Geneſ. 17. 17, ad הַלְּבֶן in Maſora parva notatum, ז' פַּתְחִין בְּטַעַם *Septem habent Pathach cum accentu.* Hoc annotare, maximè opus erat. Nam vocabulum בֵּן cum accentu, notatur cum Tzere, & accentu deſtitutum, & cum Makkaph ſequenti voci conjunctum, ſcribitur cum Sægol, quod hîc Pathach vocatur. Irregulare itaque hîc eſt Sægol cum accentu, id ne quis putaret eſſe errorem, aut ne quis mutaret, ideo ei Notam appoſuerunt. Item Levit. 25. 2, ad אוֹ בִנְבֵלַת in Maſora parva notatur, י״א בְּטַעַם לְאָחוֹר *Undecim ſunt cum accentu poſtpoſitivo*, id eſt, Paſta antecedente Jethif, ut hîc in Maſora magna explicatur. Paſta autem ſedem ſuam habet ſuper ultima litera.

CAPVT IIX.

De Vocibus:

יְחִידָאִין ׃ מְיַחֲדִין ׃ יָפֶה ׃ יַתִּיר ׃ כְּוָתֵיה ׃ כְּתִיב ׃ כְּתוּבִים ׃
לְיַעַל ׃ לְשָׁנָא ׃ לֵית ׃

יְחִידָאִין, יְחִידִין, מְיַחֲדִין *Unicæ, Singulares, Peculiares, Solitariæ voces.* Hebræum eſt יָחִיד, unde forma Chaldaica יְחִידָאי *Unicus, Solitarius, Solus*, & plurale יְחִידָאִין יִשְׁתַּאֲרוּן *Relinquentur ſolitarii*, Jeſa. 17. 6. מְיַחֲדִין idem ſignificat, ex forma Participii Pihel. Maſorethe his vocabulis utuntur ad eas voces, quæ certa alia voce deſtituuntur, cum qua aliâs junctæ ſunt, & ſic ſolitariæ dicuntur: ut Gen. 17. 18, ad יִחְיֶה notatur, חַד מִן י״ח יְחִידִים. *Unum eſt ex octodecim ſolitariis*, id eſt, toties ſolum & ſeorſim ſic legitur, nam aliâs ubi occurrit, ſemper ſibi adjunctum habet חַיָּה, & conjunctim dicitur חָיֹה יִחְיֶה. Item Geneſ. 19.

neſ.19.37, ad עַד הַיּוֹם in Maſora parva notatur, ט׳ מִיַּחֲדִין *Novem ſunt ſolitaria*, id eſt, abſque adjuncta voce הַזֶּה. Nam aliâs ſemper dicitur עַד הַיּוֹם הַזֶּה. Item Gen.45. v.14, ad וּבִנְיָמִין notatur: ט׳ יְחִידָאִין *Novem ſunt ſolitaria*: nam aliâs dicitur יוֹסֵף וּבִנְיָמִין, aut יְהוּדָה וּבִנְיָמִין, ut colligitur ex Maſora Jud.20.39. Exod.26.7. in Maſora magna ad לְאֹהֶל notatur, ה׳ מִיַּחֲדִין *Quinq; ſunt ſolitaria*, nam aliâs dicitur לְאֹהֶל מוֹעֵד. Item Num.6.28, ad יְבָרֶכְךָ יְהוָה notatur, ד׳ יְחִידָאִין וְכָל תְּהִלּוֹת דִּכְוָתֵיהּ *Quatuor ſunt ſolitaria, & totus Pſalmorum liber ipſi ſimilis eſt*, id eſt, quater ſic ſolitariè dicitur, *Benedicat tibi Dominus*, nam aliâs ſemper dicitur, יְבָרֶכְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ *Benedicat tibi Dominus Deus tuus*. Præter iſta quatuor, etiam in Pſalmis ſic ſemper ſolitariè legitur, quæ iſtis quatuor non annumerantur. Præterea communiter in verſu uno concurrere ſolent לִפְנֵי & וְלִפְנֵי, item לְמַעַן & וּלְמַעַן, ac ſimiles aliæ particulæ, quando autem וְלִפְנֵי aut וּלְמַעַן ſolum in aliquo verſu occurrit, tunc aſcripſerunt, Tot ſunt jechidin, ut ad וּלְמַעַן Exod.9.v.16. ט׳ יְחִידָאִין *Novem ſunt ſolitaria*. Denique aſcribitur ad voces, quæ unicæ ſunt & nonniſi ſemel leguntur. Inde in Maſora finali in litera י traditur, ז׳ יְחִידָאִין *ſeptem ſolitaria ſunt, quæ habent* י *in fine præcedente Pathach*, ut מִקְדָּשַׁי Levit.21.v.23, ubi Maſora parva notat ל׳. Non reperiri ampliùs. Sic ad וַיִּרְעַ Jeſa. 51.5, Maſora parva notat, ל׳ וְחָסֵר. *Non extat ampliùs & defectivum eſt*. Sic Gen.24.39, in Maſora parva ad אֻלַי notatur: מ״ח מִלִּין מִיַּחֲדִין חַסְרִין ו׳ *Quadraginta octo voces ſolitariæ ſunt in quibus deficit* ו, ut אֻלַי pro אוּלַי, item פְּרָת quod aliâs ſcribitur פְּרוּרָת, quæ omnia recenſentur in Maſora finali in lit. ו.

יָפֶה

Pulchrum, *Rectum*. Vox Hebræa nota. Maſorethæ

primò ſic ſcripſerunt ad voces quaſdam litera ו carentes, quam quis juxta ſenſum facilè putaret eſſe addendam, ac ne quis unquam adderet, monuerunt יָפֶה *Benè* ſic eſſe: ut, Joel. 2.8, legitur, וּבְעַד הַשֶּׁלַח יִפֹּלוּ לֹא יִבְצָעוּ *Et per enſes irruent, nec vulnerabuntur*, hîc ad לא notatum, יָפֶה *Pulchrè, rectè* ſic eſt, ne quis unquam legeret וְלֹא, quomodo certè Chaldæus reddit וְלָא. Sic Amos 5.v.2. נִטְּשָׁה עַל אַדְמָתָהּ אֵין מְקִימָהּ *Deſerta eſt in terra ſua, nemo erigit eam.* Hîc ad אין aſcriptum, יָפֶה *Rectum eſt*, ne quis legat וְאֵין. Item Habac.3.4, וְנֹגַהּ כָּאוֹר תִּהְיֶה קַרְנַיִם מִיָּדוֹ לוֹ *Et ſplendor inſtar lucis fuit, cornua à latere ejus ipſi erant*, Hab.3.4. Hîc ad קַרְנַיִם notatum יָפֶה, *Pulchrè*, ne quis corrigeret וְקַרְנַיִם. Sic certè Chaldæus interpretatus eſt, וְזִיקוֹקִין *Et ſcintillæ. Secundò* etiam de vocula את dicitur, quæ in una locutione adeſt, in altera ſimili omittitur: ut, Pſal. 86.11, ad לְיִרְאָה שְׁמֶךָ *Ad timendum nomen tuum*, Maſora notat יָפֶה *Rectè*, ne quis corrigeret, לְיִרְאָה אֶת שְׁמֶךָ, addendo voculam אֶת.

יַתִּיר

Superfluum, Redundans. Vox originis Hebraicæ à יָתַר unde נוֹתַר *Supereſſe, Remanere,* הוֹתִיר *Abundare, Abundantem efficere.* Inde Chaldaicè, וְזִיוֵהּ יַתִּיר *Et ſplendor ejus excellens, abundans erat*, Dan.2.31. Maſorethæ eo utuntur de vocibus, in quibus aliqua litera redundanter ſcripta eſt; ut Ruth 3.v.14, ad בְּטֶרֶום notatum, יַתִּיר ו״ו *Redundans eſt* ו. Cant.2.14, וּמַרְאַיִךְ notatum, יַתִּר יוד *Redundat Jod*, & ſic paſſim.

כְּוָתֵיהּ

Sicut ipſum ſimili ipſi. Idem eſt, quod דִּכְוָתֵיהּ, de quo ſuprà cap.5.

כְּתִיב

Scriptum. Participium formæ Chaldaicæ, pro qua

Hebræi dicunt כְּתוּב. Sic vocantur in Maſora voces, quæ aliter ſcribuntur & aliter leguntur. Vocem ſcriptam in textu, vocant כְּתִיב, quæ autem vox pro ea legitur, ea ponitur in margine, & vocatur קְרִי, quæ vox per nudum ק cum apice deſignari ſolet: ut, Gen.8.17, ad הוֹצֵא in textu ſic ſcriptum, notatur in margine, ק הַיְצֵא *Haitze legitur*, nempe cum י. In genere autem de quavis vocis ſcriptura uſurpari ſolet: ut, Geneſ. 8. verſ. ult. ad אסף notatum, ג׳ כְּתִיב כֵּן *Ter ſcriptum eſt ſic.* Sic Gen. 9.21, ad אָהֳלֹה notatum, ד׳ כְּתִיב כֵּן *Quater ſcriptum eſt ſic*, nempe cum ה in fine loco ו. Pſal.4.7, ad נְסָה notatur, ב׳ חַד כְּתִיב סה וְחַד שָׂא. *Duo ſunt unum ſcriptum* (in fine סָה, *alterum* שָׂא).

כְּתוּבִים

Scripta. Sic ſynecdochicè vocantur libri Scripturæ ſacræ per ſingularem Spiritus ſancti inſtinctum & operationem ſcripti, & Moſaicis ac Propheticis libris non comprehenduntur. Hæc ſcripta vulgò vocantur apud Theologos, *Hagiographa*, & tertiam Partem Bibliorum ſacrorum conſtituunt apud Hebræos, ſuntque Pſalmi, Proverbia, Job, quinque libelli, Canticũ, Ruth, Threni, Eccleſiaſtes, Eſther, Daniel, Eſra cum Nehemia, Chronica. Formâ Chaldaica vocantur כְּתִיבַיָּא, ut Deut.3.24, ad אֲדֹנָי יֱהֹוִה in Maſora magna notatur כָּל אוֹרָיְתָא וּכְתִיבַיָּא *Tota Lex & Hagiographa habent* יְהֹוָה אֱלֹהִים, *exceptis octo* אֲדֹנָי יֱהֹוִה.

לְעֵיל

Suprà, ſuper. Chaldæum eſt, idem quod Hebraicè עַל. Dicitur autem, עֵיל. לְעֵיל. לְעֵילָּא. מִלְּעֵיל: ut, סָלֵיק עֵיל מִנָּךְ לְעֵילָּא לְעֵילָּא Aſcenſurus eſt ſuprà te ſuprà ſuprà, id eſt, ſummè valdè, Deut.28.43. In Maſora uſurpatur ad ſignifican-

gnificandum accentum qui ſuprà eſt, id eſt, in ſuperiori ſive penultima ſyllaba: ut, Geneſ. 11.18, ad פֶּלֶג notatum, ג׳ בְּטַעַם לְעֵיל *Tria ſunt cum accentu in penultima.* Communiùs dicitur מִלְּעֵיל de quo infrà.

לְשׁוֹן , לִישַׁן , לִשְׁנָא , בְּלִשְׁנָא׃

Lingua, *Locutio*, *Significatio*, *Vox*, *Vocabulum*, Hebr. לָשׁוֹן, unde Chaldaicè לִישַׁן vel לְשָׁן, unde emphaticè, לִשְׁנָא. In Daniele ſcribitur לִשָּׁן, ut, כָּל עַם אֻמָּה וְלִשָּׁן *Omnis populus, natio & lingua*, Dan. 3.29. Maſorethæ hoc vocabulo utuntur partim pro *Voce*, partim pro *Significato* vocis. Pro Voce, vel *ſtrictè*, pro eâ ipsâ voce, quæ in textu notatur, vel *latè* pro Radice & diverſis ejus vocibus in aliqua Conjugatione aut Tempore. Strictè, ut Geneſ. 27.2, in Maſora parva, ad זָקַנְתִּי notatur, כָּל לִשְׁנָא פַּתַח *Omne hoc vocabulum cum Pathach eſt*, id eſt; hæc vox זָקַנְתִּי ſemper retinet Pahach, neque illud cum Athnach aut Sophpaſuk mutat. Cum his accentibus autem reperitur quater, ut traditur cap. 18. verſ. 13, ubi & loca afferuntur. Item Lev. 19.2, ad קְדֹשִׁים notatur, כָּל לִשְׁנָא חָסֵר במ״ג *Omnis hæc locutio defectiva eſt*, *exceptis tribus*, id eſt, hæc vox קְדֹשִׁים ſemper abſque ו ſcribitur, præter tres quæ ſunt cum ו. Latè, pro Radice & pluribus ejus vocibus, aut voce aliqua ſub diverſa forma literarum ſervilium, cui uſui vox בְּלִשְׁנָא communiter ſervit: ut, Levit. 24.12, ad וַיַּנִּחֻהוּ, notatur, ו׳ חֲסֵרִים בְּלִשְׁנָא *Sex ſunt defectiva in hac locutione*, id eſt, ſexies hoc Verbum in Conjugatione Hiphil, defectivum eſt. Loca hîc afferuntur. Item Jeſ. 30.7, ad רַהַב notatur, י״ב בְּלִשְׁנָא *Duodecim ſunt in hac locutione*, id eſt, duodecies Verbum רַהַב uſurpatum legitur cum vocibus ſuis flexis, veluti רַהַב , יִרְהֲבוּ , הִרְהִיבֻנִי & aliis. Item Pſalm. 145. v. 13, ad עֹלָמִים notatur, ג׳ חֲסֵרִים בְּלִשְׁנָא *Tria ſunt defectiva in hac locutione*, id eſt in numero plurali, non hæc vox ſim-

pliciter,ſed cum הַלְעֹלָמִים · לְעֹלָמִים. Item, כָּל לְשׁוֹן שְׁמִיעָה אֶל בַּר מִן י״ב עַל *Omne vocabulum* שְׁמִיעָה *conſtruitur cum* אֶל, *præter duodecim quæ ſunt cum* עַל, id eſt, Verbum ſeu Radix שָׁמַע & cæt. Pro ſignificatione: ut, Pſalm. 22. 17, ad כָּאֲרִי notatum, ב׳ קָמְצִין בִּתְרֵי לִשְׁנֵי *Duo ſunt cum Kametz in duplici ſignificatione*, Geneſ. 39. 12. ad בְּבִגְדוֹ notatur, ב׳ בב׳ לִשְׁנַיָּא *Duo ſunt in duabus ſignificationibus*, nempe hîc ſignificat *Veſtem*, alibi, *Prævaricari*, Exod. 21. 8. Et Geneſ. 25. 3, ad אַשּׁוּרִם notatum, ג׳ בג׳ לִשְׁנֵי *Tria ſunt in triplici ſignificatione*, quæ locutio plenè aliâs exprimitur בִּתְלָת לִשְׁנֵי Joel. 1. 12. Gen. 29. in Maſora magna.

לֵית

Non. Vox Chaldaica compoſita ex לָא & אִית, *Non eſt*, Hebraicè לֹא יֵשׁ, pro quo in Targum uſurpatur; ut, לֹא יֵשׁ בֵּינֵינוּ מוֹכִיחַ *Non eſt inter nos diſputator*, Targum, לָא אִית בֵּינָנָא מַכְסִין. Hinc לֵית idem quod אֵין *Non*: ut, אֵין לֶחֶם וְאֵין מַיִם *Non adeſt panis neq; aqua*, Targum, לֵית לַחְמָא וְלֵית מַיָּא. In Maſora ſcribitur abbreviatè per ſolam literam ל cum puncto ſupernè, & ejus uſus ad voces, quæ ſæpiùs, quàm uno in loco non extant, unde ל idem quod, *Non extat*, *invenitur legitur vel occurrit ampliùs*.

CAPVT IX.

De Vocibus

מְאוּחָר: מְאִילָא: מַאֲרִיךְ: מִדִנְחָאֵי: מַטְעִין מְלֵא: מִלְעֵיל:
מִלְרַע: מַסֹּרְתָּא: מַעַרְבָאֵי: מַפִּיק: מַפֵּק: מְצַע:
מוּקְדָּם: מִקָּף: מוּרְדָּף: מְרָעִים: מְשַׁמֵּשׁ

מְאוּחָר *Poſterioratum*. Vide infrà in מוּקְדָּם, cum quo conjungi ſolet.

מאילא

מַאיְלָא

Primò ſic vocatur accentus Tiphcha proximè ante Athnach & Silluk; ante Athnach quidem undecies, ante Silluk quinquies. Unde Maſoræ regula: *Accentui Athnach non miniſtrat niſi Munach, præter undecim loca, in quibus miniſtrat ipſi Meajela;* quorum unum בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם, Num. 28. 26. Nempe quando Munach miniſter excluditur, voce deſtitutus cui adjungi poſſit, tunc ſuccedit in ejus locum rex Tiphcha, proximè ante Munach ſedem legitimam habens. In hoc uſu, undecies hujusmodi Tiphcha, quod & ſuum & accentus Munach locum occupat. Maſorethæ vocarunt *Meaijela*, quaſi Tiphcha *roborans* ſonum ſuum, aut roborans regem ſequentem Athnach. Reliqua loca hîc afferuntur. At quare duntaxat iſta undecim notarint, incertum eſt: nam innumera penè alia inveniuntur. Elias in libro de Accentibus, cap. 5. in Meaijela, conditionem affert, inquiens, *Ut inter Meaijela & Athnach intercedat vocalis una, nunc in una nunc in duabus dictionibus.* In una, ut in antecedenti exemplo. In duabus, ut וַיֵּצֵא נֹחַ Geneſ. 8. 18. Hęc conditio non ſufficit, aut aliter explicanda eſt: nam ubique in ſingulis capitibus ſimilia occurrunt exempla. De Silluk ſive Sophpaſuk Maſoræ regula: *Accentui Sophpaſuk non miniſtrat unquam niſi Merca, exceptis quinq; locis, ubi miniſtrat Meaijela in eadem dictione*, ut לְהַחֲלוֹ Levit. 21. 4, ubi reliqua exempla afferuntur. Quando ſcil. Merca excluditur, ſuccedit ei Tiphcha proximè ſemper antecedens, qui tunc vocatur *Meaijela*, ut antea. Secundò, Accentus Merca inter Asla ſive kadma & Sarka, octodecim locis in Lege vocatur *Meaijela*, unde Maſoræ traditio: י״ח מְאַיְלִין מַאֲרִיכִין בֵּין אַזְלָא לְזַרְקָא בְּאוֹרַיְתָא *Octodecim Meaijela-Merca ſunt inter Asla & Sarka in Lege*, Geneſ. 30. 16. & 41. 45. Exod. 29. v. 21. & alibi. Senſus,

octodecim locis invenitur Merca inter Asla & Sarka, & tunc dicitur Meaijela. Elias in libro De Accentibus ponit tantum Quatuordecim, ſed Maſora conſtanter notat, octodecim, etſi quædam loca aliter nunc habeant. Idem Elias quoque ſcribit, Accentum Merca octies in eadem voce cum Tiphcha concurrentem vocari *Meaijela*, at ejus appellationis in Maſora nullum exemplum invenimus.

מְרְכָא : מַאֲרְכָא : מַאֲרִיךְ Nomina ſunt accentus Merca, id eſt, מֵירְכָא, vel מְרְכָא, quæ contracta eſt ex מַאֲרְכָא, ab אָרַךְ. Pluraliter מַאֲרִיכִין, ut in præcedenti voce, *Octodecim* מַאֲרִיכִין *Merca ſunt, qui dicuntur Meaijela.* In ſing. numero, Deut. 28. & Cant. 8. 4, עַד וְעַד י״א בְּטַעַם מַאֲרִיךְ ס״פ *Ad & Vead undecies ſunt cum Merca proximè ante ſophpaſuk*, pro quo pluraliter dicitur Deut. 28. 22. י״א מַאֲרִיכִין בס״פ *Undecim Merca ſunt ante Sophpaſuk in voce* רַע. Item de Metheg, Lev. 13. 38, in Maſora parva ad אוֹ. Item Exod. 6. 6, י״א פסוק׳ בְּטַעַם מַאֲרְכָא לְזַרְקָא *Undecim verſus ſunt cum accentu Merca ante Sarka.* Deniq; Lev. 1. 11, ad עַל in Maſora legitur, ח׳ בטעם מַאֲרִיכִין *Octo ſunt cum accentu Merca in hoc libro.* Exemplum hujus loci habet Munach, alterum capite ſecundo verſ. 13, habet Merca, alia alios habent accentus, ita ut quid hoc loco per מַאֲרִיכִין intelligatur, incertum ſit, aut ſi Merca intelligatur, tunc forte olim omnia cum Merca fuerunt notata.

מַדְנְחָאֵי : מַעַרְבָאֵי

מַדְנְחָאֵי *Orientales.* Nomen Chaldaicum à Radice דְּנַח *Oriri*, Hebr. זָרַח : ut, וַיִּזְרַח לוֹ הַשֶּׁמֶשׁ *Et ortus fuit ipſi ſol*, Targum, וּדְנַח לֵהּ שִׁמְשָׁא. Nomen מַדְנְחָא *Oriens.* Pars orientalis mundi וּלְמַדְנְחָא *Et verſus orientem*, Deut. 3 27. מַדְנְחָאֵי *Orientalis*, תְּרַע מַדְנְחָאָה *Porta orientalis*, Jer. 26. 10. In Maſora hoc Nomine intelliguntur Judæi doctiores in Babylonia, quæ terræ Judææ erat verſus orientem,

qui

qui in lectione ſacræ Scripturæ à Judæis in terra Iſraelis habitantibus, in quibuſdam Vocibus & literis diſſentiebant. מַעַרְבָאֵי *Occidentales*, ſunt Judæi Palæſtini ſive in terra Iſraelis degentes, qui ſic vocantur, quia Babyloniis Judæis ſive Orientalibus, verſus occidentem habitabant, ab Hebræo Verbo עָרַב, quod inter alia etiam de ſole occidente uſurpatur. Diſſenſiones harum duarum partium in fine horum Bibliorum impreſſæ ſunt.

מַטְעִין

Errare faciunt, ſeducunt. Participium Conjugationis Hiphil, à טָעָה *Errare*, הִטְעָה *Errare facere, ſeducere.* In Maſora uſurpatur ad eas voces, quę ſeducere poſſint lectorē, ut putet eas aliter eſſe legendas, quòd alibi aliter reperiantur, vel quòd ſenſus aliter poſtulare videatur. Præmonere itaque Maſorethæ lectorem voluerunt, ne quis putet ibi eſſe errorem, aut mutare aliquid pręſumat. Interdum additum ipſi eſt סַפְרֵי *Scribæ*, quaſi illi tali locutione lectorem ſeducant: ut Exod. 22. 30, ad בַּיּוֹם notatum, מַטְעִין בֵּיהּ סַפְרֵי *Errare faciunt in eo Scribæ*, nempe quòd lector exiſtimare poſſit ibi legēdum וּבַיּוֹם ex cohærentia antecedentis membri. Item Exod. 23. 13. in Maſora parva ad לֹא יִשָּׁמַע notatur, ג' סְבִירִין וְלֹא וְקָרֵין לֹא וּמַטְעִין בְּהוֹן סַפְרֵי *Tria cenſentur legi debere*, וְלֹא, *ſed leguntur* לֹא, *unde ſeducunt in eo lectorem Scribæ.* Gen. 24. v. 4, ad כִּי אֶל אַרְצִי in Maſora parva notatur, ה' פְּסוּקִים וּמַטְעִין בְּהוֹן אִם *Quinq; verſus ſunt, in quibus ſeducitur lector per voculam* אִם, id eſt, exiſtimans addendum ibi eſſe voculam אִם, & legendum כִּי אִם, quia aliâs ſic Scriptura loquitur, & ſenſus ſic poſtulare videtur. Geneſ. 47. 28, ad וַיְהִי יְמֵי notatur, ו' דְּמַטְעִין בְּהוֹן *Sex ſunt quibus ſeducunt*, nempe quia lector exiſtimare poſſit, legendum eſſe pluraliter וַיִּהְיוּ propter ſequens Nomen plurale, & quia aliâs ſic Scriptura loquitur, ut וַיִּהְיוּ יְמֵי אַבְרָהָם *Et*

fuerunt

Digitized by Google

fuerunt dies Adami Geneſ.5.4, וַיִּהְיוּ יְמֵי תֶרַח *Et fuerunt dies Terach*, Geneſ. 11.32. Exod.17.2, ad תְּנוּ, ubi dicitur, *Et litigavit populus cum Moſe, & dixerūt*, תְּנוּ *date nobis aquam*, Maſora notat, מַטְעִין בֵּיה *Seducunt eo*, quia legendum videtur תְּנָה *Dato*, cum ſolum Moſen populus alloquatur. Sic ſæpè voculam addunt propter quam lector ſeduci poſſit, & ſæpiùs non, ut Exod.25.40, ad בְּתַבְנִיתָם notatur, ל׳ וּמַטְעִין בֵּיה *Non reperitur ampliùs & ſeducunt eo*, nempe quia facilimè legi poſſit. כְּתַבְנִיתָם. Dicitur quoque ſæpè de verſibus, quorum affinitate in vocibus vel accentibus lector facilè ſeduci poſſit: ut Deut.28.46. in Maſora magna notatur, ג׳ פְּסוּקִין מַטְעִין *Tres verſus ſeducunt*, nempe locutonis affinitate, nam in primo dicitur, וּבְזַרְעֲךָ עַד עוֹלָם Deuter.28.46, in altero, וּבֵין זַרְעֲךָ עַד עוֹלָם 1.Sam.20.42, in tertio, וּבְזַרְעֲךָ לְעוֹלָם, 2.Reg 5.97. Hæc & ſimilia annotarunt, ne quis unum ex altero loco corrigendum exiſtimaret, ſed ſingula relinquenda eſſe in ſua forma authentica.

מָלֵא, מָלֵא דְמָלֵא׃

מָלֵא *Plenum*. Vocabulum notum. De pluribus dicitur מְלֵאִים. Scribitur plerumque abbreviate מל׳ pro מלי, quòd apex iſte poſt ל incommodè addi poſſit. Uſus ejus eſt in Maſora *primò* de vocibus, in quibus lit. ו & י quieſcentes expreſſæ ſunt, quæ ſæpiùs ſic non ſunt, aut non ſemper ſolent eſſe ſcriptæ: ut Geneſ.1.12, ad וַתּוֹצֵא notatur, ג׳ ב׳ מְלֵאִים וְא׳ חָסֵר *Tria ſunt duo plena & unum defectivum.* Ad וְאֵד Geneſ.2.6, notatur, ב׳ א׳ מָלֵא וְא׳ חָסֵר *Duo ſunt unum plenum & unum defectivum.* Plenum cum י in medio וְאֵיד, extat Job.18.12. *Secundò* dicitur de ה׳ paragogico in ſecunda perſona Præteriti, quòd rariùs cum aliqua voce occurrit; ut, Pſal.31. v.6, ad פָּדִיתָה notatum, ל׳ מָלֵא ה׳ *Non extat ampliùs plenum*

Digitized by Google

plenum cum 'ה. Sic Geneſ. 21. verſ. 23. ad וּנְרְתָּה notatur, ל׳ וּמָלֵא *Non extat amplius & eſt plenum. Tertiò*, de 'ה in Affixo Pronomine כָה: ut Geneſ. 27. 7. ad וַאֲבָרֶכְכָה *Et benedicam tibi*, notatum, ל׳ מָלֵא כָה׳ Non eſt amplius plenum cum 'ה. Harum ſunt una & viginti, quæ in Maſora finali in litera ה adducuntur.

מָלֵא דְמָלֵא *Plenum pleni*, & pluraliter מְלֵאִים דִמְלֵאִים *Plena plenorum.* Uſus ejus ad voces, quæ omnino plenæ cum ו vel י ſcriptæ ſunt, cujus oppoſitum ſuprà fuit חָסֵר דְחָסֵר. Hinc Geneſ. 2. 4. ad תולדות notatum, ב׳ מְלֵאִים דִמְלֵאִים *Duo ſunt omnino plena*, nempe literâ ו bis expreſſâ. Exod. 3. 13. ad אֲבוֹתֵיכֶם notatur, ל׳ מָלֵא דְמָלֵא בְתוֹרָה *Non eſt totum plenum in Lege*, id eſt, cum ו & י.

מִלְעֵיל ׃ מִלְרַע

מִלְעֵיל *Suprà, Deſuper*: מִלְרַע *Infra, infernè*. Vocabula Chaldaica ſunt pro Hebræis מֵעַל & מִתַּחַת: ut, יִקְרָא אֶל הַשָּׁמַיִם מֵעָל *Clamabat ad cælos ſupernè*, Targum, יִקְרָא לְמַלְאָכַיָּא מְרוֹמָא מִלְעֵיל וּלְצַדִּיקֵי אַרְעָא מִלְרַע *Clamabat ad angelos excelſi ſupernè, & ad juſtos terræ infernè*, Pſal. 50. v. 4. Maſorethæ uſurpant has duas voces, primò de accentu ſuprà: id eſt, in ſuperiori à fine vocis ſyllaba, hoc eſt, in penultima; alteram de accentu infrà, id eſt, in inferiori ſive ultima ſyllaba. Hanc dicimus nos *Acutam*, illam *Penacutam* vocem. Non tamen omnes hujusmodi voces notarunt, ſed eas, quæ ex acutis fiunt penacutæ, aut contrà, ut fit in Verbis Præteriti & Futuri Temporis, quando accentus ſedes ob Vau hippuch ſive converſivum, aut propter euphoniam in iis mutatur, aut in aliis quibuslibet, quæ ex acutis fiunt penacutæ, aut contrà, cùm naturâ ſint acutæ, per accidens fiant penacutæ, ut, Gen. 3. v. 19. ad אַתָּה notatur, י״ב מִלְעֵיל *Duodecim ſunt penacuta*; nam aliâs ſemper eſt acutum. Item Geneſ. 4. v. 12. ad

תֹסֵף notatur, ג׳ חֲסֵרִים מִלְרַע *Tria ſunt defectiva cum accentu in ultima.* Geneſ. 24. v. ult. ad וַיִּנָּחֵם notatur, ב׳ מִלְרַע *Duo ſunt cum accentu in ultima.* Id regulariter, ſed quia aliâs eſt penacutum, ideo hæc duo peculiariter notata ſunt. Nam Geneſ. 6 6. וַיִּנָּחֶם Et ſic Exod. 32. 14. & alibi cum accentu in penultima. *Deinde* uſurpantur hæ duæ voces abuſivè de זוּגִין ſive paribus vocum diverſæ punctationis, veluti unum quod Cholem vel Schurek habet, dicitur מִלְעֵיל, alterum מִלְרַע. Talia ſunt אֱכֹל Deut. 12. 23. & אֱכָל Geneſ. 3. 11. item אֱמֹר Ezech. 25. v. 8. & אֱמָר Proverb. 25. 7. item אֹרְחוֹת & אֹרְחַת, אָרוֹן & אֲרֹן, וְיָקוּם & וְיָקֻם, דְּמוּנִי & דִּמֵּנִי & ſimilia, quorum integrum alphabethum recenſetur in Maſora magna finali in litera א. *Tertiò* uſurpantur de aliis paribus vocum, quæ literas ſerviles וכ״לב præfixas habent, quarum una notatur cum Scheva, aut ejus vicario Chirek vel Schurek, altera cum Pathach ſequente Dages, aut vicario Kametz. Ea quæ cum Scheva eſt, vocatur Milra, quæ cum Pathach, Milhel; ut בִּדְמָעוֹת Pſal. 80. v. 6. & בַּדְּמָעוֹת Thren. 2. 11. Ad hanc Maſora notat in Threnis, ל׳ וא׳ בַּדְּמָעוֹת וְאִנּוּן חַד מִן י״א זוּגִין חַד מִלְרַע וְחַד מִלְעֵיל ב׳ בְּרֵישׁ תֵּיבוּתָא id eſt, *Non reperitur ampliùs, eſtq; unum ex undecim paribus, ex quibus una vox eſt milra, altera milhel, & eſt* ב׳ *in principio vocis.* Reliqua recenſentur in Maſora finali, in principio literæ ב. Similia notantur in reliquis tribus literis, veluti ומת Deut. 32. 50. & וָמֵת, & ſimilia, quorum recenſentur ſedecim paria in litera ו. Cæterùm quæ hîc dicuntur Milra, aliâs etiam dicuntur רָפִין, ut dicetur infrà in voce רָפֵה, & quæ Milhel, ſuprà dicta ſunt Dageſch, ut notatum ſuprà cap. 5. Eſt tamen inter has locutiones differentia, nempe quæ Raphe & Dageſch vocantur, ſunt varia & incerta, quæ autem hoc loco Milra & Milhel dicuntur, ſunt tantùm Paria vocum.

מַסְרְתָא

Vocis hujus ſenſus ex exemplis in Maſora patet, at vocis ratio non item. Utuntur autem Maſorethæ hac voce, quando duæ dictiones eædem ſunt, inter quas alia vox intercedit, tunc de duabus illis dicunt, מָסוֹרְתָא מִכָּא וּמָסוֹרְתָא מִכָּא *Vox hinc & vox inde.* Eſt itaque idem quod *Vox ſcripta*, ut in illo Talmudicorum axiomate, יֵשׁ אֵם לְמִקְרָא יֵשׁ אֵם לְמָסוֹרֶת *Eſt mater lectionis*, id eſt, vocis lectæ *eſt mater ſcriptionis*, id eſt, vocis ſcriptæ. Hinc Ezech. 46. v. 7. in maſora magna, ad וְאֵיפָה לַפָּר וְאֵיפָה לָאַיִל notatur, חַד מִן ח׳ ר״פ מָסוֹרְתָא מִכָּא וּמָסוֹרְתָא מִכָּא וּמִלָּה בְּאֶמְצַע *Eſt unum ex octo initiis verſuum, in quibus eſt vox ſcripta hinc, & vox ſcripta inde, & dictio alia in medio.* Sic Zach. 1. v. 13. in Maſora magna ad verba textus, דְּבָרִים טוֹבִים דְּבָרִים נִחֻמִים ח׳ פְּסוּקִים מְסוֹרְתָא מִכָּא וּמִכָּא וְלָא נָסְבִין וָיו וּמִלָּה בְּמְצַע *Octo verſus ſunt, in quibus eſt dictio hinc & inde, quæ non habent (ab initio) literam* ו, *& dictio alia eſt in medio ipſarum.*

מַעַרְבָאֵי

Occidentales. Vide paulo antè in voce מַדִּנְחָאֵי.

מַפִּיק ׃ מַפֵּיק

מַפִּיק *Mappik*, punctum Grammaticum notum. Eſt autem vocabulum Chaldaicum, à Radice נְפַק *Exire*, in Aphel ſive Hiphil אַפֵּיק *Exire facere, Proferre, Producere.* Partic. דְּמַפִּיק זַעְפָּא *Qui profert procellam*, Pſal. 135. v. 7. Hinc *Mappik* punctum, ſic dictum, quod docet ſuam literam proferendam eſſe, quæ aliâs quieſceret. Maſorethæ eo utuntur ad voces, quæ puncto Mappik carent, quod habere debebant, vel aliâs habent: aut quæ peculiariter inſcriptum illud habent: ut, Geneſ. 5. 29. ad

אַרְצָה notatum, ל' וּמַפִּיק הֵא *Non extat amplius, & ה' eſt cum Mappik.* Sic Ezech. 29. 19. ad בִּזָּהּ *Prædam ejus*, notatum, ל' מַפִּיק הֵא *Non extat amplius cum Mappik in* ה. Nam aliâs בִּזָּה eſt Nomen fœmininum abſolutum. Item Exod. 2. v. 3. ad וַתַּחְמְרָה *Et bituminavit eam*, notatur, ל' וְלֹא מַפִּיק *Non extat amplius, & non habet Mappik*, quod habere debebat. Item, Geneſ. 25. 31. ad מִכְרָה *Vende* notatur, יא זוגין מִן חַד חַד חַד מַפִּיק הֵא וְחַד לֹא מַפִּיק *Undecim paria ſunt ex binis vocibus quarum una habet Mappik in* ה*, altera non habet*, veluti מִכְרָה & מִכְרָה. Reliqua recenſentur in Maſora finali in litera ה'.

מַפֵּק *Præferens*, pluraliter מַפְּקִין. Maſorethæ uſurpant de vocibus, quæ literas א vel ה ſcripturâ tantùm, vel ſcripturâ & pronunciatione ſimul proferunt, quod aliâs vel non fit, vel rarò. Quando autem eas non proferunt, cùm proferre deberent, tunc negativè dicunt לָא מַפְּקִין: ut Geneſ. 25. 24. ad תוֹמִם *Gemini*, Maſora magna notat, ד' זוגין מִתְחַלְּפִין מִן ב' קַדְמָאָה לָא מַפִּיק א' וְתִנְיָנָא מַפִּיק א *Quatuor paria ſunt ex binis vocibus, quarum una non profert* א*; altera profert Aleph*. Tales ſunt תוֹמִם & תְאוֹמִים, Gemelli, וַתְּאַזְּרֵנִי & וַתְּזַרֵנִי, & alia, quæ enumerantur 1. Paral. 7. 1. Item, Pſal. 136. 3. ad לַאֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים notatur, ז' מַפְּקִין א' בְּלִשְׁנָא *ſeptem proferunt* א *in hac locutione*, id eſt, in hoc vocabulo אדון, cum aliâs non ſoleat proferri ſed quieſcere, ut in לַאדֹנָיו Exod. 21. 4. Eadem hæc Maſora extat Geneſ. 40. 1. Dicitur etiam quandoque de literis ו & י in vocibus quibusdam ſpecialibus: ut, Pſalm. 119. verſ. 14. in Maſora parva ad עֵדְוֹתֶיךָ notatur, ח' מַפְּקִין וָיו בְּעִנְיָנָא *Octo proferunt literam* ו *in hoc Pſalmo*, nempe quia Legi poterant per Vau quieſcens עדוֹתֶיךָ. Hinc & illa inſolens locutio Pſal. 68. 18. ad אֲדֹנָי בָם, ubi Maſora parva notat, ג' מַפִּיקִי רַפִּין, cujus ſenſus, Tres voces ſunt, quæ

quæ ultimam literam ו & י proferunt, & tamen conſtituunt ſequentem literam ex בג״ד כ״ת raphe ſive lenem, contra communem uſum iſtarum literum ו & י, quæ quandocunque aliâs quaſi in diphthongo in fine vocis efferuntur, ſemper poſt ſe ponunt Dages in litera בג״ד כפ״ת. Alia duo exempla ſunt, קַו תֹהוּ Jeſa. 34. 11. שַׁלְוָ בָהּ Ezech. 23. 42.

מוּקְדָם וּמְאוּחָר

Anterioratum & Poſterioratum, id eſt, Præpoſterum, Tranſpoſitum, quando antepoſitum eſt, quod poſt poni debebat, aut contrà. Uſurpant has voces ad eas dictiones, in quibus duæ literæ tranſpoſitæ ſunt, quarum ſunt ſexaginta duæ. Hinc Eccleſ. 9. 4. ad יְבֻחַר notatum, הוא חַד מִן ס״ב מִלִּין דִּכְתִיבִין מוּקְדָם וּמְאוּחַר, id eſt, *Eſt unum ex 62. vocibus quæ ſcriptæ ſunt præpoſterè.* Nam legitur hîc יְחֻבַּר. Sic הֵילֹךְ pro הֵלוֹךְ & alia quæ omnia adducuntur in Maſora finali in litera ו.

מְצַע

מְצִיעֲתָא *Medietas, Medium:* מְצִיעוּת, מְצָעוּת, אֶמְצַע, מֶצַע מְצִיעָא *Medius, media, medium.* Vocabula ſunt Chaldaica: nam Hebraica קֶרֶב, תּוֹךְ *Medium*, in Targum redduntur per מְצַע: ut, בִּמְצַע זִמְנַיךְ *In medio temporum tuorum*, Pſal. 74. 4. מְחִצְתָא מְצִיעֲתָא *Partes Medius.* 1. Reg. 6. 6. Sic apud Maſorethas, בְּמִצְעוּת פָּסוּק *In medio verſu*, מִלָּה מְצִיעֲתָא *Vox media.*

מַקַּף

Makkaph. Virgula eſt transverſa inter duas aut tres dictiones, ut notum ex Grammatica. Hinc dicunt in Maſora, ad וַיְחִי־ Geneſ. 5. 19. ו׳ מַקְפִּין בְּעִנְיָן *Sex ſunt cum Makkaph in hoc capite.* Item, Gen. 30. 19. ad בֵּן־שִׁשִּׁי notatur, כָּל בֵּן מוּקָף בְּפַתָּח במ״ד *Omne* בֵּן *cum Makkaph habet*

Digitized by Google

Pathach (parvum; id eſt, ſægol) *exceptis quatuor*, quæ ſcil. ante Makkaph habent Tzere, quorum loca hîc adducuntur, & extant Geneſ. 30. 19. 1. Sam. 22. 20. 2. Samuel. 9. 12. Ezech 10. 18. Item, Geneſ. 15. 4. ad כִּי־אִם notatur, ג׳ מוּקְפִים *Tria ſunt Makkaphata*, id eſt, per Makkaph conjuncta.

מוּרְדָּף

Continuatum, *Continuum*, *Continuò ſe ſequens*: plur. מוּרְדָּפִין. Uſus ejus eſt in Maſôra de verſibus aut vocibus ſimilem & continuatam affectionem in numero aut forma habentibus: ut, Nehem. 2. 2. ad verba זֶה כִּי־אִם חַד מִן ה׳ פְּסוּקִים אִית בְּהוֹן רֹעַ לֵב in Maſora magna notatur, ה׳ מִלִּין מוּרְדָּפִין מִן ב״ב אָתִין *Unus eſt ex quinque verſibus in quibus ſunt quinque voces continuatæ, conſtantes ex binis literis.* Loca reliqua hîc adducuntur. Item Exod. 21. 10. ad verba, שְׁאֵרָהּ כְּסוּתָהּ וְעֹנָתָהּ, in Maſora parva notatur, ג׳ פְּסוּקִין מִן ג׳ מִלִּין מוּרְדָּפִין וּמַפִּקִין וְחַד מִן ד׳ מִלִּין מוּרְדָּפִין *Tres verſus ſunt ex tribus vocibus continuis Mappikatis ſive cum Mappik notatis; eſt etiam unus ex quatuor vocibus continuis Mappikatis.* Is extat Hoſ. 2. 11.

מַרְעִים

Perſonans. Maſorethæ ſic vocant accentum Schalſcheleth, à fragoſo ſono in cantu, quem & figura ejus indicat. Unde Gen. 24. 12. ad וַיֹּאמַר cum hoc accentu in Maſora parva notatur: ז׳ ר״פ בְּטַעַם מַרְעִים וּפִסְקָא *Septem ſunt initium verſus cum accentu Marhim & Piska.* Piska eſt virgula recta inter duas dictiones poſita, quam vulgò Grammatici vocant *Peſik*. Et Gen. 39. 8. ad וַיְמָאֵן in Maſ. parva, ז׳ מַרְעִימִין וּפִסְקָא *Septem ſunt cum accentu Marhim & Piska.*

מְשַׁמֵּשׁ

Servit, *Miniſtrat*. Vox Chaldaica & Rabbinica, à שַׁמֵּשׁ *Servire*,

Servire, Miniſtrare, ùnde apud Danielem יְשַׁמְּשׁוּנֵּהּ *Miniſtrabant ei*, Daniel.7.v.10. In Maſora vox frequens,& pluraliter מְשַׁמְּשִׁין, cujus ſimplex ſenſus, *Uſurpant*, *Habent.* Dicitur autem de vocibus, quæ vel ab initio vel à fine, certas quaſdam habent literas, certo ordine & certâ formâ uſurpatas· Veluti, in Maſora finali, in litera א, ponitur ſeries multarum vocum, דִּמְשַׁמְּשִׁין חַד א׳ וְחַד וא׳ וְלֵית דִּכְוָתְהוֹן *quæ habent* (ab initio) *una* א *altera* וא, ut אֲכְלָה & וְאָכְלָא, אִמְרָא & וְאִמְרָה & ſimilia. Sic eſt Alphabethum, מְשַׁמֵּשׁ א״ב, ב״ג, ג״ד quod habet ab initio vocum ſuarum, una אב, altera בג, tertia גד, & ſic conſequenter. Item, eſt Alphabetum מְשַׁמֵּשׁ א״ת ב״ש רֵישׁ וְסוֹף quod habet literas את בש ab initio & fine, id eſt, quarum una habet ab initio, א, à fine ת, altera ב ab initio, & ש à fine, tertia ג ab initio, ר à fine, & ſic conſequenter juxta progreſſum totius alphabethi ex ordine literarum initiali & finali. Dicitur & de integris vocibus cum aliis conjunctis: ut certæ voces ſunt, מְשַׁמְּשִׁין אֱלֹהִים וְלֵית דִּכְוָתְהוֹן *quæ habent ſibi adjunctam vocem Elohim, & nunquã aliàs ſic leguntur*, veluti בֵּרְכוּ אֱלֹהִים *Benedixit Deus*, 1.Paral.26.5, item מַלְאַךְ אֱלֹהִים Angelus Dei, תּוֹרַת הָאֱלֹהִים Lex Dei, בְּנֵי אֱלֹהִים Filii Dei, & ſimilia. Item, Geneſ.26.4, ad הָאֵל notatum, ח׳ משמשין בִּלְשׁוֹן אֱלֶה *Octo ſerviunt in ſignificatione* אֵלֶּה, id eſt, uſurpantur.

מִשְׁנֵה תוֹרָה

Repetitio, Iteratio Legis: Sic vocatur liber quintus Moſis, qui etiam Græcis ſic dicitur Deuteronomion.

מִתְחַלְּפִין

Vide ſuprà in חִלּוּף, cap.7. מְשַׁנִּין Ibidem.

CAPVT

CAPUT X.
De Vocibus

נְסִיב ׃ נְזִיקִין ׃ סְבִירִין ׃ סֵדֶר ׃ סְחוֹפִי ׃ סְמִיךְ ׃
סִימָן ׃ סִפְרָא ׃

נְסִיב *Accipiens, Aſſumens, Accipit, Habet:* plural. נְסְבִין Vox Chaldaica à Radice נְסַב, quæ in Targum reſpondet Hebræo לָקַח: ut, אֶרת בְּכֹרָתִי לָקַח *Primogenituram meam accepit*, Targum, יַת בְּכִירוּתִי נְסַב. Hinc Participium נסב. In Maſora ejus uſus eſt ad voces, quæ accipiunt vel habent has vel illas literas ab initio, certo uſu & certâ formâ, nec intereſt, ſive ſint radicales ſive ſerviles etſi ſæpiùs de ſervilibus dicatur: ut Exod. 5. 7, ad תאספון notatur, חד מן מ״ח מִלִּין נָסְבִין א׳ בְּמְצַע תֵּיבוּתָא וְלָא קָרְיָן, *Eſt unum ex 48 vocibus, quæ accipiunt* א *in medio vocis, & non leguntur*. Radix eſt יָסַף, unde א quaſi abundanter, aut irregulariter ponitur loco י primæ radicalis, quæ in Hiphil in ו mutari ſolet. Alterum eſt וְהָאסַפְסֻף Num. 11. 4, ubi eadem Maſora reperitur. Tertium וַיָּאצֶל Num. 11. v. 25, ubi Maſora parva notat, א abundare, ſcil. quoad lectionem. Reliqua exempla adducuntur in Maſora finali, in principio literæ א. In litera ב recenſentur viginti novem voces נָסְבִין ב׳ בְּרֵישׁ תֵּיבוּתָא וּפְזֵרִין *habentes* ב *in principio vocis, & ſunt cum accentu Paſer*, ut בַּבֹּקֶר Geneſ. 21. v 14. Item, Eſt alphabetum vocum earundem, quarum una caret literâ ב, altera accipit literam ב ab initio, ut אֱמֶרֶת & בֶּאֱמֶת. Dicitur etiam interdum de integris vocibus: ut Geneſ. 17. v. 24, ad בְּהִמֹּלוֹ בְּשַׂר עָרְלָתוֹ, Maſora parva notat, ג׳ זוּגִין קַדְמָא לָא נְסֵיב אֶת תִּנְיָן נְסֵיב אֶת *Tria paria locutionum ſunt, una habet* אֶת, *altera non habet* אֶת: ut, בְּהִמֹּלוֹ בְּשַׂר עָרְלָתוֹ hoc verſu, & בְּהִמֹּלוֹ אֶת בְּשַׂר עָרְלָתוֹ. Id notarunt, ne quis voculam את in altero adderet,

[*Damna*.

[*Damna*, נְזִקִין vox Chaldaica, à radice נזק *Læſit, Damno affert*. Vocatur ſic Tractatus Talmudicus, in quo de variis damnis, & eorum jure agitur. Sic vocatur etiam in Maſora, liber Exodi, quòd in eo quoque de Damnis & eorum reſtitutione agatur. Legitur Geneſ.24.8. ad ואם ׃ כל ר״פ דבראשית ונזיקין.]

סְבִירִין

Putantur, Cenſentur, Exiſtimantur. Vocabulum Chaldaicum à Radice סְבַר, quæ inter alia etiam ſic Chaldæis ſignificat: ut, וְיִסְבַּר לְהַשְׁנָיָה זִמְנִין *Et cogitabit mutare tempora*, Daniel.7.25: מְחֲזֵי אַפָּךְ לָא סְבָרִית *Videre faciem tuam, non putaveram*, Gen.48.11. סְבָרָא *Opinio, Sententia probabilis, Conjectura*. Maſorethæ ſuperiori voce utuntur ad eas dictiones, quæ vel ratione ſenſus, vel ratione ſtructuræ, aut ex collatione aliorum locorum, putari poſſint, debere ſic vel ſic legi. Appoſitâ autem iſtâ notâ monuerunt, nihil mutandum eſſe, cùm iſta lectio ſit authentica, à primis authoribus profecta. Sæpè ipſi conjungitur vox מַטְעִין *Seducunt* (de qua ſuprà cap.9.) quòd lector facilè poſſit illis ſeduci, & cogitare, aliter eſſe legendas. Hinc Geneſ.19.22, ad הַשֶּׁמֶשׁ יָצָא notatur, ג׳ סְבִירִין יָצְאָה *Tria putantur legi debere* יָצְאָה. Nam aliàs communiùs genere fœminino uſurpatur, ut, וַתָּשָׁב הַשֶּׁמֶשׁ *Et reverſus eſt ſol*, Jeſa.38.8: וְלֹא תָבוֹא עָלָיו הַשֶּׁמֶשׁ *Et non occumbet ſuper ea ſol*, Deut.24.15. Item Gen.46.23, ad וּבְנֵי דָן חֻשִׁים notatum, ד׳ סְבִירִין וּבֶן *Quatuor cenſentur legenda* וּבֶן *Et filius*. Nã hîc unius tantùm ſit mentio Cuſchim. Reliqua exempla hîc adducuntur. Item Exod.4.19, שֻׁב מִצְרָיִם *Revertere in Aegyptum*, notatur, ה׳ סְבִירִין מִצְרַיְמָה *Quinq; putantur legenda*, מִצְרַיְמָה Nam ſic viginti octo vicibus legitur, ut alibi Maſora notat, quando notatur motus ad locum. Jeſa.45.24, ad עָדָיו יָבוֹא וְיֵבֹשׁוּ *Ad ipſum veniet, & erubeſcent*, notatur ו׳ סְבִירִין

לְשׁוֹן רַבִּים *Sex putantur legenda numero plurali*, nempe יָבוֹאוּ, ut ſenſus videtur poſtulare. Exod. 23.13, ad וּבְכֹל notatur, ה׳ דְּמַטְעִין דִּסְבִירִין וְכֹל *Quinq; ſunt quæ ſeducunt, & putantur legi debere* יְכֹל. Integra locutio eſt, וּבְכֹל אֲשֶׁר אָמַרְתִּי אֲלֵיכֶם תִּשָּׁמֵרוּ : *Et in omnibus, quæ locutus ſum ad vos, cuſtodietis vos.* Sic locutio & ſtructura bona eſt. Illi verò, quando eam notam appoſuerunt, videntur omnino reſpexiſſe locutionem activam תִּשְׁמְרוּ *Cuſtodietis.* Confer hîc reliqua exempla. [Vide & ſuprà cap. 13. Vindicationem hujus vocis expoſitionis contra Ludovicum capellum, vide in Anticritica noſtra, parte 2. cap. 13.]

סֵדֶר : סִדְרָא :

Ordo, Sectio ordinaria Legis. Sic vocantur Sectiones majores Legis Moſaicæ, quæ per tria majuſcula פ vel ס diſtinguuntur, ac vel à prima ejus voce, vel mox ſequente alia nominantur. Frequens eſt in Maſora finali, quando lector ad Sectionem aliquam Legis remittitur. Aliàs dicitur etiam פָּרָשָׁה, de qua voce infrà.

סְמִיךְ

Conjunctum, Vicinum: de pluribus, סְמִיכִין. Forma Chaldæa, Radix Hebræa סָמַךְ, ſuo uſu nota. In Maſora frequens ejus uſus eſt, ad voces ſæpiùs aut rariùs, aut ſemel tantùm conjunctas. Ferè ſemper habet præfixum Pronomen ד *Quod.* In Maſora parva plerunque ſcribitur abbreviatè דס׳ vel דסמי׳. Hinc Geneſ. 1.8, ad יוֹם שֵׁנִי, notatum, ל׳ דִּסְמִיךְ *Non extat ampliùs conjunctum.* Geneſ. 1.2, ad תֹהוּ וָבֹהוּ notatum, ב׳ דִּסְמִיכִין *Duo ſunt conjuncta.* Geneſ. 5.1, ad וַיִּזְכֹּר אֱלֹהִים *Et recordatus eſt Deus,* notatum, ד׳ דִּסְמִיכִין בְּתוֹרָה *Quatuor ſunt conjuncta in Lege.* Loca hîc afferuntur. Hîc verò ordo & forma in primis notanda ſunt. Nam aliquando duæ voces non ampliùs conjunctæ dicuntur, quæ tamen ordine inverſo alibi

alibi extant, aut unâ aliquâ literâ differente: ut Gen. 27. v. 37, ad וְדָגָן וְתִירשׁ *Et frumentum & muſtum*, notatur ל *Non reperiuntur amplius*, nempe ſic conjuncta, quòd circulus in medio duarum vocum poſitus, indicat, quomodo vox דסמיכין ſemper ſub intelligenda eſt, quando circulus medium vocum occupat. Capiendum id præciſè de hac forma, & de hoc ordine: nam alibi legitur דָגָן וְתִירשׁ Jeſa. 35. 17, & alibi תִירשׁ וְדָגָן Numer. 18. 12. Item Exod. 16. 23, ad שַׁבָּתוֹן שַׁבָּת notatum, ל *Non reperiuntur ſic conjuncta*: nam aliàs ſemper dicitur שַׁבָּת שַׁבָּתוֹן ordine inverſo. Sic de aliis pluribus.

סְחוּפֵי

[Legitur Levit. 18. v. 15. ad תְגַלֵּה in Maſora parva, כל סחופי צֵרֵי *Omnia* סְחוּפֵי *ſunt cum Tzere*: h. e. Omnia תגלה in hoc capite, cum Athnach notata, ſunt cum Tzere, סְחוּפֵי *Athnachata, cum Athnach notata*. Ratio hujus denominationis eſt, quòd nonnulli Grammatici, Athnach, quando ad primam in verſu vocem ponitur, vocant, סַחְפָּא, ut Elias obſervat in libro טוב טעם, & R. Samuel Arcuvolthi in libro ערוגת הבושם. Videatur & Michlol Kimchii fol. 159. 2. in notis Eliæ.]

סִימָן

Signum, Symbolum. Vocabulum eſt, à Græcis mutuatum, quibus σημεῖον, σῆμα id ſignificat. In Maſora ejus quadruplex uſus eſt. Primò ſic vocatur *Caput* libri Biblici, vel etiam numerus Pſalmi Davidici, qui ſinguli hîc inſtar Capitum ſunt. In Moſe tamen neque liber, neque caput unquam citatur, ſed ſemper Sectio, quam *Paraſcha* פָּרָשָׁה ſive *Seder* סֶדֶר aut סִדְרָא vocant. Exempla: כְּאֵלֶּה ג' וְסִימָנֵיהוֹן נִמְסַר בְּיִרְמְיָה סִימָן נ"א וְאִיּוֹב רֵישׁ סִימָן י"ו: id eſt, Keelle *ter reperitur, quorum loca trademus in Jere-*

Digitized by Google

mia, capite 51, & Jobo in principio capitis 16. Item לִפְנֵי אֱלֹהִים ד׳ וְסִימָנֵיהוֹן נִמְסַר בִּתְהִלִּים סִימָן נ״ו׃ Liphne Elohim *Quater extant, quorum loca trademus in Pſalmis, capite 56,* id eſt, Pſalmo. Item, אָמַר אֱלֹהִים ו׳ וְסִימָנֵיהוֹן נִמְסַר בְּפָרָשַׁת בְּרֵאשִׁית׃ Amar Elohim *Sex ſunt, quorum loca trademus in Paraſcha ſive Sectione Breſchith.* Afferuntur autem cap. 3. v. 1. ubi iſta locûtio primùm occurrit. *Secundò* סִימָנִים vocantur *Loca, Exempla* Scripturæ, quæ ad ſingulas Notas maſorethicas confirmandas, afferuntur. Exempla patent in præcedentibus. *Tertiò,* quando vox aliqua ter, quater aut ſæpius occurrit, tunc dant ſententiam ſymbolicam ſive memorialem, tot dictionibus conceptam, quoties vox iſta reperitur, ita ut ſingulæ dictiones ſingula loca biblica denotent. Raro plures continet, Exod. 2. 10. Hanc ſententiã vocant סִימָן, cujus explicatio colligitur deinceps ex locis biblicis, vel ſtatim eodem loci, vel alibi adductis. Sæpè etiam hoc ſymbolum non denotat loca biblica, ſed artificiosè & eleganter, immò tectè & ænigmaticè, ad acuendam leris induſtriam, rem ipſam explicat. Exemplum unum vide ſuprà cap. 1. in Maſoræ parvæ explicatione. Aliud breve legitur Geneſ. 18. 4, in Maſora parva ad יֻקַּח, ubi notatur, ג׳ וְסִימָן מוֹי דְגַבְרָא פַּרְזְלָא *Ter reperitur quorũ ſymbolum, Aqua potentis, ferrum.* Tres voces ſymbolum ſunt trium locorum biblicorum, in quibus vocabulum, יֻקַּח reperitur, nempe מוֹי *Aquæ*, ſymbolum eſt hujus loci, ubi legitur, יֻקַּח נָא מְעַט מַיִם *Accipiatur nunc parum aquæ* Geneſ. 18. 4. Altera vox דְגַבְרָא *Potentis*, notat locum גַּם שְׁבִי גִבּוֹר יֻקָּח *Etiam captivitas potentis tolletur,* Jeſa. 49. 25. Tertia vox פַּרְזְלָא *Ferrum*, indicat locum, בַּרְזֶל מֵעָפָר יֻקָּח *Ferrum ex terra capitur,* Job. 28. 2. Eodem hoc verſu aliud ſymbolum ad וְרַחֲצוּ *Et lavate*, ubi notatur in Maſora parva, ג׳ וסי׳ מַיָא דְעַבְדָא דַכְיָא *Ter occurrit, quorum ſymbolum, Aquæ ſervi mundæ ſunt.* Prima vox מַיָא

Aqua,

Aqua, indicat hunc verſum, in quo ante וְרַחֲצוּ legitur מַיִם. Altera vox, רְעַבְדָּא *Servi*, repræſentat locum, סוּרוּ נָא אֶל בֵּית עַבְדְּכֶם וְלִינוּ וְרַחֲצוּ *Divertite nunc in domum ſervi veſtri, & pernoctate, & lavate pedes veſtros*, Geneſ. 19.2. Tertia vox רְכַיָּא *Munda*, notat locum, רַחֲצוּ הִזַּכּוּ *Abluite vos, Mundate vos*, Jeſa. 1. 16. Vide Caſtigationes noſtras ad Geneſ. 18.4. Sic ſimilia æſtimanda. Alterius generis ſymbolum, quo res ipſa explicatur, extat Levit. 12.4. ad בִּדְמֵי טָהֳרָה *In ſanguine Mundationis*, ubi Maſora parva notat, יְמֵי מַפִּיק דְּמֵי לָא מַפִּיק וסי׳ יָמִים מְגַלִּין דָּמִים מְכוּסִין׃ Jeme *habet Mappik, cujus ſymbolum, Dies manifeſti-ſunt, ſanguines occulti*, id eſt, ubi voci טָהֳרָה Nomen יְמֵי adjunctum eſt, ibi ea vox habet Mappik, ut in altero membro hujus verſus, יְמֵי טָהֳרָהּ, ubi verò ipſi adjunctũ eſt Nomen דְּמֵי, ibi non habet Mappik, ut in primo membro hujus verſus, תֵּשֵׁב בִּדְמֵי טָהֳרָה. Voluernnt ergo hac annotatione ſignificare, rectè hîc abeſſe Mappik, ne quis illud addere tentaret. Hinc etiam patet propoſiti ſymboli explicatio, *Dies manifeſti ſunt*, id eſt, ubi iſti voci Nomen יָמִים *Dies* apponitur, ibi Dages manifeſtum eſt, ubi verò nomen דָּמִים eſt, ibi Dages occultum eſt, hoc eſt, non adhibitum, & id eſt, quod dicit *Sanguines occulti ſunt. Quartò* hoc vocabulum סִימָן in Maſora parva ſæpè ponitur ſolitarium, ſine ullo additamento aut declaratione ulla. Hîc triplicem potiſſimùm ejus uſum deprehendimus: *primò*, quando vox aliqua in eadem locutione nunc ſcribitur cum litera ſervili, nunc ſine ea, tunc ad alterutram vel utramque notant סִימָן, quaſi dicere voluerint, Rectè eam vocem ſic eſſe, in ſignum alterius differentis loci: veluti, Levit. 25. 25. legitur, כִּי־יָמוּךְ אָחִיךָ *Cùm attenuatus fuerit frater tuus*, & verſ. 35, cum additione literæ ו à principio, וְכִי־יָמוּךְ אָחִיךָ ubi propterea Maſora notavit, סִימָן, *Signum*, hic eſſe mutatæ formæ à ſuperiori locutione,

Digitized by Google

ideoq́ue rectè illud ו hîc eſſe, nec auferendum. *Secundò*, quando duo pluresve locutiones ſimiles voce aliquâ additâ vel detractâ, aut mutatâ differunt: ut, Numer.4.v.6.14, וְשָׂמוּ בַדָּיו, & verſ.8.11, וְשָׂמוּ אֶת בַּדָּיו. Hîc ad primam formam appoſitum סִימָן, Signum ibi eſſe differētis locutionis, quæ hîc eſt ſine אֶת, alibi cum אֶת. Item Levit.19.5, וְכִי תִזְבְּחוּ זֶבַח שְׁלָמִים לַיהוָה & Levit.22.29, וְכִי תִזְבְּחוּ זֶבַח תּוֹדָה לַיהוָה. Ad poſtremum hunc ſimpliciter poſuerunt סִימָן, ad priorem סִימָן ש״ת, ubi duæ iſtæ literæ duas differentes iſtas voces denotant, nempe שְׁלָמִים תּוֹדָה. Item Pſal.56.5, מַה יַּעֲשֶׂה בָשָׂר לִי, & v.12. מַה יַּעֲשֶׂה אָדָם לִי. Hîc ad utrumque locum appoſitum סִימָן, ne quis erret. *Tertiò*, quando duæ ſimiles locutiones accentu differunt: ut, Num.4.30, וָעַר בֶּן חֲמִשִּׁים שָׁנָה, & verſ.35, וְעַד בֶּן־חֲמִשִּׁים שָׁנָה. In primo vox וְעַד habet accentum Tevir, in altero Tiphcha, quam differentiam appoſito iſto vocabulo monere voluerunt, ne quis unum ex altero corrigeret.

סִפְרָא ׃ בְּסִפְרָא ׃ דְּסִפְרָא

Liber. Nomen Chaldaicum ex Hebræo סֵפֶר. In Maſora uſurpatur de quolibet libro biblico, ex quo aliquid citatur, habetq́ue communiter præfixas ſerviles ב & ד, בְּסִפְרָא, דְּסִפְרָא & ſcribitur abbreviatè: בספ׳, בס׳: ut Gen.2.5, ad וְכֹל in Maſora parva notatur ה׳ רפ בְּסִפְרָא *Quinq; ſunt initium verſus in hoc libro*, ſcil. Geneſeos. Qui autem duplices nobis ſunt, ut Samuelis, Regum, Eſræ & Chronicorum, hi pro unico cenſentur: ut 1.Reg.11, ad הֲלוֹא in Maſora parva notatur, י״ז מְלֵאִים בְּסִפְרָא *Septemdecim plena ſunt in hoc libro*, ſcil. utroq; Regum; nam multa ex his extant in ſecundo libro Regum, ut 2.Reg.13.v.8. & alibi. Sic & duodecim Prophetæ minores pro uno libro cenſentur: ut, Amos 3.12, ad כֹּה אָמַר notatur, ה׳ בְּטַעַם בְּסִפְרָא *Quinq; ſunt cum accentu in libro hoc*,

Google

hoc, ſcilicet duodecim prophetarum. Inde hæc regula in Maſora magna hoc loco proponitur: נְקוֹט הָאִי כְּלָלָא בִּידָךְ כָּל־הֵיכָא: דְּאָמְרִין בְּמָסֹרָה בִּתְרֵי עֲשַׂר בְּסִפְרָא פֵּירוּשׁוֹ כָּל סֵפֶר תְּרֵי עֲשַׂר: id eſt, *Accipe hanc regulam in manu tua: Ubicunq; dicunt in Maſora in duodecim (Prophetis)* IN LIBRO, *intelligitur totus liber duodecim prophetarum minorum.* Sic Zach. 1. 2. ad אֲבוֹתֵיכֶם notatur, ג׳ מְלֵאִים בְּסִפְרָא *Tria ſunt plena in libro hoc*, ſcil. duodecim prophetarū. Porrò quòd Levit 15. 29, in Maſora parva ad אוֹתָם notatum legitur, ט״ל מְלֵאִים בְּסִפְרָא *Triginta novem ſunt in hoc libro*, pro Toto libro Legis, id mendoſum videtur, & pro בספרא reponedum בְּתוֹרָה, ut eſt hîc in Maſora magna, & alibi paſſim in Maſora parva. Nunquam enim aliàs סִפְרָא pro tota Lege ſive quinque libris Moſis accipi deprehendimus Cum ſervili ד׳ ab initio, Geneſ. 34. 25, ad בֶּטַח notatur, חַד מִן פַּתְחִין בְּאַתְנַחְתָּא דְסִפְרָא *Eſt unum ex Patachatis, juxta Athnachta libri hujus.* Pathach & Sægol per Athnachta & Sophpaſuk ſolet communiter mutari in Kametz, quando autem id non fit, tunc in ſingulis libris iſta fuerunt notata, & appellata פָּתַח דְסִפְרָא.

CAPUT XI.
De Vocabulis.

עִטּוּר סוֹפְרִים: עִנְיָן: פְּלוּגְתָּא: פָּסוּק: פִּסְקָא:
פָּרָשָׁה: פַּשְׁטִין צִבְחַר: פַּתַח:

עִטּוּר סוֹפְרִים *Ablatio Scribarum*. עִטּוּר Vocabulum Chaldaicum, à Radic עֲטַר *Diſcedere, Recedere*, Hebr. סוּר, in Pahel עַטַּר *Auferre, Removere*, quod pro Hebræo הֵסִיר in Targum Jonathanis legitur, ubi dicitur, הָסִרוּ אֶת אֱלֹהֵי נֵכָר *Auferte Deos alienos*, ibi Targum עַטַּרוּ טַעֲוַת עַמְמַיָּא *Removete idola populorum*, Geneſ. 35. v. 2. Hinc in Maſora, ad אַחַר תַּעֲבֹרוּ *Poſtea tranſibitis*, Gen. 18. 5, ה׳ מִלִּין עִטּוּר סוֹפְרִים *Quinq; ſunt voces Ablatio Scribarum*; id eſt, Quinque voces

ſunt,

ſunt, in quibus inter legendum vulgus appoſuit literam י ab initio, quæ tamen in textu authentico ſcripta non fuit, ac proinde addi non debebat. Monuerunt ergo Scribæ, eas voces ſine iſta litera legendas eſſe, quod perinde habitum, ac ſi eam abſtuliſſent, & idcirco appellata fuit *Ablatio Scribarum*. Pſalmo 36.7. duntaxat quatuor recenſentur, ſed ibi unus locus eſt omiſſus, ut oſtendimus in Caſtigationibus noſtris ad iſtum Pſalmum.

עִנְיָן : עִנְיָנָא

Res, Negotium, Materia. In Maſora plerumque ſignificat *Caput*, libri: ut Geneſ.5 8, ad וַיִּהְיוּ כָּל יְמֵי notatur ז׳ בְּעִנְיָן *Septem ſunt in hoc capite*, Sic Geneſ.5.19, ad וַיְחִי־יֶרֶד notatum eſt, ו׳ מַקְפִין בְּעִנְיָן *Sex ſunt cum Makkaph in hoc capite.* Item Pſalm.124.3, ad אֲזַי notatum, ג׳ בְּעִנְיָן *Tria ſunt in hoc capite*, id eſt, Pſalmo. Quod autem Deuter.12 15. legitur, ג׳ פסוקים מַטְעִין בְּעִנְיָן, id mendoſum videtur, & pro בְּעִנְיָן legendum judicarim בְּהוֹן *In illis.* Sic enim alias Maſora loqui ſolet, & tres iſti verſus ſeducentes non in hoc capite extant omnes, ſed duo tantùm, nempe hic verſus & verſus 22, tertius legitur Deuter.15.22. Similiter mendum eſt in omnibus libris Geneſ.25.34, ubi ad וַיָּבֶז legitur, ב׳ בעינין, quod legendum ב׳ בְּעֵינָיו, ubi voce בְּעֵינָיו indicatur alter locus, qui legitur Eſth.3.6, וַיִּבֶז בְּעֵינָיו.

פְּלוּגְתָא

Diſſenſio, Controverſia. Vocabulum Chaldaicum, Radice פְּלַג *Dividere, Diviſum eſſe, Diſſentire.* In Maſora ejus uſus eſt ad voces, de quarum ſcriptione libri diſſentiunt: ut Geneſ.39.15, ubi legitur וַיְהִי כְּשָׁמְעוֹ, ad כְּשָׁמְעוֹ notatum eſt, פְּלוּגְתָא דָּגֵשׁ *Diſſenſio eſt de Dages* Præcedit enim litera quieſcens cum accentu miniſtro, poſt quem Dages lene locum habere non ſolet. Item Geneſ.37.3, ad צִדְרָה notatum eſt, ה׳ יַתִּיר אֲבָל פְּלוּגְתָא דְּרַב נַחְמָן id eſt, ה׳ *redundat*,

dundat, ſed diſſenſio eſt Rabbi Nachmanis, qui nempe legit צִירָה. Item Gen.40.8, ad הֲלוֹא notatur, י״ג מְלֵאִים בְּאוֹרַיְתָא וא׳ פְּלוּגְתָּא׃ *Tredecim ſunt plena in Lege, & unum controverſum eſt.* Hinc etiam Geneſ. 18. v. 18, ad הָיוֹ notatur, פְּלִיגִין בֵּיהּ *Diſſentiunt de eo*, an ſcil. accentum Darga hîc habere debeat.

פָּסוּק

Verſus, Verſiculus biblicus. Radix ejus Chaldaica eſt, פְּסַק *Ceſſare, Finem habere, Abſolvi vel abſolutum eſſe*, quomodo Hebræis Verbis חָדַל & שָׁבַת in Targum ſæpè reſpondet. Hinc פָּסוּק *Verſus*, quaſi ſententiæ Abſolutio. In Maſora frequens ejus uſus eſt: ut ב׳ בְּפָסוּק *Duo ſunt in hoc verſu*, ג׳ פְּסוּקִים *Tres verſus*; ראשׁ־פָּסוּק *Principium verſus*, סוֹף פָּסוּק *Finis verſus*. Et Geneſ.4.8, כ״ח פְּסוּקִים פָּסְקִין בְּמִצְעוּת פָּסוּק׃ *Viginti octo verſus ſunt, qui deſinunt in medio verſu*, ſcilicet quoad ſenſum. Hîc communiter relictum eſt ſpacium majus, & quandoque illi impoſitus circulus.

פִּסְקָא

Ceſſatio, Pauſa. Vocabulum ejuſdem originis, cum præcedenti. In Maſora *Primò* ſic vocatur virgula recta inter duas dictiones poſita, quam in Accētuum numero Grammatici vulgò vocant פְּסִיק. Chaldaicè dicitur פְּסַק, unde emphaticè פִּסְקָא, pluraliter פִּסְקִין, & fœmininè פִּסְקָן, unde emphaticè פִּסְקְתָא. Hanc Virgulam pauſæ muſicæ notam, in ſingulis libris biblicis numerarunt, quorum catalogus deſcriptus eſt poſt Maſoram magnam finalem. In Maſora parva iſtorum etiam quandoque fit mentio, ut Geneſ.24.12, ad וַיֹּאמַר notatur, ז׳ בְּטַעַם מַרְעִים וּפִסְקָא *Septem ſunt cum accentu Marhim* (Schalſchelet aliâs) *& Piska. Secundò* vocatur etiam ſic ſpacium illud vacuum, ſive Finis verſus in medio verſu, quorum primus verſus extat Geneſ.4.8. Hinc Joſ. 4.1, פִּסְקָא בְּמִצְעוּת פָּסוּק *Piska eſt in medio verſu*, id eſt, Finis. Sic Joſ.8.v.24. Ezech.3.16. & alibi.

Geneſ.35.22, notatur eſſe כ״ה Viginti quinque, quæ nota verior videtur. Ubi vel an etiam Maſora hos verſus recenſeat, hactenus non obſervavi. In Lege ſunt quatuor, nempe Geneſ.4.8. & 35.22. Num.25.19. ſive 26.1. & Deut. 2.8. Vide præterea Joſ.4.1. & 8.24. Jud.2.1. 1.Sam.14.13. 20.37. & 16.12. & 19.21. & 23.2.11. 2.Samuel.5.2.19. & 7.4. & 24.11. 1.Reg.13.20. 2.Reg.1.17. Jeſa.8.3. Ezech.3.17. & 44.15. Quidam tamen horum dubii omnino ſunt, an eo pertineant. [R.Menachem de Lonzamo in libro שתי ידות vult Geneſ.4.8. nullum eſſe debere Piska: nullum quippe poni in Codice Hilleliano nullũ etiam initium ſectionis feciſſe Majemodidem, & Raf Hammeiri. Sic in Pentateucho Conſtantinopolitano nullum eſt ſpatium, ſed continuata Scriptio. Sic etiam Numerorum 26 1. nullum ait in Manuſcriptis codicibus, nec in Majemonide, aut in Hammeiri conſtitui Piska. In hoc tamen loco Piska eſt in Exemplari Conſtantinopolitano.

פָּרָשָׁה

Sectio, vulgò Parſcha vocatur à Judæis. Sic autem dicitur quælibet Sectio major in quinque libris Moſis, quæ per tria majuſcula פ & ס incipit, & nomen habet à prima vel mox ſequente communi voce, ut Sectio בְּרֵאשִׁית, Sectio נֹחַ, Sectio לֶךְ לְךָ, & ſic deinceps. Has Sectiones in Lege, Maſora ſemper ſolet citare loco Capitum, & vocabulum ipſum plerumque abbreviatè deſignatur per פ׳ vel פר׳, præfixa Præpoſitione ב, quando dicitur, נִמְסַר בְּפר׳ בְּרֵאשִׁית *Traditur vel Trademus in Sectione Bereſchit.* Dicitur & Sectio quælibet סֵדֶר vel סִדְרָא, ut ſuprà dictum. Numerum & ordinem harum Sectionum, vide in Abbreviaturis noſtris. [Minores etiam quædam ſectiones, de certa aliqua materia ſic vocantur. Unde in Talm. Gittin fol.60. 1. legitur: שמונה פרשיות *Octo ſectiones lectæ fuerunt eo die, quando erectum*

fuit

fuit Tabernaculum, nempe, פרשת כהנים Sectio de Sacerdotibus, Exod. 21. ופרשת לוים & Sectio de Levitis, Num. 8. 6. &c. Sic uſurpatur etiam pro quovis Capite Biblico, ut Exod. 19. 23. ad אל־הר legitur in Maſora magna: י״ז וסי׳ מצוין בישעיה סי׳ נ׳ גבי פרשת שִׁמרו משפט וגו׳, h.e. *Septendecim ſunt*, & loca illorum inveniuntur in Jeſa. cap. 56. in Sectione, h.e. capite, quæ incipit, שִׁמְרוּ מִשְׁפָּט.]

פַּשְׁטִין צִבְחַר

Sic vocatur in Maſora Pathach parvum, id eſt, Sægol, in quinque paribus vocum, ſive decem vocibus ſpecialibus, quæ recenſentur Ezech. 6. 9. & 45. 12, ubi ipſa Maſora ſe explicans, ait, פשטין צבחר פירושו פתח קטון, *Paſtin tziſchar, id eſt, Pathach parvum.* צִבְחַר in Targum eſt *Parum, Modicum*, ut ubi textus Hebræus habet כַּתַּר לִי זְעֵיר *Expecta me paululum*, Targum, אַמְתֵּן לִי צִבְחַר, Job. 36. 2. Decem iſtæ voces ſunt, בַּמַּחֲזֶה Geneſ. 15. 1, יְרֵפֶה Jeſa. 5. 25, מִקְשֶׁה Jeſa. 3. 24, הַזּוֹנֶה Ezech. 6. 9, יוֹנֶה Ezech. 18. 7, לְעוֹלֶה Ezech. 40. v. 40, הַמָּנֶה Ezech. 45. 12, הַחוֹלֶה Mal. 1. 13, וּמוֹצֶא Eccl. 7. 27, דָוֶה Thren 5. 17. Appellationis rationem quærant alii.

פַּתַח

Pathach. Nomen vocalis A brevis in Grammatica. Maſorethæ eo vocabulo nominant & Pathach per ſe, & Sægol. Illud vocant *Patach magnum*, hoc *Pathach parvum:* ut Geneſ. 2. v. 22, ad הַצֵּלָע notatur, כֵּן דִּינוֹ קָמֵץ קָטוֹן וּפַתַח גָּדוֹל *Sic judicium ejus eſt cum Kametz parvo & Patach magno*, id eſt, cum Tzere & Pathach. Aliàs ſcribitur צֶלַע cum accentu in penultima, de quo alia Maſora Exod. 26. 26. ait; Omne צֶלַע quod de Tabernaculo dicitur, accentus ejus eſt in penultima & habet Pathach (id eſt Sægol:) at צֵלָע quod eſt in Geneſi & Ezechiele, accentus ejus eſt in ultima, & habet kametz id eſt, Tzere. Item Exod. 32. 1, ad מֶה notatur, כ״ר וּפַתְחִין *Viginti quatuor*

ſunt & Patachata, id eſt, cum Pathach parvo ſive Sægol notata. Six Exod. 22. 23. נֶשֶׁךְ notatur, חַד מִן פַּתְח׳ דְּסִפְרָא *Unum eſt ex Patachatis hujus libri*, quæ ſcil. Sægol invariatum retinent. Hæ duæ vocales, Pathach & Sægol, juxta communem linguæ proprietatem, per pauſas majores Athnach & Sophpaſuk, mutantur in Kametz. At in ſingulis libris Maſorethæ quædam invenerunt, quæ hanc mutationem non ſubierunt, ac propterea iſta in ſingulis libris numerarunt & annotarunt. Sic in Geneſi duodecim talia inveniuntur, unde Geneſ. 17. 17, ad וַיִּצְחָק Maſora notat, חַד מִן י״ב פַּתְחִין בְּאַתְנַחְתָּא דְּסִפְרָא *Unum eſt ex duodecim Pathachatis cum Athnachta hujus libri*, id eſt, quæ Pathach immutatum juxta Athnach retinent in hoc libro Geneſeos. Sic Geneſ. 28. 10, ad שֶׁבַע notatur, חַד מִן פַּתְחִין דְּסִפְרָא *Unum eſt ex Pathachatis in hoc libro*. Exod. 10. 29, ad דִּבַּרְתָּ notatur, ג׳ פַּתַח בְּאַתְנַחְתָּא בְּסִפְרָא *Ter eſt cum Pathach juxta Athnachta in hoc libro.* Sic deinceps per ſingulos libros hujuſmodi Sægol, & Pathach numerarunt, quæ uno nomine Pathach comprehenderunt.

CAPVT XII.

De Vocibus

קָמֵץ ׃ קָרְחִי ׃ קְרִיא ׃ רָפֶה ׃ שְׁטָה ׃ תְּאוֹמִים ׃ תוֹרַרת
תֵּיבָה ׃ כֹּהֲנִים ׃ תְּרֵיסַר

קָמֵץ *Kametz*. Nomen vocalis A longæ in Grammatica. In Maſora ſumitur pro Kametz & pro Tzere, ſed illud differentiæ cauſa ſæpè vocant קָמֵץ גָּדוֹל *Kametz magnum*, hoc קָמֵץ קָטֹן *Kametz parvum*, ut antea in voce פַּתַח. De Kametz, Geneſ. 1. 5, ad לָאוֹר notatur, ז׳ קָמְצִין *Septem ſunt cum Kametz* ſcilicet ab initio. De Tzere, Exod. 25. 29, ad בָּהֵן notatur, ט״ו קָמְצִין וג׳ פַּתְחִין *Quindecim*

cim

cim cum Kametz (id eſt, Tzere) *& tria cum Pathach*, id eſt, Sægol.

קְרֵחִי

Calvus, Calvum. Vox originis Hebraicæ: plur. קְרֵחִין. In Maſora ejus uſus eſt, quando voces quædam ſimiles in uno verſu ſunt, quarum quædam habent præfixam ו copulam ab initio, quædam non; tunc eam quæ non habet, vocant קְרֵחִי *Calvam*: ut, Ezech. 31. 14, Maſora magna tradit, חַד מִן לד״ פְּסוּקִים דְאִית בְּהוֹן לא ולא ולא קַדְמָאָה קְרֵחִי וּתְרֵין אַחֲרָנִין נָסְבִין ו״ו׃ *Unus eſt ex triginta quatuor verſiculis, in quibus eſt* לא ולא ולא *prius eſt calvum, & duo alia habent Vau.* Hinc aliquando plenè dicitur, *Calvum abſq. Vau*: ut, Deut. 1. 11., ad שָׂרֵי וְשָׂרֵי notatur, קַדְמָא קְרֵחִי בְּלָא וָא״ו׃ *Prius calvum eſt abſq. Vau.* Itē Exod. 18. 21, in Maſora magna traditur: ד׳ פְּסוּקִים אִית בְּהוֹן ד׳ מִלִּין דְּמְיָן קַדְמָאָה וְתִנְיָנָא וּתְלִיתָאָה קְרֵחִי וּרְבִיעָאָה נָסֵיב וָי״ו׃ *Quatuor verſus ſunt, in quibus ſunt quatuor voces ſimiles, prima, ſecunda & tertia ſunt calvæ, quarta autem habet Vau.*

קְרָיָא

Vel קְרָא, aut קְרִיאָה *Scriptura ſacra, Biblia.* Aliâs מִקְרָא, quaſi *Lecturam* dicas. In Maſora communiter pro tota Scriptura veteris Teſtamenti ſumitur quandoque pro parte majori & definita, à qua aliquis liber exemptus eſt. Pro univerſa Scriptura, Geneſ. 3. 16, ad אִישֵׁךְ notatur, ו׳ בְּקְרָיָא *Sex ſunt in Scriptura.* Item Geneſ. 33. 4, ad וַיִּשָּׁקֵהוּ notatur, ט״ו מִלִּין נְקוּדוֹת בִּקְרָיָא *Quindecim voces punctatæ ſunt in Scriptura.* Pro parte, Exod. 25. 28, ad וְנִשָּׂא in Maſora magna notatur, י״ב ו׳ בִּישַׁעְיָה ו׳ בִּקְרָיָא *Duodecim ſunt*, ſeu *Duodecies legitur, ſexies in Jeſaja, ſexies in Scriptura*, ſcilicet reliqua. Similis Maſora legitur Geneſ. 32. 7. Item, Exod. 26. 9, in Maſora magna ad לְבַד notatur, כָּל הָדֵין סִפְרָא וּתְרֵיסַר קָמֵץ וְכָל שְׁאָר קְרָיָא פַּתָּח ב״מא׃ *Totus hic*

liber & duodecim (prophetæ minores) *habet Kametz* (ad hanc vocem) *tota autem reliqua Scriptura Pathach, excepto uno.* Illud extat Jud. 7. 5.

רָפֶה ׃ רָפִי

Lene. Quid hoc vocabulum apud Grammaticos ſignificet, notum eſt. In Maſora ejus uſus alius eſt, & varius. Primò dicitur de abſentia Dages fortis in voce aliqua, quæ aliâs eſt cum Dages: Exod. 1. 19, ad חָיוֹת notatur, ל׳ רָפִי *Non extat ampliùs Lene*, id eſt, Dages in י, nam aliâs legitur חַיּוֹת, ut Levit. 14. 4. Sic, In tota Scriptura ſemper dicitur דִּבֶּר אִתּוֹ *Locutus eſt cum eo*, אִתָּם *cum eis*, אִתְּךָ *tecum*, exceptis novem ſine Dages, quæ idcirco dicuntur *Lenia*: ut, Geneſ. 21. 5. ad אִתוֹ ubi legitur אֲשֶׁר דִּבֶּר אִתוֹ *Quod elocutus erat cum eo*, Maſora parva notat, ט׳ רָפִין בְּלִשָּׁנָא *Novem ſunt lenia in hac locutione*, nempe in quibus dicitur אִתוֹ, אִתָם, אִתָךְ pro אִתָּם, אִתְּךָ, אִתּוֹ. Sic ad אוֹתָם, ubi dicitur, אֲדַבֵּר מִשְׁפָּטִים אוֹתָם *Loquar judicia cum eis*, Jer. 4. 12, Maſora parva notat, ט׳ רָפִין דִּסְמִיכִין לְדִבּוּר Novem ſunt lenia conjuncta cum Verbo דִּבֵּר. Sic Job. 15. 5. ad עֲרוּמִים notatur, ב׳ רָפִין *Duo ſunt lenia*: nam & duo ſunt dageſſata, ut עֲרוּמִּים Job. 22. 6, de quibus hic in Maſora magna datur ſymbolum עַרְטִלָאִין דִּגְשִׁין חַכִּימִין רַפִּין cujus explicationem vide ſuprà cap. 5. in voce דָּגֵשׁ. Item Geneſ. 12. 19. ad לָמָה notatur, ג׳ ר״פ רָפִין *Tria ſunt initium verſus, & lenia*, Rurſus Pſalm. 42. 10. & 43. 2. ad לָמָה notatur, ג׳ רָפִין *Tria ſunt lenia*, nempe non in initio verſus: Tertium eſt Job. 7. 20. Aliâs enim ſæpè dicitur לָמָּה cum Dages, de quorum differentia extant regulæ quædam in Maſora magna Pſal. 43. 2 1. *Omne* לָמָה *lene, accentum habet in ultima, excepto uno,* לָמָה Job. 7. 20: *Omne autem* לָמָּה *dageſſatum, accentum habet in penultima. Quod ſi ſit conjunctum literis gutturalibus* אח, id eſt, ſi ſequens dictio incipiat ab א vel ח) *eſt lene, & habet accentum*

ſentum in ultima, exceptis quinque dageſſatis & penacutis: *ut* לָמָּה הִצִּיתוּ *Quare ſuccenderũt*, 2.Sam.14.31: לָמָּה הָיָה *Quare fuit*, Jerem.15.18: לָמָּה אִירָא *Quare timebo*, Pſal. 49.6: לָמָּה הִרְגַּזְתַּנִי *Quare commoviſti me*, 1.Sam. 28. 15: לָמָּה אַכֶּכָּה *Quare percuterem te*, 2.Sam.2.22. *Quodcunq; autem conjunctum eſt reliquis literis, habet Dageſch, exceptis tribus ſuperioribus. Secundò* dicitur de abſentia Dages poſt literas ſerviles כ'ל'ב ante Nomina, id eſt, quando iſtæ literæ ante Nomina notantur cum Scheva, aut vicario aliquo ejus puncto, tunc vox iſta dicitur *Raphe Lenis*; reſpectu alterius formæ, quâ excluſo articulo notantur cum Pathach ſequente Dageſch, tunc vox iſta dicitur *Dageſſata*, ut ſuprà cap.5. ad vocem דָּגֵשׁ dictum eſt. De כ, Pſal.119.132, ad כְּמִשְׁפַּט notatur, ז' רַפִּין *Septem ſunt lenia*: de ל, Gen.9.15, ad לְמַבּוּל notatur, ל' רַפִּי *Non extat ampliùs lene*, nam aliàs dicitur לַמַּבּוּל. Sic Gen.1.6, ad לָמָיִם notatur, ל' רַפִּי *Non occurrit ampliùs lene*, ſed aliâs לַמָּיִם. De ב, Gen. 23.9, ad בְּכֶסֶף notatum, ט"ו רַפִּין בְּתוֹרָה *Quindecim ſunt lenia in Lege. Tertiò*, dicitur ſimili uſu de Verbis Futuri Temporis, quæ præfixum habent י ſervile cum Scheva aut ejus vicario aliquo, vel etiam cum Kametz notatum: ut, Geneſ.1.9, ad וְתֵרָאֶה notatum, ל' רַפִּי *Non occurrit ampliùs lene*. Sic Exod.14.15, ad וְיָבֹאוּ traditur, ז' רַפִּין *Septem ſunt lenia*. Item, Jeſa.40.27, ad וּתְדַבֵּר notatum, ג' רַפִּין *Tria ſunt lenia*, ad differentiam וַתְּדַבֵּר. Vox רָפֶה tamen ſæpè in his exemplis omittitur. *Quartò* de abſentia puncti Mappik in litera ה: ut Gen. 25.31, ad מִכְרָה notatum, ל' וְרָפֶה וְחַד מַפִּיק הֵ"א *Non occurrit ampliùs & eſt lene, & aliud eſt cum Mappik in* ה. Hoc exſtat Prov.31.v.10, nempe מִכְרָהּ *Pretium ejus*. In Maſora magna hoc loco legitur, Undecim eſſe paria vocum hujuſmodi ſingularum, quarũ una habet Mappik, altera non habet. Has ergo voces in his paribus

quæ

quæ puncto Mappik carent, annotarunt & dixerunt eſſe *lenes* ac immunes à Mappik, non quod illud habere debuerint, ſed quod rectè eo careant, & ſic diſtinguantur ab altera quæ Mappik rectè & jure habet. Catalogus omnium ponitur in Maſora finali, in litera ה. Sunt & alia octodecim in Maſora finali, quæ debebant habere Mappik & non habent, ad ea plerunq; ſcribunt לא מפיק ה״א. *Quintò*, de הֲ interrogandi particulâ, in iis, quæ aliâs habent aut habere poſſunt articulum הַ ſequente Dageſch, cujus reſpectu illud ה, non ſequente Dages, dicitur *lene*: ut, Geneſ. 4. 9, ad הֲשֹׁמֵר notatum, ל׳ רפי *Non eſt ampliùs lene*. At benè quidem הַשֹּׁמֵר, ut הַשֹּׁמֵר אֱמֶת *Qui cuſtodit veritatem*, Pſal. 146. 6. Sic Gen. 17. 17, ad הֲבַת notatum, ל׳ רפי *Non legitur ampliùs lene*: aliàs הַבַּת, ut Exod. 1. 22. Item Ruth. 1. 19, ad הֲזֹאת traditur, ה׳ רפין *Quinq; ſunt lenia*, ſcilicet ad differentiam eorum, quæ ſcribuntur הַזֹּאת. *Sextò*, dicitur de Chatephpathach & Chateph ſægol ſub gutturalibus in quibuſdam vocibus, quæ aliàs pro iſtis vocalibus habent Scheva ſimplex quieſcens, quod reſpectu iſtarum eſt durioris tunc pronunciationis: ut, Pſal. 6. 29, ad מַחֲסֶה in utraque Maſora notatur, ט׳ רפין בלשנא *Novem ſunt lenia in hac locutione*, id eſt, cum Chatephpatach, pro quo aliàs eſt Scheva quieſcens, מַחְסֶה, quod vocant *Dages*, ut dictũ ſuprà cap. 5. ad vocem רגש. Idem notatur Pſal. 73. 28. Sic & אֶחֱסֶה ſemper eſt lene, excepto uno, ובצל כנפיך אֶחְסֶה *Et in umbra alarum tuarum, confidam*, Pſal. 57. 2, ubi propterea Maſora parva notat, Non reperiri ampliùs cum Chateph, id eſt, Scheva, quod ſic Maſora quadoq; vocat. Item Gen. 14 20, ad מַעֲשֵׂר notatum, ג׳ רפין *Tria ſunt lenia*. Loca hîc afferuntur in Maſora magna.

שִׁטָּה

Series, Linea. Vocabulum eſt Chaldaicum, cujus in Targum etiam uſus: ut, וְעַל סֵפֶר חֻקָּהּ *Et in librum exarato illud*, Targum, וְעַל שִׁטִּין דִּסְפַר רְשׁוּם *Et in lineas libri ſignato*, Jeſa. 30.8. Item alibi, כְּתִיבָן בְּעֶשֶׂר שִׁטִּין דַּמְיָן לְשִׁטֵּי גִּנַּת בֻּסְמָא: *Scriptæ decem lineis, quæ ſimiles ſunt lineis-florum horti aromatum*, Cant. 5.13. In Maſora ſumitur pro Serie ſive Catalogo vocum, quæ diſpoſitæ & collectæ ſunt in ordinem, ut lineæ in libro, & flores ac herbæ in hortis. Sic eſt *Schitta* ſive Series parium, verſuum, dictionum, literarum, de quibus certa quædam affectio in convenientia aut diſcrepantia traditur. Ita eſt Schitta vel ſeries vocum, quæ deſinunt in כָה, nec unquam ſæpiùs in Scriptura occurrunt. Eſt Schitta, ſive Catalogus vocum, quæ incipiunt ab ומ״א; alius catalogus quæ incipiunt ab ומ״ב, alius ab ומ״ג, alius ab ומ״ה, alius ab ומ״ו, & ſimiles alii, qui in Maſora finali recenſentur, & paſſim per Maſoram textualem, de quibus nihil attinet hîc plura dicere.

תְּאוֹמִים

Gemelli. Vox ex uſu biblico nota. In Maſora uſurpatur de Gemellis dictionum in uno verſu continuò repetitarum. Unde in Maſora finali, in principio literæ ב, notatur, א״ב תְּאוֹמִים בְּפָסוּק, *Eſt Alphabethum vocum gemellarum in uno verſu*, veluti אָכוֹל אֱכוֹל Ezech. 3.1. & hujuſmadi plures ex litera א. Item, בֶּאֱרוֹת בֶּאֱרוֹת *Putei, Putei*, Geneſ. 14.10: גֵּבִים גֵּבִים *Foſſæ, foſſæ*, 2. Reg. 3.16, Harum vocum gemellarum centum & quinq; in unum Alphabethum collectæ ſunt, quæ dicto loco recenſentur. Sunt etiam tres verſus, in quibus ſunt ter geminæ, id eſt, tres voces continuò repetitæ, unde Ezech. 21.31, ad עַוָּה עַוָּה עַוָּה in Maſora parva notatur, ג׳ מִן תְּלָת מִלִּין מְתָאֳמָן *Tres verſus ſunt ex tribus vocibus gemellatis*, id eſt,

ter repetitis. Alter verſus eſt אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ Jer. 22. 29, ubi Maſora magna notat, ג׳ פְּסוּקִים מְשֻׁלָּשִׁים בְּקְרִיאָה׃ *Tres verſus triplicati ſunt in Scriptura*, id eſt, ex triplicatis vocibus conſtantes. Tertius, קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ Jeſa. 6. 3. ubi Maſora parva notat, ד׳ פְּסוּקִים דָּמְיָן *Quatuor verſus ſimiles ſunt*. Nempe quartum hîc intelligit הֵיכַל יְהוָה הֵיכַל יְהוָה הֵיכַל יְהוָה׃ Templum Domini, & cæt. Jer. 7. 4.

תּוֹרַת כֹּהֲנִים

Lex Sacerdotum. Sic vocatur in Maſora Liber Levitici, quia Sacerdotibus leges præſcribit officii ſacerdotalis.

תֵּיבָה

Dictio Vox, Vocabulum: pluraliter תֵּיבוֹת & תֵּיבָן. Vox Rabbinica & Grammatica, unde רָאשֵׁי תֵּיבוֹת *Capita dictionum*, quomodo *Abbreviaturas* vocant, quòd ex capitalibus ſive initialibus plurium vocum literis colligantur: סוֹפֵי תֵּיבוֹת *Fines dictionum*. מִלָּה idem eſt, unde pluraliter מִלִּין. Elias vult, apud priſcos Hebræos diſtinctionem fuiſſe inter hæc duo vocabula, & מִלָּה propriè fuiſſe Vocabulum ore prolatum, à מִלֵּל *Loqui*, & תֵּיבָה Vocabulum ſcriptum. At in Maſora hæc confunduntur, & Maſorethis quinam fuerunt antiquiores Grammatici? omnino hîc מִלִּין & תֵּיבִין ſynonima ſunt. Geneſ. 27. 3, ad צֵידָה notatur in Maſora parva, חַד מִן כ״א תֵּיבִין *Eſt unum ex 21. vocibus, quæ ſcribuntur per* ה׳ *in fine & non leguntur*, pro quo in Maſora finali legitur מִלִּין. Frequentiſſimè etiam in Maſora dicitur תֵּיבוּתָא, unde בְּרֵישׁ תֵּיבוּתָא *In principio dictionis*, בְּסוֹף תֵּיבוּתָא׃ *In fine dictionis*, בְּמִצְעוּת תֵּיבוּתָא *In medio dictionis*. Pluralitèr dicunt תֵּיבוּתָן contra omnem analogiam, ut מִן תַּרְתֵּין תֵּיבוּתָן *Ex duabus vocibus*.

תְּרֵיסַר

Duodecim. Vocabulum Chaldaicum, compoſitum & contra-

contractum, ex תְּרֵין ſive תְּרֵי *Duo* & עֲסַר *Decem*, unde & diviſim dicitur תְּרֵי עֲסַר. Sic in Maſora ellipticè vocantur, *Duodecim Prophetæ minores*, qui unum in librum redacti ſunt, ne particulatim perderentur. Sic 1. Reg. 3. v. 15, in Maſora parva ad דָּוִיד notatur, ה' מְלֵאִים וְכָל ד"ה ותְּרֵיסַר וְעֶזְרָא דִּכְוָ׳: *Quinq; ſunt plena, & totus Chronicorum liber, & duodecim prophetæ, & Eſra ſimiles ipſis ſunt*; id eſt, in illis quoque דָּוִיד plenè cum ׳ ſcribitur.

Atque hæ ſunt præcipuæ voces Maſorethicæ, in quarum obſcuriore ſenſu, Lector inexercitatus facilè impingere & hærere poſſet: eas ſi probè hinc perceperit, inoffenſo pede tutus in Maſoræ lectione procedet. Si quæ aliæ præterea occurrerint, ex communi Chaldaicæ linguæ uſu petitæ, eæ ex Lexicis Chaldaicis cognoſcendæ erunt.

CAPUT XIII.

Interpretatio Maſoræ parvæ ſuper primum Caput Geneſeos.

UT certior ſit ratio, utramque Maſoram legendi & intelligendi, & præcedentis doctrinæ in Clavi Maſoræ propoſitæ, habeatur praxis aliqua, aut praxeos exercendæ exemplum, nunc majoris commodi & facilioris uſus causâ, interpretationis ſpecimen breve proponemus, & primùm in Maſora parva, quæ lateri textus appoſita eſt.

Verſ. 1. (בָּרָא אֱלֹהִים) ג׳ *Tria ſunt*, id eſt, ter hæ duæ voces conjunctim in Scriptura leguntur, quorum loca in appoſita hîc Maſora magna adducuntur. Circulus ad medium harum vocum poſitus, indicat, Notam Maſorethicam ad utramque vocem pertinere, & ſic ſemper. Quando Notæ plures juxta unam lineam ſunt, tum

Digitized by Google

tot quoque circuli ſuper textum iis reſpondent, & Nota prima ad circulum primum ſecunda ad ſecundum, & ſic deinceps referuntur. At circuli plures in medio vocum continuò poſiti, unius vicem obeunt, ac proinde unicâ Notâ contenti ſunt, ut in mox ſequenti exemplo ג' (אֶת° הַשָּׁמַיִם° וְאֵת° הָאָרֶץ *Tria ſunt.* De hac Maſora vide Caſtigationes noſtras. (הָאָרֶץ נ' סוֹף פָּסוּק *Tria ſunt finis verſus*, ſive Ter hæc vox in fine verſus legitur. Loca adducuntur hîc in Maſora magna.

Verſ.2. ח' ראש פָּסוּק (וְהָאָרֶץ *Octo ſunt initium verſus.* Hæc in Maſora magna hoc loco adducuntur (תֹהוּ וָבֹהוּ ב' דִּסְמִיכִין *Duo ſic conjuncta ſunt*, ſive bis hæc conjunctim leguntur. Loca ſunt hîc in Maſora magna. ב' (וְחֹשֶׁךְ *Duo ſunt*, ſive bis in Scriptura extat. Circulus debet ſupra mediam vocem deſcribi: nam ad ſolam hãc Nota pertinet, ut patet hîc ex maſora magna, in qua duo loca adducuntur. ב' (פְּנֵי תְהוֹם *Duo ſunt.* ח' וְרוּחַ אֱלֹהִים *Octo ſunt.* Loca horum in Maſora magna remittuntur ad Maſoram finalem. Ubi autem illic reperiantur, docemus capite ſequenti.

Verſ.3. כ"ה (וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים *Viginti quinq; ſunt*, ſive Viginti quinque locis hæc conjunctim in Scriptura leguntur. Hæc niſi Maſora notaret, quis non crederet impendio ſæpiùs hanc locutionem in Scriptura inveniri?

Verſ.4. ט' בַּתּוֹרָה (וַיַּרְא אֱלֹהִים *Novem ſunt in Lege.* (וַיַּבְדֵּל *Tria ſunt.*

Verſ.5. ז' וְסִימָן צְוַח סַמְיָא וּסְבַר לְמִפַּק בְּלֵילְיָא וְקָם (לָאוֹר בְּצַפְרָא׃ *Septies extat, quorum ſymbolum, Clamavit cæcus, & exſpectavit exire noctu, & ſurrexit manè.* Hoc ſymbolum Chaldaicè propoſitum, continet ſeptem voces, quæ ſeptem loca biblica, in quibus לָאוֹר legitur, referunt. Nempe צְוַח refert primum hunc locum, in quo extat וַיִּקְרָא, quod Verbum ſæpè etiam *Clamare* ſignificat, ut

Digitized by Google

cat, ut Chaldæis צְוַח. סַמְיָא *Cæcus*, refert locum, *Et deduxi* עִוְרִים *cæcos per viam*, Jeſa. 42. 16. Qui Hebraicè dicitur עִוֵּר, Chaldaicè vocatur סַמֵּי, unde emphaticè סַמְיָא vel סַמְיָא *Cæcus*. וְסַבַּר *Et exſpectavit*, notat locum, נְקַוֶּה לָאוֹר *Exſpectamus lucem*, Jeſa. 59. 9. לְמִפַּק *Exire*, deſignat locum, יוֹצִיאֵנִי לָאוֹר *Exire facit me in lucem*, Mich. 7. 9. Pro hoc Verbo in Chaldæo eſt יַפְּקִנַּנִי, quo eodem Maſora utitur. Radix eſt נְפַק, quod in Targum pro Hebræo יָצָא uſurpatur. בְּלֵילְיָא *Noctu*, refert locum, *Revelans profunda*, מִנִּי־חֹשֶׁךְ *è tenebris*, Job. 12. 22. Ad hunc locum deſignandum, meliùs conveniret in ſymbolo בַּחֲשׁוֹכָא, quâ Targum hîc utitur. וְקָם *Et ſurgit*, notat locum, לָאוֹר יָקוּם רוֹצֵחַ *Ad lucem ſurgit latro*, Job. 24. 14. בְּצַפְרָא *Manè*, refert locum, בַּבֹּקֶר *Unoquoque mane profert in lucem judicium ſuum*, Soph. 3. 5. Sic de ſimilibus Symbolis judicandum.

Verſ. 6. (וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים) ג׳ בְּטַעַם *Tria ſunt cum accentu iſto*. nempe Sakephkaton, ut in Maſora magna hîc expreſsè dicitur. (וִיהִי) ל״ב *Triginta duo ſunt*, ſive triginta duobus locis invenitur. (לַמָּיִם) לֵית רָפֵי Non extat ampliùs lene. Litera ל ſupernè punctata, hoc modo ſemper legenda eſt. Lene, id eſt, non ſequente Dages poſt ל, qualis eſt forma לַמַּיִם quæ idcirco vocatur *Dageſſata*. Vide ſuprà in Clavi, cap. 12. ad vocem רָפֶה.

Verſ. 7. (וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים) ד׳ *Quater extant*, nempe ſic conjuncta. (וַיְהִי־כֵן) ז׳ *Septies extant*. Varii hîc ſunt libri. Vide Caſtigationes noſtras in Maſoram finalem ad fol. 23.

Verſ. 8. (יוֹם שֵׁנִי) ל׳ דְסָמִיכִין *Non inveniuntur ampliùs conjuncta*.

Verſ. 9. (אֶל־מָקוֹם) ט׳ *Novem ſunt*. (וְתֵרָאֶה) ל׳ רָפֵי *Non extat ampliùs lene*, id eſt, cum Scheva ſub ו, ad differentiam formæ וַתֵּרָאֶה. Vide Clavem cap. 12. ad רָפֶה.

Verſ. 10. (לַיַּבָּשָׁה) לֵ וְחַד לְ *Non invenitur ſæpiùs cum*

Digitized by Google

Pathach ſub ל, *& unum eſt cum Scheva ſub* ל. Illud legitur Pſal. 66. 6, הָפַךְ יָם לְיַבָּשָׁה *Convertit mare in aridam*, ubi viciſſim Maſora notat, non reperiri ampliùs cum Scheva. (יַמִּים) ט״ו *Quindecim ſunt.* Abeſt hæc Nota ex editione prima, & rectè, quia falſa eſt. Vide Caſtigationes noſtras ad hunc locum.

Verſ. 11. (תַּדְשֵׁא) ל׳ בְּמֶתֶג *Non extat ampliùs, & eſt cum Meteg.* Sed neque abſque Meteg ulteriùs invenitur, quo uſu aliàs ו copulam Maſora interponere ſolet veluti hoc loco, ל׳ וּמֶתֶג *Non extat ampliùs & habet Meteg*, qui hujus loci ſenſus eſt. (עֵץ פְּרִי) ב׳ *Bis extant.* Loca adducuntur in Maſora finali, in litera ע in ordine עץ. Alter autem locus extat Pſalm. 148. 9. (עֹשֶׂה פְּרִי) ב׳ *Bis extant.* (לְמִינוֹ) ד׳ *Quater invenitur*, ſcil. in Lege, quod Maſora magna hîc addit.

Verſ. 12. (וַתּוֹצֵא) ג׳ ב׳ מְלֵאִים וְאֶחָד חָסֵר *Tria ſunt quorum duo plena* (cum ו) *& unū defectivum*, (ſine ו.) (לְמִינֵהוּ) י״ד *Quatuordecim ſunt.* (וַיַּרְא אֱלֹהִים) ט׳ בְּתוֹרָה *Novies extant in Lege.* Eadem Maſora & ſuprà fuit verſ. 4.

Verſ. 14. (מְאֹרֹת) ב׳ חֲסֵרִים דַּחֲסֵרִים *Duo ſunt omnino defectiva.* De hac locutione vide Clavem cap. 7. (לְהַבְדִּיל) ב׳ בְּטַעַם *Duo ſunt cum iſto accentu*, nempe Sakephgadol, quem hîc habet. (לְאֹתֹת) ל׳ חָסֵר בְּתוֹרָה *Non extat ampliùs defectivè in Lege.* (וּלְמוֹעֲדִים) ב׳ *Bis extat.* Plenior hîc eſt Maſora magna, quæ duo hæc diſtinguit.

Verſ 16. (הַמְּאֹרֹת) ב׳ חֲסֵרִים *Duo ſunt defectiva.* Alterum fuit paulò antè verſu 14, ſed ſine ה ab initio. (הַגְּדֹלִים) אֶת הַמָּאוֹר ל׳ חָסֵר בְּתוֹרָה *Non extat ampliùs defectivū in Lege.* (וְאֶת הַמָּאוֹר) ל׳ ואת המאור ל׳ ; את המאור id eſt, neutra hæc locutio ampliùs invenitur. (לְמֶמְשֶׁלֶת) ג׳ *Ter occurrit.* Loca hîc adducuntur in Maſora magna.

Verſ. 18. (וְלִמְשֹׁל) ל׳ חָסֵר *Non extat amplius defectivum.* (וּבַלַּיְלָה) ה׳ *Quinquies extat*,

ב' (יְעוֹפֵף) *Duo ſunt.* Alter locus extat, Jeſa. 6. 2.

Verſ. 21. ג' חֲסֵרִים י' תְּנִינָא (הַתַּנִּינִם) *Tria defectiva ſunt* ' *ſecundo.* Quilibet ſcriba aut librarius illud ' in ſcribendo addere potuiſſet, niſi Maſora hæc moneret, ſic authenticè ſine ' in libris eſſe, ideoque ſic relinquendum. ג' חֲסֵרִים (הָרֹמֶשֶׂת) *Tria ſunt defectiva*, abſq; ו ſub Cholem. ל' (שָׁרְצוּ) *Non reperitur amplius.* ל' (לְמִינֵהֶם) *Non extat amplius.* ב' (עֹף) *Duo ſunt.* Abeſt hæc nota ex editione prima ex Maſora finali. Adjecta eſt ab authoribus editionis Venetæ ſecundæ. Intelligitur autem de forma defectiva, quæ eſt abſque ו: nam עוֹף plurima reperiuntur. Alterum defectivum hactenus non obſervavimus, unde ſuſpicio, Notam pertinere ad עֹף כָּנָף conjunctim. Id enim adhuc ſemel legitur Pſal. 78. 27.

Verſ. 22. ד' (פְּרוּ וּרְבוּ) *Quater extant.* Abeſt & hæc Nota ex editione prima, & ex Maſora finali. Nos iſta adducimus in Caſtigationibus noſtris in Maſoram finalem, ad fol. 45. col. 4. ubi vide. ג' (וּמִלְאוּ) *Ter invenitur.* Abeſt & hæc Nota ex editione prima, & ex Maſora finali. Vide rurſus Caſtigationes noſtras in Maſoram finalem ad fol. 45. col. 4. ה' דְּגוּשִׁים (בַּיַּמִּים) *Quinq; ſunt dageſſata*, ſcil. poſt ב, ſive cum Pathach ſub ב ſequente Dages. Vide Clavem cap. 5. ג' (יְעוֹפֵף) *Ter extat*, ſcilicet in Lege, ut hîc Maſora magna plenè loquitur. ב' (יִרֶב) *Bis extat.*

Verſ. 24. חַד מִן ס"ג חַד לִישָּׁן וְכָל חַד וְחַד ל' דִּכְוָתֵי' (תּוֹצֵא) *Eſt una ex 63. vocibus unius Radicis* יצא, *quarum nulla aliam ſibi habet ſimilem*, id eſt, quarum nulla alibi ſæpius legitur. Hæ recenſentur in Maſora finali in litera ', in Radice יצא.

Verſ. 25. י' דִּסְמִיכִין (חַיַּת הָאָרֶץ) *Decem ſunt conjuncta.* De hac Maſora vide Caſtigationes noſtras ad Maſorã finalem, ad fol. 11. col. 3.

Verſ. 26. ל' (בְּצַלְמֵנוּ) *Non extat amplius.* ג' (וּבְעוֹף) *Ter*

extat

extat. Alter locus eſt verſ.28, hujus capitis, tertius Hoſ. 4.v.3, ubi Maſora magna textualis hæc loca adducit. וּבְכָל) ח פְּסוּקִים וּבְכָל וּבְכָל וּבְכָל Quinque verſus ſunt in quibus bis reperitur וּבְכָל. Hi verſus adducuntur in Maſora magna textuali, Eſth.8.17.

Verſ. 27. בְּצַלְמוֹ) ל׳ *Non extat amplius.* בְּצֶלֶם) ג׳ *Tria ſunt*. Loca hîc in Maſora magna afferuntur.

Verſ.28. וַיֹּאמֶר לָהֶם) כ״ב *Viginti duo ſunt*. Loca recenſentur in Maſora finali, in litera א, in אמר. וְכִבְשֻׁהָ) ל׳ חָסֵר *Non extat amplius defectivum*, nempe ſine ו poſt ש, debebat enim plenè ſcribi וּרְדוּ. וְכִבְשׁוּהָ) ב׳ *Bis extat*. Maſora magna hîc addit, בִּתְרֵי לִשְׁנֵי, *in duplici ſignificatione*: vide ibi. וּבְעוֹף) ג׳ *Tria ſunt*. Sic antè verſ.26.

Ver.29. עַל פְּנֵי כָל הָאָרֶץ) י״א *Undecim ſunt*. Hæc maſora abeſt ex editione prima, & nullibi ſæpiùs reperitur. Vide ea in Caſtigationibus noſtris in Maſoram finalem, ad fol.11.col.2.

Verſ.30. וּלְכָל) ד׳ ראש פָּסוּק *Quater eſt initium verſus*. רוֹמֵשׂ) חַיַּת הָאָרֶץ) י׳ *Decem ſunt*. Vide paulò antè verſ.25. מְלֵאִים ב׳ *Duo ſunt plena*. Horum nulla alibi in tota Maſora fit mentio. Alterum extat Gen.8.19.

Verſ. 31. טוֹב מְאֹד) ב׳ *Bis extant*. Abeſt ex editione prima, nec ulla ejus in Maſora ampliùs fit mentio. Quærant Hebræi locum alterum. יוֹם הַשִּׁשִּׁי) ל׳ *Non extat ampliùs*.

Atque hæc ſpeciminis loco ad interpretationem Maſoræ parvæ adduxiſſe ſufficiat, ex quibus facilis patebit aditus ad reliqua ſimiliter legenda & intelligenda. Patet autem ex his, interdum Maſoram parvam habere, quæ Maſora magna non habet. Id fit duplici ratione: primò, quod ea alio in loco Maſoræ magnæ textualis adducantur, aut in Maſora magna finali: deinde quòd ex aliis probatis libris Maſoræ, Notæ quædam

Digitized by Google

dam hic fuerint vel ſervatæ, vel denuò adjectæ (ut ſecundæ editionis Venetæ authores quandoq; feciſſe videntur) de quibus poſtea minùs cautè cogitatum fuit, an earum vel commemoratio vel confirmatio in Maſora magna fiat. Certè nihil debuiſſet ibi poni, cujus fides non proſtaret in Maſora magna, quæ ſuæ Traditionis probationem vel ſtatim affert, vel in alium locum remittit. Nos ergo quorundam probationes novas hac occaſione Caſtigationibus noſtris inſeruimus, ut de aliis ſimilibus ſimile fiat judicium, & manuſcripti Maſoræ libri de talibus in poſterum conſulantur. Ad hujus Maſoræ parvæ majorem fidem, nunc quoque Maſoræ magnæ textualis ſimile interpretationis ſpecimen in idem hoc Caput primum afferemus.

CAPUT XIV.

Interpretatio Maſoræ magnæ ſuper Caput primum Geneſeos.

VERS. I. בְּרֵאשִׁית ה׳ ג׳ מִנְהוֹן ר״פ וב׳ בְּמִצְעוּרת וְסִימָנֵיהוֹן (בְּרֵאשִׁית *Quinq; ſunt, tria ex illis initium verſus, & duo in medio verſus, quorum loca,* בְּרֵאשִׁית בָּרָא In principio creavit, Gen. I. 1, בְּרֵאשִׁית מַמְלְכוּת יְהוֹיָקִים In principio regni Jehojakim, Jer. 26. 1. בְּרֵאשִׁית מַמְלֶכֶת יְהוֹיָקִים In principio regni Jejojakim, Jer. 26. 25. בְּרֵאשִׁית מַמְלֶכֶת צִדְקִיָּה In principio regni Tzidkiæ, Jer. 28. 1. בְּרֵאשִׁית מַלְכוּת צִדְקִיָּה In principio regni Tzidkiæ, Jerem. 49. 34. Vox textus communiter Maſoræ præmitti ſolet, quam nos hîc ſeparatim ponimus, ut videatur diſtinctio. Duorum numerorum & abbreviaturæ ratio, in principio Clavis explicata. Vox וסי׳ quando de pluribus uſurpatur, hoc modo ſemper legenda eſt. Porrò duo poſteriora loca ſunt, in quibus vox בראשית in medio verſu occurrit.

Digitized by Google

Hæc autem Maſora duobus punctis à ſequenti diſtinguitur, & ſic ſemper fit. ג׳) בָּרָא אֱלֹהִים *Tria ſunt*, id eſt, ter conjunctim hæc leguntur quorum loca, בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים In principio creavit Deus, Geneſ. 1. 1. אֲשֶׁר בָּרָא אֱלֹהִים לַעֲשׂוֹת Quod creaverat Deus faciendo, Geneſ. 2. v. 3. לְמִן הַיּוֹם אֲשֶׁר בָּרָא A' die quo creavit Deus, Deut. 4. 32. Subjicit Maſora, וְאִנּוּן בְּאוֹרַיְתָא *Et iſta ſunt in Lege.* Hæc diverſitate linguæ & ſenſus facilè diſtinguuntur à prioribus locis biblicis. Aliâs ſolet Maſora tale quid primo numero ſtatim ſubjicere. ג׳ ס״פ) הָאָרֶץ וּבָתְרֵיהוֹן וְהָאָרֶץ׃ *Tria ſunt, finis verſus, & poſt ea ſtatim eſt* והארץ. nempe in principio ſequentis verſus, quorum loca, בְּרֵאשִׁית בָּרָא In principio creavit, Geneſ. 1. 1. poſt quem verſum eſt, וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ Et terra erat inanis, verſ. 2. אָבְלָה נָבְלָה הָאָרֶץ Lugebit, emarceſcet terra, Jeſa. 24. v. 4, poſtea, וְהָאָרֶץ חָנְפָה Et terra contaminata eſt, verſ. 5. וְהֵם יַעֲנוּ אֶת הָאָרֶץ Ipſa autem exaudient terram, Hoſ. 2. 23, poſtea, וְהָאָרֶץ תַּעֲנֶה Et terra exaudiet, verſ. 24.

Verſ. 2. ח׳ רָאשֵׁי פְסוּקִים וסי׳) וְהָאָרֶץ *Octo ſunt initia verſuum*, id eſt, octies hæc vox verſum inchoat, quorum loca, וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ Et terra erat inanis & vacua, Geneſ. 1. 2, וְהָאָרֶץ לֹא תִמָּכֵר Et terra non vendetur, Levit. 25. 23. וְהָאָרֶץ תֵּעָזֵב מֵהֶם Et terra deſeretur ab illis, Lev. 26. v. 43. וְהָאָרֶץ אֲשֶׁר אַתֶּם עֹבְרִים Et terra per quam vos tranſitis, Deut. 11. 11, וְהָאָרֶץ חָנְפָה Et terra contaminata eſt, Jeſa. 24. 5. וְהָאָרֶץ הַגִּבְלִי וְכָל הַלְּבָנוֹן Et terra Giblæa & totus Libanon, Joſ. 13. 5. וְהָאָרֶץ הַנְּשַׁמָּה תֵּעָבֵד Et terra deſolata coletur, Ezech. 36. v. 34. וְהָאָרֶץ תַּעֲנֶה Et terra exaudiet, Hoſ. 2. 24. ב׳ דְּסָמִיכֵי וסי׳) תֹהוּ וָבֹהוּ *Duo ſunt conjuncta, quorum loca*, וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ Et terra erat inanis & vacua, Geneſ. 2. 2. רָאִיתִי אֶת הָאָרֶץ Vidi terram, Jer. 4. 23. ב׳) וְחֹשֶׁךְ *Duo ſunt quorum loca.* וְחֹשֶׁךְ עַל פְּנֵי תְהוֹם Et tenebræ erant ſuper abyſſum, Geneſ. 1. 2. וְחֹשֶׁךְ אֵי זֶה מְקֹמוֹ׃ Et tenebræ, quiſnam locus earum, Job. 38. 19.

פני

(פני תהום ב' וסי' *Bis occurrit, quorum loca,* בחקו חוג על פני תהום: Cum deſcriberet circulum in ſuperficie abyſſi, Prov.8.v.24. ודין *Et hic verſus*, nempe hujus textus, וא' *Et unum eſt*, ſcilicet cum ו ab initio, ופני תהום יתלכדו Quum ſuperficies terræ conſtringuntur, Job.38.v.30. Hęc Maſora prima & tertia editione veneta planè mendoſa & falſa eſt. (ורוח אלהים ח' בלשנא וסי' כו' במסרה רבתא *Octo ſunt in hac locutione, quorum loca, & cat. ſunt in Maſora magna.* Vox *Beliſchna* ſemper notat ejuſdem locutionis ſive vocis diverſam formam, ut hoc loco non tantùm de ורוח intelligitur, ſed quòq; de רוח ſine præfixo ו. Vide Clavem cap.8. Cùm remiſſio fit ad Maſoram magnam, ſemper intelliges Finalem. Traduntur autem ibi loca in ordine אל inter voces אלהים.

Verſ.3. (ויאמר אלהים כ"ה וסי' כו' במס' רבת *Viginti quinque ſunt, quorum loca & cat. extant in Maſora magna.* Extant ibi in litera א inter voces אלהים.

Verſ.4. (וירא אלהים ט' בתורה *Novem extant in Lege, quorum loca extant in Maſora magna.* nempe inter voces nominis, אלהים in litera א'. (ויבדל ג' וסי' כו' *Tria ſunt, quorum loca extant in Maſora magna*, nempe in litera ב in ordine בדל.

Verſ.5. (לאור ז' קמצין וסי' *Septem ſunt cum Kametz, quorum loca*, ויקרא אלהים לאור יום Et vocavit Deus lucem, diem; Geneſ.1.5. והולכתי עורים בדרך Et deduxi cæcos in via, Jeſa.42.16. יהוה צדיק בקרבה Dominus juſtus in ea, Soph.3.5 על כן רחק משפט Idcirco elongatum eſt judicium, Jeſa.59.9. זעף יהוה אשא Indignationem Domini portabo, Mich.7.9. לאור יקום רוצח Ad lucem ſurget latro, Job.24.v.4. מגלה עמוקות מני חשך Revelans profunda ex tenebris, Job.12.22.

Verſ.6. (ויאמר אלהים ג' בטעם זקף *Tria ſunt cum accentu Sakeph, quorum loca*, ויאמר אלהים יהי רקיע Et dixit Deus, ſit, expanſum, Geneſ.1.6. ויאמר אלהים ישרצו המים Et di-

xit Deus, reptilia producant aquæ, Geneſ. 1.20. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים נַעֲשֶׂה אָדָם Et dixit Deus, faciamus hominem, Geneſ. 1.26. (וַיְהִי) ל״ב וסי׳ כו׳ *Triginta duo ſunt, quorum loca & cat. in Maſora magna* Nempe in litera ה׳ in ordine הירה, ubi addit Maſora רָפִין *Lenia*, id eſt, ſine Dages poſt literam י, quale eſt aut eſſe debet in forma וַיְהִי.

Verſ. 7. (וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים) ד׳ וסי׳ כו׳ *Quatuor ſunt, quorum loca in Maſora magna.* nempe in litera א׳, inter voces nominis אלהים. (וַיְהִי כֵן) ח׳ בְּסֵפֶר בְּרֵאשִׁית וסי׳ כו׳ *Octo ſunt in libro Geneſeos, quorum loca in Maſora magna.* Scilicet in litera ה׳ in ordine הירה. Vide de hac Maſora Caſtigationes noſtras ad hunc locum.

Verſ. 9. (אֶל מָקוֹם) ט׳ וסי׳ כו׳ *Novem ſunt, quorum loca in Maſora magna.* nempe in litera א׳, in ordine אל. Vide ibi Caſtigationes noſtras ad fol. 6. col. 7.

Verſ. 11. (עֹשֶׂה פְּרִי) ב׳ וסי׳ *Duo ſunt, quorum loca,* וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים תַּדְשֵׁא הָאָרֶץ Et dixit Deus, herbam producat terra, Geneſ. 1.11. וַתּוֹצֵא הָאָרֶץ Et produxit terra, Gen. 1.12, (לְמִינוֹ) ד׳ בְּאוֹרַיְתָא וסי׳ *Quatuor extant in Lege, quorum loca,* תַּדְשֵׁא הָאָרֶץ Herbam producat terra, Geneſ. 1. v. 11. אֶת כָּל עֹרֵב לְמִינוֹ (ſic hoc loco in Maſora legendum) Omnem corvum juxta ſpeciem ſuam, Levit. 11. v. 15. וַחֲבֵרוֹ דְּמִשְׁנֵה תוֹרָה *& ſocius ejus in Repetitione Legis*, id eſt, Deuteronomio, nempe cap. 14. 14, niſi quod hîc ſit וְאֶת. אֶת הָאַרְבֶּה לְמִינוֹ Locuſtam juxta ſpeciem ſuam, Levit. 11. 22.

Verſ. 12. (וַתּוֹצֵא) ג׳ ב׳ מְלֵאִים וְאֶחָד חָסֵר *Tria ſunt, quorum duo plena & unum defectivum eſt, quorum loca,* וַתּוֹצֵא הָאָרֶץ דֶּשֶׁא: Et produxit terra herbam, Geneſ. 1. v. 12, וַתֹּצֵא אֶת עַמְּךָ אֶת יִשְׂרָאֵל Et eduxiſti populum tuum Iſrael, Jerem. 32.21. וַתּוֹצֵא וַתִּתֶּן לָהּ אֲשֶׁר הוֹתִרָה מִשָּׂבְעָהּ Et produxit deditque ei quod reliquum fecerat ex ſeptem, Ruth. 2. v. 18. Horum unum extat in Lege, alterum in Prophe-

Prophetis,tertium in Hagiographis, quod deſignat, ab-
breviatura אנ״ך quam vide in Clavi cap. 3. Vide etiam
Caſtigationes noſtras ad hunc verſum. י״ד סי׳ כו׳ (לְמִינֵהוּ
Quatuordecim ſunt, quorum loca in Maſora magna. nempe
in litera מ in ordine מין.

Verſ. 14. לְהַבְדִּיל (ב׳ בְּטַעַם וסי׳ *Duo ſunt cū hoc accentu,*
quorum loca, לְהַבְדִּיל בֵּין הַיּוֹם וּבֵין הַלָּיְלָה Ad diſtinguen-
dum inter diem & inter noctem, Gen. 1. 14. לְהַבְדִּיל בֵּין
הַטָּמֵא וּבֵין הַטָּהוֹר Ad diſtinguendum inter immundum
& inter mundum, Levit. 11. 47. (וּלְמוֹעֲדִים ב׳ חַד חָסֵר וְחַד
מָלֵא וסי׳ *Duo ſunt unum defectivum & alterum plenum,*
quorum loca, וְהָיוּ לְאֹתֹת וּלְמוֹעֲדִים Et erunt in ſigna & ſo-
lennia tempora, Gen. 1. 14. כֹּה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת צוֹם הָרְבִיעִי
Sic ait Dominus exercituum, jejunium quartum, Zach.
8. 19. Sequitur in Maſora, וא׳ *Et unum,* עָשָׂה יָרֵחַ לְמוֹעֲדִים
Fecit lunam in ſolennitates, Pſal. 104. 19. Hoc per de-
fectum literæ ו ab initio differt à præcedenti.

Verſ. 16. הַמְּאוֹרֹת (ב׳ חֲסֵרִים בַּחֲסֵרִים וסי׳ *Duo ſunt omni-*
no defectiva, quorum loca, וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי מְאֹרֹת Et dixit
Deus, ſint luminaria, Gen. 1. 14. וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת שְׁנֵי הַמְּאֹרֹת
Et fecit Deus duo luminaria, Geneſ. 1. 16. De phraſi
Maſoræ vide clavem, cap. 7. לְמֶמְשֶׁלֶת (ג׳ וסי׳ *Tria ſunt,*
quorum loca, הַמְּאֹרֹת הַגְּדֹלִים Luminaria magna, hoc ver-
ſu, in quo bis occurrit, quod deſignatur per ב׳ בְּפָסוּק.
tertius, וְאֶת הַשֶּׁמֶשׁ לְמֶמְשֶׁלֶת Et lunam in dominiū diei,
Pſal. 136. 8.

Verſ. 18. וּבַלַּיְלָה (ה׳ וסי׳ כו׳ *Quinq. ſunt, & loca ipſorum*
extant in Maſora magna. nempe in litera ל. in ordine ליל.
etſi ibi non traduntur, ſed remiſſio fit inde ad Ecclef. 8.
ad cujus capitis finem loca recenſentur.

Verſ. 20. יְעוֹפֵף (ב׳ וסי׳ *Duo ſunt quorum loca,* וְעוֹף יְעוֹפֵף
עַל הָאָרֶץ Et avem volantem ſuper terram, Geneſ. 1. 20.
וּבִשְׁתַּיִם יְעוֹפֵף Et duabus volabit, Jeſa. 6. 2.

Verſ. 21. הַתַּנִּינִם (ג׳ חֲסֵרִים י׳ תַּנִּין *Tria ſunt defectiva* י

poſteriori, quorum loca, וַיִּבְרָא אֱלֹהִים Et creavit Deus, Geneſ. 1. 21. וַיַּשְׁלִיכוּ אִישׁ מַטֵּהוּ Et projecerunt ſinguli virgam ſuam, Exod. 7. 12. חֲמַת תַּנִּינִם Venenum Draconum, Deut. 32. 33.

Verſ. 22. ח' דְגוּשִׁים וסי' (בַּיַּמִּים *Quinq. ſunt dageſſata, quorum loca,* וּמִלְאוּ אֶת הַמַּיִם בַּיַּמִּים וְהָעוֹף Et implete aquas per maria, & volucres, Geneſ. 1. 22. אֶת זֶה תֹּאכְלוּ מִכֹּל אֲשֶׁר בַּמָּיִם Illud comedetis ex omnibus quæ ſunt in aquis, Lev. 11. 19. כֹּל אֲשֶׁר לוֹ Cuicunque ſunt primæ, Lev. 11. verſ. 9. וְכֹל אֲשֶׁר אֵין לוֹ Et cuicunque non ſunt primæ, verſ. 10. כֹּל אֲשֶׁר חָפֵץ יְהוָה עָשָׂה בַּשָּׁמַיִם Quicquid vult Dominus facit in cœlis, Pſal. 135. 6. Dages hîc intellige de Dages primo poſt literam ב, cujus forma oppoſita dicitur Raphe. Adducuntur etiam loca in Ezechiele, cap. 32. in principio. ג' בְּאוֹרַיְתָא וסי' (וְהָעוֹף *Ter occurrit in Lege, quorum loca,* וַיְבָרֶךְ אֹתָם אֱלֹהִים לֵאמֹר פְּרוּ Et benedixit ipſis Deus, dicens, Fructificate, Geneſ. 1. 22. וְהָעוֹף אֹכֵל אֹתָם מִן הַסַּל Et volucres comedebant ea ex caniſtro, Geneſ. 49. 17. זֹאת תּוֹרַת הַבְּהֵמָה וְהָעוֹף Et hæc eſt lex de beſtia & volatili, Lev. 11. 46. Addit Maſora, אִלֵּין אִנּוּן כֵּן *Hæc ita ſunt,* quæ confirmationis cujuſdam loco ſunt. Adducuntur etiam eadem hæc loca in Maſora finali in litera ע, in ordine עוף. ב' וסי' (יִרֶב *Duo ſunt quorum loca,* וְהָעוֹף יִרֶב בָּאָרֶץ Et volatile multiplicetur in terra, Gen. 1. v. 22. יִרֶב הַמַּשָּׂא Multiplicatum fuit onus, 2. Par. 24. 27. Addit Maſora, וְחַד *Et unum* וַיִּרֶב הָעָם וַיַּעַצְמוּ Et multiplicatus fuit populus & roboratus valdè, Exod. 1. 20. Hoc per additum ו ab initio differt à duobus præcedentibus.

Verſ. 26. י"ג יְחִידָאִין וסי' כו' בְּמָסֹרָה רַבְּתָא (וּבְכָל *Tredecim ſunt ſolitaria, quorum loca & cæt. extant in Maſora magna.* Per *Solitaria* intellige, quæ ante ſe eodem verſu non habent בְּכָל. Vide Clavem cap. 8. Extant autem in Maſora magna in litera כ, in ordine כל.

Verſ. 27. ג' וסי' (בְּצַלְמוֹ *Tria ſunt quorum loca,* וַיִּבְרָא אלהים

אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם *Et creavit Deus hominem*, Geneſ. 1.27. כִּי בְּצֶלֶם אֱלֹהִים *Nam in imagine Dei*, Gen. 9.6. אַךְ בְּצֶלֶם יִתְהַלֶּךְ אִישׁ Certè per imaginem præterit vir, Pſal. 39.7.

Verſ. 28. וּרְדוּ) ב׳ בְּתְרֵי לִשְׁנֵי וסי׳ *Duo ſunt in duplici ſignificatione, quorū loca*, וּרְדוּ בִּדְגַת הַיָּם *Et dominamini in piſces maris*, Gen. 1.28. וּרְדוּ גַת פְּלִשְׁתִּים Et deſcendite ad Gath Philiſtæorum, Amos 6. v. 2. Illud eſt à רָדָה, hocà יָרַד.

Verſ. 30. וּלְכָל) ד׳ ר״פ וסי׳ כו׳ בְּמָסֹרָה רַבְּתָא *Quatuor ſunt initium verſus, quorum loca &c. in Maſora magna.* Extant in litera כ in ordine כל . חַיַּת הָאָרֶץ) י׳ בְּלִישְׁנָא וסי׳ כו׳ במס׳ רבת׳ *Decem ſunt in hac locutione, quorum loca extant in Maſora magna*, id eſt, in diverſa forma hujus vocis חַיַּת additâ ipſi aliquâ literâ ſervili ab initio, veluti לְחַיַּת , מֵחַיַּת, quæ ſub hac voce חַיַּת etiam comprehenduntur. De numero *Decem*, vide Caſtigationes noſtras in hunc locum. In Maſora magna adducúntur loca in litera א in ordine ארץ.

Hæc pariter ſuffIciant pro exemplo declarationis Maſoræ magnæ textualis, unde quilibet ſibi aditum faciliorem ad penetrandum in reliquam Maſoram, parare poterit.

CAPUT XV.

De Maſora magna, in ſingulorum librorum veſtibulo.

SUprà Capite primo Clavis Maſoræ, ad Maſoram textualem diximus, eam Maſoram, quæ ad textum quidem in ſingulorum librorum primo limine ponitur, non tamen ſemper ad textum iſtius folii pertinere. Eſt enim plerumque prolixior, quàm ut ad eum textum pertinere poſſit, qui peculiarem maſoram ſibi quoque adjectam habet. Ne quis ergo & hîc operoſiùs inquiren-

quirendo diutiùs hæreat, huic quoque Maſoræ lucem aſpergemus, & impedimenta quoque expediemus. Ut introitus cujusque libri eſſet auguſtior, primam ejus vocem majuſculis literis deſcriptam, & ſingulari quodam ornamento circumveſtitam, in media pagina quaſi libri Portam, Authores hujus operis propoſuerunt. Ei majoris inſuper ornatus causâ, Maſoram aliquam prolixiorem, certis lineis in quadratum diſpoſitis, quaſi magnifica quædam antepagmenta affixerunt, ut ſplendidiore hocce apparatu, ad magis attentum & religioſum acceſſum hoſpitem quemlibet excitarent. Ut igitur ſingulis conſtet, quid in his librorum veſtibulis contineatur, ea ordine perſequemur.

Primus liber Moſis circa primam vocem בראשית continet Maſoram ad iſtam vocem pertinentem, in qua antiquitùs litera ב fuit formâ majuſculâ deſcripta, & ejus occaſione Maſora affert integrum Alphabethum literarum talium majuſcularum, quæ paſſim per totam Scripturam inveniuntur. Incipit ergo Maſora, ב״ית רַבְּתִי מֵאוֹתִיּוֹת גְּדוֹלוֹת דְּמִשְׁתַּמְּשֵׁי בְּהוֹ דְּאִנּוּן א׳ וכו׳ *Beth majuſculum eſt, ex literis majuſculis quibus utuntur, quæ ſunt* א & cæt. Hîc porrò adducit ſingulas Alphabeti literas, una aut altera voce ipſi adjunctis, quæ ſignificant locum biblicum, in quo quælibet litera invenitur, veluti א׳ אָדָם שֵׁת, id eſt, א majuſculum eſt in voce אָדָם, ibi ubi legitur אדם שת, quod extat 1. Paral. 1. 1. ב׳ בְּרֵאשִׁית בָּרָא, id eſt, ב in voce בְּרֵאשִׁית, ubi legitur בראשית ברא Gen. 1. v. 1. ג׳ וְהִתְגַּלָּח id eſt, ג׳ in voce והתגלח, quæ extat Levit. 13. 33, & ſic deinceps. De his vide ſuprà in Commentario, cap. 9.

Secundus liber Moſis Exodus, duplicem Maſoram in veſtibulo habet, exteriorem & interiorem. Exterior pertinet ad primam hujus libri vocem וְאֵלֶּה ad quam tradit, י״ז ראש פָּסוּק בְּתוֹרָה וסי׳ *Septendecim ſunt initium*

verſus

verſus in Lege, quorum loca, & cæt. Loca iſta ſeptendecim hic ordine recenſentur. Poſtea ulteriùs aliæ convenientes locutiones afferuntur, כָּל תולדורת דכוָתֵיהון וְאֵלֶּה תוֹלְדוֹרת במ״ד *Omnia tholedoth ipſis ſimilia ſunt, veelle tholedoth, exceptis quatuor*, id eſt, quandocunque ipſi adjuncta eſt vox תולדורת, tuncquoq; dicitur, וְאֵלֶּה, præterquam quater, quando dicitur אֵלֶּה תוֹלְדוֹת, quæ quatuor hîc quoque afferuntur. Sic ſemper dicitur וְאֵלֶּה שְׁמוֹרת exceptis quinq; quæ dicuntur אֵלֶּה שְׁמוֹרת, & hîc afferuntur. Item, In omnibus prophetis initio verſus ſemper dicitur ואלה שמורת, exceptis ſeptem אלה שמות & cæt. Interior Maſora continet Alphabethum commune vocum earundem, quarum prima incipit ab א׳, altera à וא׳, nec ſunt eis ſimilia, id eſt, quæ nunquam aliàs ſæpiùs inveniuntur, veluti אָכְלָה וְאָכְלָה.

Tertius liber Moſis Leviticus, ſimiliter continet Maſoram duplicem, exteriorem & interiorem. Exterior continet Alphabethum fœcundiſſimum vocum ſingularum, quæ cum accentu Sakephkaton habent Kametz. Nō enim ſemper hic accentus vocalem ſuam producit. Interior Maſora continet Alphabethum literarum minuſcularum, quæ minori figura in voce ſua fuerunt deſcriptæ, quàm aliæ. Inter has prima eſt litera א in voce prima hujus libri וַיִּקְרָא, & ejus occaſione reliquarum literarum loca hîc recenſentur. De his nos egimus ſuprà in Commentario, cap. 10.

Quartus liber Moſis, Numerorum, in Maſora exteriori continet י״ו זוּגִין מִן ב״ב קָמְצִין ſedecim paria binarum vocum cum Kametz notatis, veluti בַּחֲרָבוֹרת קָח קָח, בְּחֲרָבוֹת. Interior Maſora recenſet י״ח מִלִּין תִּקּוּן סוֹפְרִים Octodecim dictiones, quæ ſunt correctio Scribarum. De his nos agemus, Deo volente, alibi.

Quintus liber Moſis, Deuteronomion, in Maſora exteriori adducit, י״ח פְּסוּקִים Octodecim verſus, in qui-

Digitized by Google

bus eadem vox in primo verſu eſt initium ejus, in altero finis ejus, veluti וַיִּסְּעוּ Geneſ. 35.5. verſum inchoat, & Numer. 10.28. verſum claudit. Interior Maſora recenſet, י׳ מִלִּין decem dictiones, quæ leguntur & non ſunt ſcriptæ in textu, veluti בְּנֵי Jud. 20.13.

Joſuæ veſtibulum nullam Maſoram habet, ſed literis majuſculis commendationem quandam Prophetarum primorum.

Judicum libri Maſora exterior מ׳ מִלִּין Quadraginta voces, quæ incipiunt à litera ו, & ſtatim poſt ſe habent nomen יהוה; veluti וְעָבַר יְהוָה Et tranſivit Dominus, Exod. 12.23. Interior Maſora tradit י״א מִלִּין Undecim voces, in quibus legitur ה, quod tamen in illis non eſt ſcriptum, veluti 2. Sam. 12.24, ſcriptum eſt וַיִּקְרָא, ſed legitur וַתִּקְרָא. Item 2. Sam. 20.23, ſcriptum eſt הַכְּרֵי & legitur הַכְּרֵתִי.

Samuelis liber in Maſora exteriori continet מ״א מִלִּין 41. voces, quæ in fine ſcribuntur cum ו, & leguntur per י, veluti Deuteron 5.10. ſcribitur מִצְוֹתו, ſed legitur מִצְוֹתָי. Contra hanc Maſoram peccant hîc libri omnes qui ponunt קְרִי id eſt, vocem lectam מִצְוֹתָיו. Id Maſora hæc nullo modo vult, ſed inquit, Tot voces eſſe, quæ ſcribuntur in fine cum ו & leguntur per י, ſcil. loco ו, quod declarant reliqua exempla, ut תִּקְעוּ, quod legendum תִּקְעִי, & ſic reliqua omnia. Sic Chaldæus legit מצותי. Agnoſcamus hîc uſum Maſoræ ad veritatem lectionis conſervandam.

Regum liber in Maſora exteriori continet 43 voces, quæ ſcribuntur in fine cũ י, & leguntur ſine י. Interior Maſora tradit י״ח מִלִּין Octodecim voces, quæ carent literâ ו in fine vocis, & leguntur cum ו, veluti Jud. 21. 20, ſcriptum eſt ויצו & legitur וַיְצַוּוּ, unde vox ſcripta punctata eſt וַיְצַו.

Jeſajas

Jeſajas continet in veſtibulo ד' זוגין Quatuor paria ex binis locutionibus in aliquo libro, ubi prior habet literam additam & caret voce aliquâ, altera caret literâ & habet vocem additam. Veluti Deuteron.*6.1 3.* legitur, אֶת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ תִּירָא וְאֹתוֹ תַעֲבֹד וּבִשְׁמוֹ תִּשָּׁבֵעַ *Dominum Deum tuum timebis, ipſi ſervies, & in nomine ejus jurabis*, & Deuter. 10.20. legitur, אֶת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ תִּירָא אֹתוֹ תַעֲבֹד וּבוֹ תִדְבָּק וּבִשְׁמוֹ תִּשָּׁבֵעַ *Dominum Deum tuum timebis, ipſi ſervies & ipſi adhærebis, & in nomine ejus jurabis.* Simile Deut. 7. 6. & 19.15.

Jeremias in Maſora exteriore continet eadem, quæ in veſtibulo libri Samuelis ponuntur. Interior Maſora continet 24 dictiones, quæ in fine ſcribuntur cum י, & leguntur per ו.

Ezechiel in Maſora exteriori habet 48 voces, quæ habent in medio ſcriptum א, quod non legitur. Interior Maſora tradit 12 voces, quæ ſcribuntur cum א in fine, quod non legitur.

Hoſeas in Maſora exteriore continet 22 voces, quæ ſcribuntur cum י ab initio, & leguntur per ו. Item è contrario, 10 voces, quæ ſcribuntur ab initio cum ו & leguntur per י. Interior Maſora habet Undecim voces, quæ ſcriptæ ſunt cum ב & leguntur per כ. Reliqui minores nihil continent, qui duodecim minores ſub uno libro comprehenduntur.

Pſalmorum veſtibulum non continet Maſoram, ſed commendationem brevem librorum Hagiographorum, (quorum Pſalmorum liber primus eſt) & perfectionis totius Scripturæ, in literis, punctis, & aliis.

Proverbia in Maſora exteriori continent Schitta ſive Catalogum plurimarum vocum cum duplici forma, quarum una nunquam ſæpiùs legitur, altera legitur, veluti אָמְנָם non legitur, niſi Gen. 18.13, at הַאֻמְנָם ſæpiùs. Sic בְּמָצוֹר 2.Paral.32.10, non legitur ſæpiùs, at בְּמָצוֹר &

וּבְמָצוֹר benè. Interior Maſora tradit 12 dictiones, quæ etiam in principio Ezechielis propoſitæ.

Job in exteriori Maſora tradit 48 voces, quæ etiam extant in principio Ezechielis. Interior Maſora tradit, vocabulum אִישׁ duodecies inchoare verſum in Lege & Jobo, decies in Lege, & bis in Jobo. Item וְכָל אִישׁ ſedecim locis, quæ omnia hîc adducuntur.

Canticum Canticorum in Maſora exteriori tradit viginti parva vocum, quarum una ſcribitur cum ס, altera cum שׂ vel שׁ veluti הַסִּירִים & הַשִּׁרִים. Interior Maſora tradit, vocem פִּיהוּ in diverſa locutione ſive forma, viginti duobus locis inveniri.

Daniel præcedentem utramque Maſoram repetitam habet.

Eſra repetit utrramque Maſoram, quæ in veſtibulo Proverbiorum libri.

Chronicorum liber repetit Maſoram utramque, quæ in principio prophetæ Hoſeæ fuit propoſita.

Atque hic eſt apparatus, introitum ſingulorum librorum cum tanto ſplendore veſtiens, quem, ne fucum cuiquam faceret, ſic vivum oculis omnium ſpectandum, proponere voluimus, ſimul ne moraretur quemquam.

CAPVT XVI.

De Symbolis Maſorethicis variis.

MAſorethæ ſæpiſſimè in uſu habent, propoſitæ ſuæ cenſuræ aliquod *Symbolum*, quod סִימָן vocant, breve & elegans, ſed ſæpè difficile & ænimgmaticum dare; quod datæ cenſuræ ſenſum continet, & argutè explicat. Non autem ex invidia, non ex vanitate aut arrogantia aliqua ſic obſcurè locuti ſunt, ſed ut attentum lectorem redderent, induſtriam ejus excitarent, men-

tem

tem acuerent & ſolerter alerent. Talia duodecim Elias in fine libri ſui Maſoreth explicat, quorum tamen pauciora in impreſſis libris hodie inveniuntur. Nos & noſtrum ſymbolum paulò etiam liberaliùs hîc conferemus, ne in ulla hujus materiæ parte, noſtrum ſtudium cuiquam defuiſſe videatur.

Symbola hæc *Trium* potiſſimùm ſunt generum: *Primum*, quod continet ſententias, plerunq; linguâ Chaldaicâ, tot vocibus conceptas, quoties propoſita dictio inveniri ſcribitur.

Primum hujus generis exemplũ legitur Gen.1.5. ad vocem textus לָאוֹר, quæ ſepties in Scriptura extat, cujus numeri ſymbolũ eſt ſententia, לְמַפֵּק בְּלֵילְיָא צְוַח סַמְיָא וּסְבַר וְקָם בְּצַפְרָא Explicationem ejus vide ſuprà cap. 13.

Secundum extat Geneſ. 2.10. in Maſora parva ad marginem exteriorem, ad vocem וְנָהָר quæ ſcribitur quater inveniri, quorum ſymbolum, מֵעֵדֶן יְסוֹבְבֵנִי וְנִשְּׁתוּ אָזְלוּ, ex quibus prima vox מֵעֵדֶן repræſentat hujus capitis locum altera: יְסוֹבְבֵנִי locum וְנָהָר יְסוֹבְבֵנִי Jon. 2. 3: tertia, וְנִשְּׁתוּ locum, וְנִשְּׁתוּ מַיִם מֵהַיָּם וְנָהָר יֶחֱרַב וְיָבֵשׁ, Jeſa. 19. v. 5, cujus alterum membrum in Maſora magna hîc tantùm adducitur quarta אָזְלוּ locum, אָזְלוּ מַיִם מִנִּי־יָם Job. 14. 11. Hinc patet ſymboli iſtius verſus.

Tertium, Geneſ. 4. 12. in Maſora parva ad תֹסֵף notatur, ג' חֲסֵרִים מִלְרַע וסי' חֵילָא דְמִלְּתָא רוּחָא *Tria ſunt defectiva & milrah, quorum ſymbolum, Vis verbi ſpiritus-eſt.* Prima vox חֵילָא notat hunc locum, לֹא תֹסֵף תֵּת כֹּחָהּ *Non perget proferre vim ſuam*, ubi כֹּחָהּ in Targum redditur חֵילַיהּ. Secunda דְמִלְּתָא notat locum, אֵת כָּל הַדָּבָר *Omne verbum quod ego præcipio vobis, illud obſervabitis ut faciatis, non addes ad illud & non detrahes de illo*, Deut. 12. 32. Tertia, רוּחָא *Spiritus*, indicat locum, תֹּסֵף רוּחָם יִגְוָעוּן *Recipis ſpiritum eorum, & exſpirant*, Pſal. 104. 29.

Quartum extat Geneſ. 18. 4, מוֹי דְגַבְרָא פַּרְזְלָא, cujus

Digitized by Google

explicationem vide ſuprà in Clavi, cap. 10. in voce סִימָן. Ibidem & aliud ejuſdem hujus loci.

Quintum Exo. 2. 11. ad vocem מַכֶּה, notatur ח׳ פַּתַח וסי׳ עִבְרָא בְחוּטְרָא לָא תִמְחֵי עַמְמַיָּא בְרוּגְזָא יְהוָה מָחֵי ׃ *Quinq. ſunt cum Pathach* (ſcil. parvo, id eſt, Sægol) *quorum ſymbolum Hebræum baculo non percuties, populos in furore Dominus percutit.* Prima vox עִבְרָא notat hunc locum, מַכֶּה אִישׁ עִבְרִי מֵאֶחָיו Percutiens virum Hebræum ex fratribus ſuis, Exod. 2. v. 11. Secunda vox בְחוּטְרָא notat locum, אָנֹכִי מַכֶּה בַּמַּטֶּה Ego percutio baculo, Exod. 7. 19, ubi vox בַּמַּטֶּה in Targum redditur בְּחוּטְרָא. Tertia לָא־תִמְחֵי notat locum, וַיֹּאמֶר לֹא תַכֶּה *Et dixit, non percuties,* 2. Reg. 6. 22. in quo verſu ſequitur מַכֶּה. Quarta עַמְמַיָּא בְרוּגְזָא notat locum, מַכֶּה עַמִּים בְּעֶבְרָה Percutiens populos in furore, Jeſa. 14. 7. Quinta, יְהוָה מָחֵי notat locum, כִּי אֲנִי יְהוָה מַכֶּה Nam ego Dominus percutio, Ezech. 7. 9. Hæc ſymbola rariora ſunt, quæ plures voces continẽt, quam numerus propoſitus deſignat.

Sextum, Proverb. 3. v. 35. ad vocem מֵרִים notatur, ג׳ Tria eſſe, quibus Maſora magna adddit unum וּמֵרִים. De his quatuor in Maſora parva datur Symbolum, כַּסְפָּא אַשְׁטֵי חַכִּימַיָּא וְרֵאשַׁיָּא *Pecunia ſtultos-facit ſapientes & Capita.* Prima vox כַּסְפָּא *Argentum*, notat locum, כָּל מֵרִים תְּרוּמַת כֶּסֶף Quiſquis affert oblationem argenti, Exod. 35. 24. Secunda אַשְׁטֵי Infatuat, notat locum, וּקְצַר רוּחַ מֵרִים אִוֶּלֶת Et brevis ſpiritu effert ſtultitiam, Prov. 14. 29. Tertia חַכִּימַיָּא notat locum, כָּבוֹד חֲכָמִים יִנְחָלוּ Honorem ſapientes poſſidebunt, Proverb. 3. 35. Quarta רֵאשַׁיָּא indicat locum, כְּבוֹדִי וּמֵרִים רֹאשִׁי Gloria mea & exaltans caput meum, Pſal. 3. 4, in quo ut legitur וּמֵרִים cum ו ab initio, ſic quoque in ſymbolo, וְרֵאשַׁיָּא. Sed horũ ſymbolorum copia eſt innumera, quæ omnia ad ſimilem formam examinanda erunt.

Secundum genus ſymbolorum eſt, quod rem ipſam *vel* plenis

plenis & artificioſis verbis, *vel* abbreviaturis tectè & argutè explicat.

Primi modi exempla ſunto: Geneſ. 36. verſ. 21. 25. 26. 28. 30. ſepties legitur רישׁון nomen proprium viri diverſâ formâ ſcriptum, nempe, דִּשֹׁן, דִּישׁוֹן, דִּישָׁן, דִּשֹׁן, דִּישָׁן, דִּישׁוֹן, דִּישָׁן. Ad ordinem conſtantem lectionis in hac diverſitate obſervandum, dederunt ſymbolum in Maſora magna hoc loco כָּל יוֹמָא דְּסִפְרָא קוֹרִין דִּישׁוֹן וּמַתְחִיל בְּשַׁבַּת id eſt, *Omni die libri, legunt Diſchon, & initium eſt à ſabbatho.* Omne die libri, ſcil. Legis, quod in Maſora parva verſ. 30. per abbreviaturam ס״ת indicatur, hoc eſt, quando liber Legis in ſynagoga publicè legitur, quod fit in ſabbatho, die ſecundo, & quinto, Lunæ, ſcil. & Jovis, ut nos loquimur, tunc legitur רישׁון per Cholem, reliqua ſunt cum Kametz. Hic ordo convenit hodierno textui, & obſervatur à Judæis Germaniæ. Aliter legerunt Judæi Hiſpaniæ, quorum ſymbolum hîc quoq; in Maſora ſubjicitur, כָּל יוֹמָא דְּסֵפֶר תּוֹרָה דִּישָׁן וּמַתְחִיל בְּאֶחָד בְּשַׁבָּת *Omni die libri legis eſt Diſchan, & initium ſumitur à die primo ſeptimanæ*, id eſt, à die Solis ſive Dominico noſtro, qui Judæis eſt primus ſeptimanæ, quam vocant etiam שַׁבָּת, ut ipſum diem ſeptimum. Hic ordo diſcrepat in die quarto, in quem etiam incidit forma Diſchan, unde Elias eum rejicit. Prior ordo etiã alio ſymbolo confirmatur, מַעֲלִין בְּקֹדֶשׁ אֲבָל לֹא מוֹרִידִין *Aſcendunt ad ſanctum, ſed non deſcendunt.* Sabbathum ſanctum eſt, unde præſtat àb eo aſcendi, id eſt, inchoari, & non deſcendi, id eſt, finire, quod fit, ſi à die primo ſeptimanæ initium fiat. Aliud ejuſdem ordinis ſymbolum, אג״ז דִּישׁוֹן בד״הו דִּישָׁן, id eſt, primum, tertium, ſextum eſt Diſchon: ſecundum quartum, quintum, ſeptimum, Diſchan. Elias affert aduc aliud ſymbolum, עֲשִׁירִים מְקַמְּצִין *Divites congregant*, id eſt, quæ

vox

vox hic dives eſt, in literis, nempe plenè cum ׳, ea eſt cum Kametz ſcripta. קָמַץ Congregare.

Geneſ. 40. v. 9. legitur in textu, וַיְסַפֵּר שַׂר־הַמַּשְׁקִים *Et narravit præfectus poculorum*, & c. 41. 9. וַיְדַבֵּר שַׂר הַמַּשְׁקִים *Et locutus eſt præfectus poculorum.* Circulus maſoræ index, utrobique notatus eſt ad primam vocem: nos judicamus, ponendum eſſe ſuper הַמַּשְׁקִים, aut in medio, ut ad totum membrum referatur, ut Exod. 6. 8. & alibi ſæpe. Nec tamen ad utramque vocem, ſed ad eam tantùm pertinet, quæ accentum variat. Id manifeſtè docet Maſora, quæ ad primum locum ait, חַד מִן י״ו זוּגִין מִתְחַלְּפִין בְּטַעֲמָא וְסִימָן בְּבֵית הָאֲסוּרִים נִשְׁבַּר וּבְצֵאתוֹ נִזְקַף *Eſt unum ex ſedecim paribus, quæ diverſos habent accentus: ſymbolum hujus, in domo vinctorum confractus eſt, dum exit, elevatur.* Senſus, *Præfectus pocillatorum*, qui שַׂר־הַמַּשְׁקִים vocatur, hoc loco, ubi adhuc in carcere eſt, נִשְׁבַּר confractus eſt, hoc eſt, vocabulum הַמַּשְׁקִים hic habet accentum תְּבִיר, quæ vox à Verbo Chaldaico תְּבַר *Frangere, Confringere*, quod Hebraicè dicitur שְׁבַר, unde in Niphal נִשְׁבַּר *Confringi.* Hac voce per ſe ſignificativa, alludit ſimul ad vocem Chaldaicam תְּבִיר accentus nomen, à fragore ſoni nomen habentis. *Dum exit*, id eſt, in altero loco, ubi ex carcere egreſſus eſt, *elevatur*, נִזְקַף, id eſt, vox illa הַמַּשְׁקִים cum accentu זָקֵף notata eſt, qui ab Elatione nomen habet, quòd ſupra vocem locatur. Sedecim hæc paria recenſentur Exod. 6. 8. in maſora magna. Hîc, ut & alibi ſæpiùs, hæc maſora aliis verbis concepta eſt, nempe, י״ו זוּגִין מִתְחַלְּפִין בְּחַד עִנְיָנָא חַד זְקִיף לְרוּמָא וְחַד נָחִית לִתְהוֹמָא *Sedecim paria diverſa ſunt in eodem textu, unum elevatum eſt in altum, alterum deſcendit in abyſſum.* Sic mox verſ. 11. in Maſora parva. Senſus, vox una in uno membro paris, accentum habet ſupra vocem, in altero infra vocem. Aliud hujusmodi par eſt Levit.

Levit. 23. v. 12. וַעֲשִׂיתֶם בְּיוֹם הֲנִיפְכֶם אֶת־הָעֹמֶר & verſu 19. וַעֲשִׂיתֶם שְׂעִיר עִזִּים. In primo verbum וַעֲשִׂיתֶם habet Zakephgadol, in altero membro Tevir. Huic loco novum ſymbolum datum, עוּמְרָא סָלִיק צְפִירָא נְחִית *Manipulus aſcendit, hircus deſcendit*, id eſt, ubi vox עֹמֶר *Manipulus*, cum præcedenti voce legitur, ibi accentus ſupra vocem eſt, ubi צְפִיר, qui Hebraicè dicitur שְׂעִיר, cum ea legitur, ibi accentus eſt infra vocem. Aliud par Lev. 26. 39. ubi in eodem verſu legitur, וְאַף בַּעֲוֹנֹת, *Etiam propter iniquitatem ſuam*, & mox, וְאַף אֲשֶׁר הָלְכוּ *Etiam quòd ambularunt.* Huic loco aliud ſymbolum conveniens datum, עֲוֹנוֹת לְמַטָּה וְהָלְכוּ לְמַעְלָה *Iniquitates infrà committuntur, ſed ambulant ſurſum*, id eſt, ubi vox עֲוֹנוֹת extat, ibi eſt accentus Tevir infra vocem, ubi autem extat הָלְכוּ, ibi accentus eſt Zakeph ſupra vocem. Ex his judicanda alia ſimilia, quæ aliis in locis ad hæc paria dantur.

Exod. 29. v. 11. legitur, וְסָמַךְ אַהֲרֹן וּבָנָיו Et impoſuit Aharon & filii ejus. Sic verſ. 20. At in medio, verſ. 16. וְסָמְכוּ אַהֲרֹן וּבָנָיו. Hic appoſitum eſt ſymbolum in Maſora parva, יָחִיד אֶחָד רַבִּים שְׁנַיִם *Unicus unum, multi duos.* Hoc eſt, ubi numero ſingulari dicitur וְסָמַךְ, ibi tantum unicus eſt accentus cum hac voce, ubi verò numero plurali dicitur וְסָמְכוּ, ibi duo ſunt accentus cum iſto verbo, nempe Kadma & Asla.

Levit 12. 4. legitur בִּדְמֵי טָהֳרָה In ſanguine purgationis, & mox יְמֵי טָהֳרָה Dies purgationis. De his ſymbolum datur, יָמִים מְגוּלִים דָמִים מְכוּסִים. Id explicatum ſuprà, cap. 10. in voce סִימָן.

Levit. 8. 31. in Sectione צַו, legitur צֻוֵּיתִי, & verſ. 35. צֻוֵּיתִי. Hujus ſymbolum eſt vox וַיְצַוּוּ, nempe, ut ſub primo צ eſt Chirek in hac voce, & cum altero צ Schurek, ſic in Sectione צו primo loco legitur צִוֵּיתִי cum Chirek ſub 'צ, & in altero Schurek parvum cum 'צ. Contrà in Sectione ſequenti שְׁמִינִי Levit. 10. v. 13. legitur צֻוֵּיתִי, &

v. 18. צִוִּיתִי cujus ordinis ſymbolum vox רְצוּצִים. Ratio patet ex præcedenti forma.

Num. 22. 22 ſcribitur in Bilhami hiſtoria, וּשְׁנֵי נְעָרָיו עִמּוֹ & Geneſ. 22. v. 3. in Abrahami hiſtoria ſcribitur שְׁנֵי נְעָרָיו אִתּוֹ. Differentia in אִתּוֹ & עִמּוֹ, cujus ſymbolum hîc affertur in Maſora magna, וְסִימָנֵיהוֹן אָתֵיהוֹן Et ſymbola illorum ſunt literæ ipſorum. Literæ ſcil. nominum ipſorum. Abraham אברהם ſcribitur cum א ab initio, & ſic juxta ipſum ſcribitur אִתּוֹ, Bilham בלעם ſcribitur cum litera ע in medio, & ſic apud ipſum ſcribitur עִמּוֹ. Elias affert adhuc alia ſymbola, ſed quia iſta in noſtris Bibliis non extant, idcirco omittimus illa.

Deut. 31. 7. legitur וַיִּקְרָא מֹשֶׁה *Et vocavit Moſes Joſuam & dixit ei in oculis omnium Iſraelitarum: Fortis & robuſtus eſto,* כִּי אַתָּה תָּבוֹא *cùm tu veneris*, & cæt. & verſu 23. ſcribitur, וַיְצַו *Et præcepit Joſuæ filio Nun, & dixit: Fortis & robuſtus eſto,* כִּי אַתָּה תָּבִיא *cùm tu introduxeris*, & cæt. Ad primum locum maſora tradit, קַדְמָא דִקְרִיאָה כִּי אַתָּה תָּבוֹא תִּנְיָנָא דְצַוָּאָה כִּי אַתָּה תָּבִיא וסי׳ קוֹצִי *Primum clamoris*, i.e. ubi Verbum קָרָא ponitur, eſt, כי אתה תבוא, *alterũ præcepti*, i.e. ubi verbum צִוָּה eſt, legitur כי אתה תביא. Symbolum, קוֹצִי, i.e. ubi litera ק eſt, hoc eſt verbum קרא, eſt Cholem, i.e. legitur תָּבוֹא cum Cholem: ubi צ eſt, nempe verbum צִוָּה, ibi Chirek eſt, hoc eſt legitur תָּבִיא.

Joſuæ 23. 19. legitur, וַאֲבַדְתֶּם מְהֵרָה *Et pereatis ſubitò.* Hîc vox מהרה habet accentum Zakeph. At Deut. 11. v. 17. legitur וַאֲבַדְתֶּם מְהֵרָה, cum accentu Revia. Hinc in Maſora Jehoſuæ, datur ſymbolum, מֹשֶׁה רַבֵּינוּ יוֹשֵׁב וּמְשָׁרְתוֹ עוֹמֵד *Moſes Doctor noſter ſedet, & miniſter ejus ſtat.* In Deuteronomio generalius eſt ſymbolum ארון יושב ומשרתו עומד *Dominus ſedet, & miniſter ejus ſtat.* Senſus: In Moſe, qui fuit Dominus Joſuæ, & Doctor omnium Iſraelitarum, legitur vox מְהֵרָה cum accentu רְבִיעַ. Eſt autem רבע *Sedere, humi ſtratum eſſe*, & hoc eſt, quod di-

citur,

citur, Dominus ſedet: in Joſua autem iſta vox in eadem locutione habet accentum זָקֵף. Eſt autem זָקֵף *Erectum eſſe vel ſtare*, unde dicitur ſervus ejus ſtat erectus. Joſua autem fuit miniſter Moſis ad tempus.

Jeſa. 42. 18. ſcribitur הַעִוְרִים *Cæci*, cum Pathach ſub ה. Huic formæ ſymbolum appoſitum, סַמְיָא פַּתְחִין עִבְרָיָא קָמְצִין *Cæci ſunt cum Pathach, Hebræi cum Kametz*, סמיא id eſt, הָעִוְרִים hoc loco, qui Chaldaicè dicuntur סַמְיָא. At vox affinis הָעִבְרִים ſcribitur cum Kametz ſub ה, ut Geneſ. 40. 15.

Jerem. 52. 16. legitur וּמִדַּלּוֹת הָאָרֶץ *Et ex attenuatis terræ.* In Maſora parva hîc eſt appoſitum ſymbolum, בֶּן הַמֶּלֶךְ דַּל יִרְמְיָה דַּלּוֹת הַיְנוּ דְאָמְרֵי אִינָשֵׁי בָּתַר עַנְיָא עַנְיוּתָא אַזְלָא *Filius regis attenuatus eſt, at apud Jeremiam ſunt attenuati. Illud eſt quod homines vulgò dicunt, Afflictum afflictio ſequitur.* Filius regis, nempe Amnon, ad quem amicus ejus Jonadab dicebat, מַדּוּעַ אַתָּה כָּכָה דַּל בֶּן הַמֶּלֶךְ *Quare tu ſic es attenuatus, fili regis, unoquoque mane*, 2. Samuel. 13. v. 4. At Apud Jeremiam, ubi agitur de deportatione populi Judaici in exilium, variiſque ejus calamitatibus, dicitur pluraliter דַּלּוֹת, juxta vulgare proverbium. *Afflictum afflictio ſequitur*, quia *Nulla calamitas ſola.* Sed videtur voluiſſe indicare, libr. 2. Regum cap. 25. in ejuſdem hiſtoriæ enarratione, verſ. 12. ſingulariter dici וּמִדַּלַּת הָאָרֶץ, in cujus locutionis ſymbolum, adducit locutionem numeri ſingularis בן המלך דל.

Ezech. 18. 11. quædam exemplaria legunt, אֶל הֶהָרִים אָכַל alia אָכָל cum Pathach ſub accentu Zakeph. Et verſ. 6. & 15. legitur אֶל הֶהָרִים לֹא אָכָל. Qui cum Pathach legerunt, dederunt ſymbolum de eo, דַּאֲכִיל פָּתַח פּוּמֵיהּ דְּלָא אָכִיל קָמֵץ פּוּמֵיהּ *Qui comedit, aperit os ſuum, qui non comedit concludit os ſuum.* Seuſus, ubi אכל ſine לא extat, habet Pathach: ubi לא adjunctum eſt, habet Kametz. Nomina vocalium, ad ſignificationem communem Radicis cujusque pertracta ſunt.

Pp 2

Digitized by Google

Job. 11. 5. legitur וְיִפְתַּח שְׂפָתָיו *Et aperiat labia ſua.* Hîc ad וְיִפְתַּח notatur, ג' בִּתְלָת לִשְׁנָיָא וסי' מַאן דְּפָתַח פַּתַח *Tria ſunt in triplici ſignificatione; ſymbolum, Qui aperit, aperit.* In Maſora magna additur, Duo eſſe cum Kametz, & unum cum Pathach. Nempe unum eſt nomen viri, alterum nomen urbis, tertium eſt ſignificationis communis, *Aperire.* Hinc ſymboli ſenſus, id quod ſignificat Aperire, habet Pathach. Satis in hoc uſu.

Alter modus ſecundi hujus generis ſymbolorum, eſt, per Abbreviaturas rem indicare: ut, Geneſ. 5. 6. ad שֵׁת notatur, Quinque eſſe cum accentu Zakeph, qui illic cum ea voce ponitur. Hæc quinque indicantur per abbreviaturam שיל"נע. Hîc ſingulæ literæ ſingula nomina propria indicant, cum quibus iſte accentus invenitur, nempe, Seth, Jered, Lamech, Noach, Heber, quod poſtremum demum reperitur cap. 11. 16. Exod. 3. 18. recenſentur nomina ſex gentium, de quarum ordine datur ſymbolum כת"מפום, ubi כ notat הַכְּנַעֲנִי, & ſic literæ ſequentes, ſequentia nomina. Hoc modò ſæpè, ubi harum gentium mentio, & quidem diverſo ordine, datur ſymbolum abbreviatum, ut Exod. 23. v. 23. & alibi. Exod. 26. v. 26. legitur, צֶלַע הַמִּשְׁכָּן הָאֶחָד & cap. 36. 31. צֶלַע הַמִּשְׁכָּן הָאֶחָת, ſymbolum ד"ת, id eſt, in primo legitur אחד per ד, in altero אחת per ת: ne quis hæc vitioſa putaret, id nominatim monuerunt. Levit. 19. 5. legitur זֶבַח שְׁלָמִים, & cap. 22. 29. זֶבַח תּוֹדָה in ſimili locutione. De differentia datur ſymbolum ש"ת, id eſt, שְׁלָמִים תּוֹדָה, ne quis putaret utrobique debere eſſe eandem vocem. Levit. 27. 7. legitur וְהָיָה עֶרְכְּךָ, & id ſepties, ſed cum diverſis accentibus, quorum ſymbolum פר"ם ת"ף ז"ט, id eſt, Paſta, Revia, Tiphcha, Tevir, Paſta, Sakeph, Tiphcha. Numer. 10. 14. legitur וְעַל־צְבָאוֹ cum accentu Sakeph. Maſora tradit, Quater eſſe in hac hiſtoria cum uno accentu. Symbolum, אר"יר בְּמָרוֹם, id eſt, ר'אובן י'הודה

אֶ'פְרִים , דָ'ן , יְ'הוּדָה in alto, ſcil. habent accentum, nempe Zakeph, cujus ſedes ſupra vocem. Talia plura inveniuntur Num. 26. ubi literæ abbreviatæ denotant nomina tribuum. Numer. 26. v. 51. in recenſione tribus Naphtali legitur, שִׁבְעָה מֵאוֹת וּשְׁלֹשִׁים, & antè in recenſione tribus Ruben, verſ. 7. legitur וּשְׁבַע מֵאוֹת וּשְׁלֹשִׁים. Huic differentiæ datur ſymbolum וּשְׁמוֹ קוֹדְמוֹ Et nomen ejus eſt ante eum. Hîc וּשְׁ'מוֹ eſt abbreviatura, notans formam, ושבע מאות ושלשים præcedere. Num. 29. 19. ad וְנִסְכֵּיהֶם Maſora notat, indicium libaminis aquæ peti ex hac hiſtoria, cujus ſymbolum בו"ז מַיִם, quæ literæ notant diem ſecundum, ſextum & ſeptimum, de quorum, ut & reliquorum dierum ſacrificiis hîc agitur. Quòd autem in tribus iſtis diebus voces quædam aliter ſcribuntur, quàm in reliquis diebus, inde petitum indicium vocis מַיִם. nempe in die ſecundo ſcribitur וְנִסְכֵּיהֶם, aliâs וְנִסְכָּה, unde petitur litera מ de fine vocis. In die ſexto ſcribitur וּנְסָכֶיהָ cum litera י in medio ex forma plurali, aliâs וְנִסְכָּהּ, inde eſt litera י. In die ſeptimo ſcribitur כְּמִשְׁפָּטָם aliâs כַּמִּשְׁפָּט, unde eſt ם à fine, & hinc fit מַיִם. Ergo, inquiunt Judæi, hinc habemus רֶמֶז indicium libaminis aquæ. Num. 29. 25. legitur, וּשְׂעִיר עִזִּים אֶחָד ad quod Maſora notat, Ter hæc legi in hoc capite, quorum ſymbolum אב"ד, id eſt, in die primo, ſecundo & quarto hujus capitis. Atque hæc pauca occaſionem promptam dabunt in veſtigandi & cognoſcendi ſimilia.

Tertium genus ſymbolorum eſt; quando ad propoſitæ Maſoræ explicationem & confirmationem adducitur verſus aliquis biblicus, ſive locutio aliqua biblica, quæ ceu memoriale quoddam continet illius, quod Maſora explicat. Veluti cum duæ ſunt ſimiles locutiones in diverſis locis, quæ tamen exiguam aliquam differentiam habent in diverſa litera, voce aut accentu, tunc differentiam illam notant, & illi obſervãdæ dant locum aliquem

biblicum pro ſymbolo. Exempli cauſa Geneſ. 8. v. 7, legitur יָצוֹא, ad quod Maſora parva notat, נ׳ מְלֵאִים ואפ״ם וְהַבַּיִת יִמָּלֵא עָשָׁן *Tria ſunt plena, quoram ſymbolum eſt verſus quidam, Et domus repleta erat fumo.* Ex Maſora magna textuali hujus ſymboli explicatio patet. Loca ibi afferuntur ſeptem, inter quæ quatuor defectivè ſine ו ſcripta, tria plena cum ו, quorum ſymbolum עשׁן. Nempe הָעֹרֵב, quæ vox notat locum ſive verſum præſentem de corvo exeunte & redeunte. Alter שִׁמְעִי nomen proprium viri, 2.Sam.16.5. Tertius נַעֲמָן Naaman, 2.Reg.5. verſ. 11. Hæc tria nomina indicantur per vocem ſymbolicam עָ״שָׁן, quæ legitur in illo verſu Jeſaiæ, qui propterea iſtorum trium eſt memoriale ſymbolum, nempe ע vocis עֹרֵב, ש nominis שִׁמְעִי, נ nominis נַעֲמָן.

Geneſ.2.43. legitur, אֲשֶׁר אָנֹכִי יוֹשֵׁב בְּקִרְבּוֹ, & verſ.37. אֲשֶׁר אָנֹכִי יוֹשֵׁב בְּאַרְצוֹ. Pro hac differentia obſervanda datur verſus memorialis, כִּי אֲנִי יְהוָה בְּקֶרֶב הָאָרֶץ Exod. 8. v.18. Senſus, ut in hoc loco præcedit בְּקֶרֶב, ſic & in primo illo בְּקִרְבּוֹ: ut hic ſequitur הָאָרֶץ, ſic in ſecundo illo dicitur בְּאַרְצוֹ.

Exod. 23.23, ponuntur ſex gentium nomina, הָאֱמֹרִי וְהַחִתִּי וְהַפְּרִזִּי וְהַכְּנַעֲנִי הַחִוִּי וְהַיְבוּסִי, inter quæ ſecundum, tertium, quartum & ſextum ſunt cum ו copula, alibi autem aliter ponuntur. Pro uſu ו copulæ in hoc loco, datur verſus memorialis, in quo eodem ordine ו copula præcedit, nempe לִנְתוֹשׁ וְלִנְתוֹץ וּלְהַאֲבִיד וְלַהֲרוֹס לִבְנוֹת וְלִנְטוֹעַ Jer.1.10. Simile vide Exod.33.2. Sic Exod.35.11. de אֶת & וְאֶת, affertur verſus ſymbolicus, סַלְעִי וּמְצוּדָתִי Pſal.31.4.

Levit. 25. v.25, legitur כִּי יָמוּךְ, & verſ. 35. 39, וְכִי יָמוּךְ cum ו copula. Ad hanc diverſitatem obſervandam affertur verſus ſymbolicus ex Joſ.2.9, in quo primò ponitur כִּי & bis וְכִי.

Deut.11.24, legitur לָכֶם יִהְיֶה, & Joſ.1.3. in ſimili locutione legitur, לָכֶם נְתַתִּיו. Hujus differentiæ ſymbolum eſt ver-

eſt verſus unus, וְהָיָה בְּתֵת יְהוָה, & cæt. ubi præcedit ver-verbum היה, & ſequitur נָתַן.

Joſ.4.6, legitur, כִּי יִשְׁאָלוּן בְּנֵיכֶם Cum rogaverint vos filii veſtri, & verſ.21. אֲשֶׁר יִשְׁאָלוּן בְּנֵיכֶם Symbolum verſus quidam, כִּי אֲשֶׁר רְאִיתֶם אֶת מִצְרַיִם Exod.14.13: ut hîc ſe conſequuntur כִּי אֲשֶׁר, ſic in duobus præcedentibus locis.

Quando in diverſis hujuſmodi vocibus eſt differentia in aliqua vocali, tunc pro ſymbolo ſumunt dictionem biblicam in qua utraque forma reperitur. Hic tamen quantitatis ratio inter vocales non habetur, ſed longam pro brevi, & contrà ſumunt, modò ſit ejuſdem ſoni: ut Geneſ.24.v.23, legitur לָלִין, *Ad pernoctandum*, & verſ.25. לָלוּן. In primo eſt Chirek ſub ל, in altero Schurek. Symbolum vox הֲלִילוּ, in qua eadem forma & idem ordo vocalium cum ל. Item, Levit.25.23, ſcribitur לִצְמִתֻת cum Chirek ſub ל, & verſ.30, לַצְּמִיתֻת cum Pathach ſub ל. Symbolum vox הַלַּיְלָה, in qua cum primo ל eſt Chirek, cum altero Chametz, quæ repræſentant ſonos I & A. Sic Levit.10.13, ſcribitur & verſ.18. צֻוֵּיתִי צִוֵּיתִי ubi cum primo צ eſt vocalis U, cum altero I.

TERENT.

Hæc dum incipias, gravia ſunt
Dumq; ignores: ubi cognoris facilia.

FINIS CLAVIS MASORAE.

FUGA FACUI.

Ætate ſapimus rectiùs, inquit Terentius in Adelph. Idem ibidem rectiſſimè: *Nunquam ita quiſquam benè ſubducta ratione ad vitam fuit, Quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet novi.* In Commentario Maſorethico

thico ſive Hiſtoriæ Maſorethicæ capite tertio, affertur aliquid ex Hebræis priſcis, per Malachiam prophetam ipſos intellexiſſe Eſram. Id Hieronymus quoque ab illis didicerat, ut patet ex iis quæ ſcribit in Commentariis in Malachiam, in principio: *Malachi autem Hebræi Eſram exiſtimant ſacerdotem*, & cæt. Et cap. 4. Commentarii Maſorethici de urbe Tiberiade quædam proferuntur, & inter ea ex Talmudicis, quòd per urbem Chammat illi intellexerint urbem Tiberiada. Huic ſententiæ confirmandæ eſt illud, quod legitur in Targum Num. 34. 8. ubi in Hebræo eſt, מֵהֹר הָהָר תְּתָאוּ לְבֹא חֲמָת *A monte Hor fines conſtituite uſq; ad acceſſum urbis Chamat*: ibi Jonathan paraphraſtes habet: מִטּוּרוֹס אוּמָנוֹס תְּכַוְּנוּן לְכוֹן מֵעָלַךְ לְטִבֶּרְיָא *A monte Tauro Umano diſponetis vobis terminum uſq; ad Tiberiada.* En Chamat eodem ſenſu, quo Talmudici accipiunt. In eodem Commentario capite 11. agitur de diviſione librorum biblicorum, ubi inter cætera alii novem libros Hagiographis, alii undecim annumerant, unde prodit diviſio vel in viginti duos vel in viginti quatuor libros biblicos. Adducuntur ex Patribus eccleſiæ Chriſtianæ teſtimonia, & ex Hebræis. Ex utrisque ſunt, qui Danielem prophetam Hagiographis annumerarunt. Hinc & apud B. Hieronymum in Præfatione in Danielem legitur: *Illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas, ſed inter eos, qui Hagiographa conſcripſerunt. In tres ſiquidem partes omnis Scriptura ſacra ab eis dividitur in Legem, in Prophetas & in Hagiographa, id eſt, in quinque, in octo, & undecim libros.* En apertum antiquitatis Hebraicæ teſtimonium. Idem ſæpè: *Optima quæq;, ut ait Plinius, malunt contemnere plerique quàm diſcere.*

JOHAN-

JOHANNIS BVXTORFI COMMENTARIVS CRITICVS.

Sive Caſtigationes in Maſoram.

IN GENESIN.

IN veſtibulo libri circa primam vocem בְּרֵאשִׁית recenſetur Alphabethum vocum majuſcularum, ubi ad literam ט mendosè in omnibus libris eſt ישר pro יָשֵׂר ex Job. 9. v. 34. Conferendum etiam eſt hoc alphabethum cum alphabetho in principio libri Chronicorum, ubi obſervandum, loca ad quaſdam literas diſcrepantia, non eſſe erronea, ſed indicare, literam iſtam utroque loco his alphabethis indicato, inveniri.

Geneſ. 1. verſ. 1. in Maſora parva ad אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ notatur, ג׳ *Ter* extare. Sic eſt in ſecunda, tertia & noſtra editione. Abeſt ex prima. Corrigendum autem in י״ג, *Tredecim* eſſe, ſive tredecim locis illa ſic conjunctim legi, juxta Maſoram Hag. 2. & 2. Paral. 2. ubi tredecim loca enumerantur. Verſ. 2. in Maſora magna ad פְּנֵי תְהוֹם loca falsò adducta ſunt: omiſſum enim eſt hujus textus exemplum, & ejus loco aliud adductum, nempe וּפְנֵי, per literam ו ab his duobus differens. Hæc in ſecunda, & noſtra editione correcta ſunt. Verſ. 4. in Maſora magna & parva ad וַיַּבְדֵּל in prima & tertia editione expungendum רס׳, id

Digitized by Google

eſt, דִּסְמִיכִין *quæ conjuncta ſunt.* Maſora enim de ſola voce וַיַּבְדֵּל loquitur, ut patet ex locis, quæ in Maſora magna finali in ordine בד adducuntur. Verſ. 7. in Maſora parva ad וַיְהִי־כֵן notatur ז' *ſeptem* eſſe: in Maſora magna infra textum, ח' *octo*, & ſic verſ. 15. in editione prima, & in Maſora finali. At verſu 30. editio prima tradit, בְּעִנְיָן ו' *Sex ſunt in hoc capite.* An plura ſint in univerſum, quàm hæc ſex, aliunde erit obſervandum: Juxta Maſoram magnam duo adhuc ſunt alia in libro Geneſeos. Ego exiſtimarim, hanc locutionem extra hoc caput primum, in tota Scriptura nunquam ampliùs occurrere. Ab hac ſententia ſtat codex Maſoræ manuſcriptus Bibliothecæ Palatinæ, qui tantùm ſex eſſe tradit. Verſ. 9. in Maſora parva ad וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים in ſecunda & tertia editione mendosè notatum ג' *tria*, pro כ"ה, *viginti quinque* ut patet ex maſora magna hoc loco. Verſ. 10. in Maſora parva ad יַמִּים notatum ט"ו *quindecim ſunt.* Sic in ſecunda, tertia, & noſtra editione. Abeſt ex editione prima, & rectè. Nota enim iſta falſa eſt, nec ullibi præterea in tota Maſora reperitur. Extat autem vicies, ut dicemus in Maſora finali. Eſſet ergo hic reponendum כ'. Verſ. 12. in Maſora magna ad וַתּוֹצֵא, ſecundus locus legendus ותצא את עמך את ישראל Nam defectivè וַתֹּצֵא hîc ſcribendum eſſe, docet Maſora Jer. 32. 21. Tertius locus, וַתּוֹצֵא *plenè*, juxta Maſoram Ruth. 2. 18. Verſ. 30. in utraque Maſora ad חַיַּת הָאָרֶץ in omnibus editionibus eſt י' *Decem* eſſe, ſive decies has voces conjunctim legi. Reponendum pro eo ט' *Novem.* Vide Caſtigationes noſtras, in Maſoram finalem ad fol. 11. col. 3.

Geneſ. 2. 2. in ſecunda & tertia editione circulus ſupra וַיְכַל falſus eſt, qui transferendus in medium vocum antecedentium וְכָל־צְבָאָם. Notæ etiam marginales debent eſſe binæ, ז', ד', ut diſtinctè hæc indicantur in Maſora magna hoc loco. Verſ. 15. in Maſora utraque ad וַיַּנִּחֵהוּ in omnibus editionibus eſt ו' *Sex:* reponendum pro eo ז' *Septem,*

ex Ma-

Digitized by Google

ex Maſora Levit. 24. 12. & 1. Reg. 13. 29. Conſentit Maſora finalis. Verſ. 19. ad וַיִּצֶר in Maſora parva in omnibus libris eſt קרי׳, Corrigendum pro eo תרי׳ id eſt, תְּרֵין *Duo*. Primum eſt verſ. 7. hujus capitis.

Geneſ. 3. v. 10. Maſora parva ad אָנֹכִי in prima editione manca eſt: ſecunda mendosè איוב. Legendum pro eo אס״ף וחקף juxta Maſoram magnam. Verſ. 14. in Maſora parva, Nota ad עֲשִׂיתָ transferenda ſurſum ad עָשִׂיתָ v. 13. Verſ. 15. in Maſora parva ad וְאֵיבָה notatur, ל׳ ומלא וְכָל עֶזְרָא דִכְוָתֵיהּ׃ *Non extat ampliùs & eſt plenum, totusq; Eſra ipſi ſimilis eſt*, id eſt, in Eſra quoque ſemper plenè reperitur. Hîc ומלא ſupervacuum eſt: nunquam enim defectivè legitur. Ultimum de Eſra falſum eſt. Etenim neque in Eſra, neque in Nehemia, qui ſub Eſra comprehendi ſolet, occurrit. Bis autem in Numeris אֵיבָה, & ſemel בְּאֵיבָה & bis in Ezechiele אֵיבַת extat, nec ulteriùs invenitur. Verſ. 17. in Maſora magna ad צִוִּיתִיךָ poſt ואשר צויתך delenda virgula diſtinctionis: eſt enim unus locus ex 1. Sam. 21. 2. Verſ. 19 Maſora parva ad תֹּאכַל tota hoc loco aliena & falſa eſt. Rectè enim hîc cum accentu miniſtro Munach ſcribitur, nec aliter ſcribi debet & poteſt. Pertinet autem ad Ezech. cap. 18. 11. ubi vide.

Geneſ. 4. 12. in Maſora parva ad תֹּסֵף in ſymbolo pro תילא legendum חֵילָא, quod repræſentat hîc vocem textus כֹּחָהּ. Verſ. 15. ad שִׁבְעָתַיִם in Maſora parva pro ז׳ *ſeptem*, ut habent prima ſecunda & noſtra editio, reponendum ו׳ *ſex*, juxta Maſoram magnam hoc loco, in qua ſex duntaxat loca adducuntur. Sic Prov. 6. 31. & Jeſa. 30. 26. & Maſora finalis.

Geneſ. 5. 6. in utraque Maſora ad וַיְחִי־שֵׁת pro ד׳ *quatuor*, repoſuimus ה׳ *quinque*. Sunt enim quinque nomina propria, ut ſymbolum ש״ילנע indicat, ubi quælibet litera

nomen denotat, Schet, Jered, Lemech, Noach, Eber. Sic mox Maſora verſ. 18. 28.

Geneſ. 6. verſ. 16. ad וּשְׁלִשִׁם in Maſora parva pro ל׳, *Non* reperiri ampliùs, repoſuimus ex Maſora magna, ב׳. *Duo* eſſe; quæ loca adducuntur. Alterum extat Num. 2. 24. Verſ. 18. in Maſora parva, ad וּבָאתָ pro י׳ *decem*, repoſuimus ז׳ *ſeptem*, ex Maſora magna hîc, ubi ſeptem loca adducuntur.

Geneſ. 7. v. 10. ad לְשִׁבְעַת הַיָּמִים in Maſora parva notatur, ב׳ *Bis* extare, in Maſora magna, ח׳, *octies*. Id diſtinctè intelligendum. Maſora parva loquitur ſtrictè de voce לשבעת, quæ bis tantùm legitur: Maſora magna comprehendit ſub ea etiam vocem שִׁבְעַת abſque ל, quæ ſexies legitur. Vide Maſoram 2. Par. 30. 22. Verſ. 14. ad צִפּוֹר in quibuſdam libris legitur ו׳ *Sex* eſſe, in aliis ט׳ *Novem* eſſe. Alibi Maſora hæc diſtinguit, nempe Sex ſunt plenè ſcripta ſignificatione *Avis*, & tria ſunt nomina propria viri, quæ leguntur, Num. 22. de Balak filio Tzippor.

Geneſ. 8. 11. in Maſora parva ad עֲלֵה notatum; ו׳ *Sex ſunt ſignificatione Folii*. Vide quæ notata ſunt infrà ad Levit. 26. 36. Verſ. 21. in Maſora parva ad יֵצֶר in quibuſdam libris notatur ב׳ *duo* eſſe, in quibuſdam ג׳, *tria* eſſe. Utrumque falſum: legitur enim quater, nempe Gen. 6. 5. & 8. 21. Jeſa. 26. 3. 1. Paral. 28. 9. Reponendum ergo pro illis ד׳ *quatuor*.

Geneſ. 9. 2. in Maſora parva ad חַיַּת הָאָרֶץ pro י׳ *decem*, reponendum ט׳ *novem*: vide ſupra cap. 1. 25. Verſ. 9. in maſora parva ad וַאֲנִי notatum כ״ג. In maſora finali eſt מ״ג, 43 eſſe, & tot loca afferuntur; unde maſora parva corrigenda fuerit.

Geneſ. 10. 1. in maſora parva ad וַיִּוָּלְדוּ notatum: *Non reperitur ampliùs & tota Scriptura ipſi ſimilis eſt*. Obſcurè: Non reperitur ampliùs, ſcilicet in Lege, unde rectè hîc adjice-

adjiceretur בְּתוֹרָה, quod omnino deeſſe videtur. Vide maſoram 2. Sam. 3. 2. & 14. 27. & Job. 1. 2.

Gen. 11. 5. in maſora parva ad בְּנֵי הָאָדָם pro בִּקְרָיָא *in Scriptura*, ut eſt in omnibus libris, legendum קֹהֶלֶת *Eccleſiaſtes*, ut eſt in maſora Pſal. 33. 13. & Prov. 15. 11.

Gen. 13. 12. in maſora parva ad יָשַׁב notatur, ה׳ *Quinq; ſunt cum Kametz*. Hæc maſora hoc loco aliena & falſa eſt. Nam hic locus non pertinet ad quinq; iſta, quæ maſora notat eſſe cum duplici Kametz, Jer. 49 1. & Pſal. 29. Vide etiam, quæ ibi annotavimus. Proinde mendoſi ſunt libri, qui hîc duplex Kametz habent.

Gen. 14. 10. maſora parva ad וַיִּפְּלוּ שָׁמָּה in editione tertia, falſa eſt. Noſtra habet ב׳ duo, juxta maſoram magnam, ſed bonum eſſet adjici בליש׳, id eſt, בְּלִישְׁנָא *in locutione hac*, ut patet ex exemplis. Deinde hæc duo extant tantùm in Lege. Ibid. ad הָרָה delendū רם׳. Verſ. 16. in maſora parva ad וַיָּשָׁב quidam libri habent כ״ה *Viginti quinq;* eſſe, nempe in tota Scriptura: noſtra editio, ג׳ *Tria* eſſe, nempe בְּסִפְרָא *in hoc libro* Geneſeos, ut planè habet maſora magna.

Geneſ. 17. 27. in maſora magna ad בֵּית in locorum recenſione legendum, אנשי ביתו יליד בית, ex hoc ipſo textu.

Geneſ. 18. 4. maſora utraque ad וְרַחֲצוּ partim confuſa, partim falſa eſt. Parva habet ſimplicer ג׳ *Tria* eſſe. Hoc falſum: nam bis tantùm legitur, & ſemel רַחֲצוּ abſque ו ab initio. Dicendum ergò fuerat ג׳ בְּלִישְׁנָא *Tria ſunt hujus locutionis*. Symbolum horum trium locorum, quod hîc additur, vide ſuprà in Clavi maſoræ cap. 10. ad vocem סִימָן. Maſora magna habet, ג׳ ב׳ פתח וְחַד קָמֵץ *Ter extat, bis cum Pathach, & ſemel cum Kametz*. Confuſa & falſa ſunt: dicendum fuerat, ג׳ בְּלִישְׁנָא ופתח וְחַד קָמֵץ *Tria ſunt hujus locutionis & habent Pathach, & unum eſt cum Kametz*. Sic in editione tertia legitur ג׳ בליש׳, Jeſa. 1.

16.Poſt loca tria enumerata, addendus erit quartus cum Kametz, qui legitur 1.Reg.22.38, nempe והזנות חזכו בתרא קמ׳. Verſ.5. ad וְאֶקְחָה in maſora parva in prima editione notatur: *Non reperitur ampliùs Milhel, & unum eſt Milra*, id eſt, non reperitur ampliùs cum Scheva ab initio, & unum eſt cum Kametz, quod ponitur loco Pathach & ſequentis Dages, & legitur Zachar.11. v.13. Vide de eo loquendi genere in Clavi maſoræ cap.9. ad vocem מִלְעֵיל. Verſ.25. ad כִּרְשַׁע in prima editione nulla maſora eſt, in ſecunda & tertia, falſa, quam nos propterea omiſimus. Falſa autem illa eſt, ל׳ וא׳ נשוא quæ corrigi poteſt, & pro נשוא reponendum כִּרְשַׁע ex Job.27.7. Verſ. 29. in maſora parva ad יִמְּצָאוּן notatur, ד׳ מלכ״י, ubi legendum מלכ״י. Senſus hujus maſoræ eſt, vocem iſtam quater in hac hiſtoria legi, quorùm quatuor locorum ſymbolum eſt מלכ״י, ubi ſingulæ literæ numerum denotant, nempe ubicunque extat cum iſto verbo *quadraginta*, *triginta*, *viginti*, *decem*, ibi legitur יִמְּצָאוּן.

[Gen.19.2. in maſ. magna ad לא ב׳ legendum, כי אם מלך יהיה עלינו ex 1.Sam.8.19. Sic quoque legendum in maſora Dan.5.11.]

[Geneſ.20.v.3. ad בַּחֲלֹם in maſ. p. notatur ב חס׳ *Bis eſt defectivum*: Iſta Maſora addenda ad בַּחֲלֹם verſus ſexti, ubi defectivè ſcribitur, alterum eſt, Geneſ.31.24. Unde ſi & hîc defectivè ſcriberetur, forent tria. Itaq; hîc ſcribendum plenè cum Vau.

Gen.22.13. in maſora parva ad אַחַר notatur, יד׳ *Quatuordecim ſunt Milhel*, & ſic in maſora magna hoc loco, quæ relegat ad maſoram finalem. Suprà cap.3. v.19. maſora parva notat eſſe ב״י, 12. Infrà cap.29.15, notantur eſſe 14 cum accentu Sakeph. Gen.32.17, notantur eſſe כ״ו, 26.Milhel. In maſora finali in ordine את non

expri-

exprimitur numerus, ſed afferuntur viginti exempla. Vide notata in Maſora finali ad fol.13. col.5. Verſ. 15. in maſora magna בְּהַר יְהוָה in editionibus Venetis inter tria adducta loca deerat diſtinctionis virgula, ut viderentur tantùm duo loca eſſe, eam nos ſuo loco addidimus. Verſ. 21. in maſora parva ad אֶרֶץ pro י׳ ר״פ *Decem ſunt initium verſus*, ut eſt in omnibus libris, reponendum י״ד פסו׳ *quatuordecim ſunt verſus*, juxta maſoram finalem in ארץ, & mox pro י׳ ר״פ reponendum י״ו ר״פ, id eſt, אֶרֶץ *ſedecim locis conſtituit initium verſus in Geneſi*, ut tradit maſora finalis.

Gen. 23.6. ad נְשִׂיא in omnibus libris eſt ז׳ *Septem* eſſe: corrigendum in ו׳ *Sex*, juxta maſoram parvam hîc, & utramque maſoram Numer. 17.18. Deinde dicitur, in Ezechiele quoque ſemper eſſe נָשִׂיא, exceptis quinq; נְשִׂיא. At Num.7. ſcribuntur, Quatuor excipi. Differentiæ cauſa eſt, quòd quinque iſtis annumeratum ſit unum וּנְשִׂיא cum ו ab initio, quæ forma aliâs diſtinctè poni ſolet. [Ibid. ad קֶבֶר in maſora p. notatur ל׳ ומל׳ *Non amplius reperitur, & eſt plenum.* Nam reperitur in hoc cap. eodem, v.11.15. Neque ſcribendum plenè, ſed defectivè, quia, omnia קבר ſcribuntur defectivè in Lege, ut ſcribitur in מנחרת כהן.

Gen. 24.19. in maſora magna ad וַתְּכַל defectiva erat locutio, unde ibi ſupplevimus, וַתְּכַל ב׳ וסי׳. Tertium exemplum, legendum וַתְּכַל quod extat Num. 17. 10. Verſ. 17. in maſora parva ad וַאֲשֻׁם pro ח׳, *Octo*, repoſuimus ה׳, *Quinq;*, juxta maſoram magnam hoc loco, quæ quinque loca adducit.

Gen. 25. 6. in maſora parva ad וַיְשַׁלְּחֵם notatum eſt ח׳ *Octo*, & ſic maſora magna hoc loco, & Joſ. 22. & Jer. 38.11. & maſora finalis. Falſa hæc omnia, & reponendum ubique ט׳ *Novem.* Vide notata ad Joſ. 22.6. Verſ. 34. in

34. in maſora parva ad וַיָּבֹז pro בעינן legendum בְּעֵינָיו, quo indicatur alter locus, qui extat Eſth. 3.6.

Geneſ. 27.29. in maſora parva ad וְיִשְׁתַּחֲו legendum וו ק׳, id eſt וו, nempe וְיִשְׁתַּחֲוּוּ quod in textu ſcribitur cum unico ו in fine.

Geneſ. 28.14. in maſora parva ad וָצָפֹנָה in omnibus libris notatur ה׳ *Quinque* eſſe defectiva: corrigendum in ח׳ *Octo*, juxta maſoram magnam hîc, & maſoram finalem.

Gen. 29.5. in utraq; maſora ad אַחָה notatur, יד זָקֵף *Quatuordecim ſunt cum accentu Sakeph.* Vide quæ notavimus in Maſora finali, ad fol. 13. col. 5.

Geneſ. 30.19. in maſora magna ad בֵּן pro כ׳מו reponendum ב״מז, id eſt, *exceptis ſeptem:* tot enim hîc adducuntur, & ſic notatur Levit. 1.5. & 24.10, & in maſora finali in בן. Verſ. 27. in maſora parva ad בִּגְלָלֶךָ notatum erat צ״א, *nonaginta unum ſunt.* Id, ut falſiſſimum, ſuſtulimus. Pertinet autem ad ſequentē vocem וַיֹּאמַר, ad quod paſſim maſora ſic notat. Verſ. 37. in maſora parva pro ל׳ *Non extat*, repoſuimus ד׳ *Quatuor*, juxta maſoram magnam hoc loco, quæ quatuor loca adducit.

Geneſ. 31.2. in maſora parva ad כִּתְמוֹל notatur, ז׳ חס׳ בְּתוֹרָה *Septem ſunt defectiva in Lege.* Sic & in maſora magna hîc notantur eſſe Septem, quot loca etiam adducuntur. Primò pro ז׳ reponendum ח׳ *Octo*, ex maſora finali, & Maſora textuali 2. Reg. 13.5. Secundò in Maſora magna hîc addendus locus, hujus ejuſdem textus. Tertiò in Maſora parva pro בְּתוֹרָה *in Lege*, reponendum בִּקְרִיאָה, *in Scriptura.* Non enim extant omnia in Lege. Quartò ad numerum addendum, בְּלִישָׁנָא *In locutione.* Non enim ſtrictè de hac voce כִּתְמוֹל Maſora accipienda, ſed latè, annumerato מִתְּמוֹל, quod quater legitur.

Digitized by Google

legitur. Verſ. 32. ad מרה in Maſora magna legendum הכר לך מה עמדי. Verſ. 43. in Maſora parva marginali ad צֹאנִי in omnibus libris ultimum verbum eſt נפוצו', legendum נִפְרָשׁוֹת ex Ezech. 34. 12.

Geneſ. 32. v. 17. in Maſora parva ad אַתֶּרֶה notatur, כ״ו מִלְעֵיל וְכָל אוֹרַיְתָא דִכְוָתֵיה *Viginti ſex ſunt Milhel, & tota Lex ipſis ſimilis eſt.* Maſora hæc falſiſſima eſt: vide quæ notamus in Maſora finali ad fol. 13. col. 5.

Geneſ. 37. verſ. 2. in Maſora parva ad תֹּלְדוֹת pro ד' *quatuor*, reponendum ג', ut eſt in principio hujus capitis & Geneſ. 2. 4. in Maſora magna. Verſ. 12. in Maſora parva אֶת in omnibus libris notatum eſt, חַד מִן ט״ו נְקוּדוֹת בְּתוֹרָה *Eſt unum ex quindecim punctatis in Lege.* Hîc vel pro ט״ו reponendum eſt י', ut Geneſ. 18. verſ. 9. vel pro בְּתוֹרָה *in Lege*, reponendum בִּקְרָיָא *In Scriptura.* Nam decem ſunt duntaxat in Lege, & quindecim in tota Scriptura, ut notatur Geneſ. 33. 4.

Geneſ. 38. v. 17. in Maſora magna ad עד in locorum citatione עד עבדך vel עד עבדך, ut quædam editiones habent, legendum עד אבדך, ex Deuter. 28. 22. Verſ. 22. in Maſora parva ad אֶל יְהוּדָה quædam editiones habent ז' *Septem* eſſe, quod ſimpliciter falſum: Maſora magna, ו', *Sex* eſſe, quomodo nos in Maſora parva poſuimus, & ſic eadem Maſora habet Jerem. 35. 17. At Nehem. 2. verſ. 5. 7. notantur eſſe quinque. Cauſa diverſitatis eſt, quòd ſex ſunt, ſi annumeretur unum וְאֶל; quinque, ſi illud וְאֶל ſeorſim ponatur.

Geneſ. 39. verſ. 11. [ad הַבַּיְתָה in Maſ. m. & p. notatur י״ח' eſſe *Octodecim.* Corrigendum י״ט' Novendecim. Tot enim inveniuntur. In Maſora magna deeſt locus Eſa. 41. 28. Ibid.] in omnibus editionibus ad וְאֵין אִישׁ, notatur, ו' *Sex* ſunt, adductis etiam hoc loco exemplis ſex. Pro ו' reponendum ז' *Septem*, ut habet Maſora finalis, & textualis Jud. 19. v. 18. Jeſa. 41. 28. & 50. 2. & in

locorum recenſione hîc addendus וארה ואין איש ex Jeſa. 41. v. 28.

Geneſ. 41. 1. in Maſora magna ad יְאֹר הַיְאֹר in locorum recenſione, poſt ודבתריה deerat virgula diſtinctionis, quam addimus. Nam abſque ea, numerus locorum videbatur mancus. Verſ. 5. in Maſora parva ad וַיִּשָׁן notatur לָ׳ *Non reperitur ampliùs cum kametz:* reponendum pro eo, ב׳ *Duo ſunt cum kametz*, juxta Maſoram magnam Geneſ. 2. 21. ubi alterum extat. Verſ. 9. in Maſora parva ad וַיְדַבֵּר pro י״ד *quatuordecim*, reponendum י״ו *ſedecim*, juxta Maſoram Exod 6. 9. Examinandum tamen, utra rectior. Verſ. 21. in Maſora parva ad רַע הָרַע quædam editiones habent ט׳ *Novem* eſſe: nos poſuimus י״א *undecim*, juxta Maſoram Geneſ. 24. 50. & juxta Maſoram finalem, in qua undecim loca adducuntur. Attamen & alibi Maſora parva tradit eſſe ט׳ *Novem*, ut Jerem. 2. 9. Pſal. 7. 10. & 41. 6. Nehem. 2. 1. unde ſenſus Maſoræ videtur eſſe, quòd רַע per ſe extet novies, & conjunctim רַע & הָרַע undecies. In Maſora magna ad hunc locum Geneſeos, remiſſio fit ad Pſalmum 54. Id falſum deprehendimus, unde correximus id, ſubſtituendo בְּמָסֹרָה רַבְּתָא. Ibi enim loca recenſentur.

Geneſ. 42. 18. in Maſora utraque ad יִחְיוּ pro ז׳ *ſeptem*, reponendum ח׳ *Octo:* vide notata ad Amos 5. 4. Ibid. in Maſora magna ad יירא pro יראת האלהים, legendum יראת את האלהים, ut eſt in Maſora magna Exod. 1. 21. Nam ejus particulæ את potiſſimum hîc notata fuit ſtructura.

Geneſ. 47. in fine Sectionis ויגש in editionibus Veneris mendosè poſitum eſt nomen proprium, יְהַלְלְאֵל, pro ſymbolo numeri verſuum iſtius Sectionis, ק״ו 106. unde ſubſtituimus pro eo יהללאל, quod extat 1. Par. 4. 15. & prædictum numerum conſtituit.

Geneſ.

Geneſ. 49. v. 2. in Maſora parva ad וְשִׁמְעוּ pro ז׳ *ſeptem*, reponendum ו׳ *ſex*: vide notata ad Jeſa. 28. 23.

Geneſ. 50. 11. in utraque Maſora ad יוֹשֵׁב traditur, י״ז *ſeptendecim* eſſe plena in Lege. Sic Exod. 34. 12. & Deut. 3. v. 2. At Maſora finalis tradit eſſe י״ו 16. & ſic Numer. 14. v. 14. 22. in Maſora parva. Totidem etiam loca hîc in Geneſi adducuntur. At omiſſus locus, וְהַכְּנַעֲנִי יוֹשֵׁב בָּעֵמֶק ex Num. 14. v. 25. quem Maſora parva notat eſſe unum ex iſtorum numero. Secundò locus רְאֵה הַחִלֹּתִי falſus eſt, adductus ex Deut. 2. 31. ſubſtituendus pro eo אֲשֶׁר יוֹשֵׁב בְּחֶשְׁבּוֹן ex Deut. 3. 2. quem huc pertinere, Maſora parva annotat. Verſ. 17. in Maſora parva ad כֹּה־ תֹאמְרוּ pro ח׳ 8 reponendum ו׳ *Sex*: vide quæ notamus 2. Reg. 22. 18. Verſ. 25. in Maſora magna ad עַצְמֹתַי bis erat poſitum כל עצמתי, quorum poſterius delevimus, tanquam ſuperfluum.

IN EXODVM.

In veſtibulo tituli, in Maſora exteriori inter cætera ſcribitur, *Semper in principio verſuum eſt* וְאֵלֶּה שְׁמוֹת, *præter quatuor quæ ſunt* אלה שמות abſque ו. Sic eſt in omnibus editionibus. At pro ב״מד *præter quatuor*, reponendum ב״מה, id eſt, בַּר מִן ה׳ *præter quinque*. Nam quinque loca hîc adducuntur, & ſic in Maſora parva Gen. 36. 10. & Num. 13. 16.

Exod. 1. 21. in Maſora parva ad יָרְאוּ pro ו׳ *ſex*, reponendum ז׳ *ſeptem*, juxta Maſoram Gen. 42. 18.

Exod. 2. 11. in Maſora magna in locorum recenſione ad מַכֶּה in editionibus Venetis ultimus locus pravè eſt in duos diſtinctus, ut viderentur loca ſex adduci, quæ cauſa fuit, ut in editione tertia etiam pro ה׳ *quinque*, po-

ſitum fuerit ו׳, *Sex.* Deinde idem iſte locus pravè citatus eſt: reponendum pro eo, ולא תחוס עיני ולא אחמול, ex Ezech. 7. 9.

Exod. 4. 10. Maſora ad ויאמר יהוה cum ſequenti, impertinenter in editionibus Venetis, poſitæ ſunt in pagina ſequenti, quas huc in locum proprium reduximus.

[Exod. 6. 5. In Maſora parva, ad, אֱמֹור לִבְנֵֽי־יִשְׂרָאֵל traditur; *Undecim verſus ſunt cum accentu Merca ante Sarka.* Legendum פסו׳ pro פסקי. In Maſora magna afferuntur loca 12, inter quæ locus וחצי שבט מנשה bis adducitur, & idcirco delendus primus. *Deinde* locus, ויעלו בבעל פרצים ſubjunctum habet וחברו. *Et ſocius ejus*, quaſi bis extet. Id falſum. Unde pro וחברו ſubſtituendum, ויבוא דוד בבעל, qui extat 2. Sam. 5. 20. *Tertiò*, in Bibliis magnis, 1. Paral. 14. v. 11. ad וַיַּעֲלוּ, pro Munach ponendum Merca, juxta hanc Maſoram, quæ iſtum locum numerat inter undecim Merca ante Sarka, itidem & Ruth 4. 4. ad vocem נֶגֶד. Loca undecim ſunt, Exod. 6. v. 5. & 30. v. 12. 1. Paral. 5. 18. 2. Sam. 7. 7. 1. Paral. 17. 6. & 21. 12. 1. Reg. 19. 25. 2. Sam. 5. 20. 1. Paral. 14. 11. Ruth. 4. 4. Denique in Bibliis magnis, 1. Paral. 5. 1. & 14. 1. reperitur etiam Merca ante Sarka, quod juxta Maſoram præcedentem falſum eſt, unde rectè in melioribus libris ibi eſt Munach.]

Exod. 6. 18. in Maſora magna notatur: ה׳ פְּסוּקִין דָּמְיָן בִּשְׁמָהָתְהוֹן וּמִתְחַלְּפִין בְּאָתְיָהוֹן *Quinque ſunt verſus ſimiles nominibus ſuis, & diverſi literis ſuis.* Verſus afferuntur duntaxat quatuor, nempe hic, & 1. Par. 6. v. 2. & 18. & cap. 23. v. 12. Deeſt ergo unus, qui addendus eſt ex Num. 3. 19. עמרם ויצהרע חברון ועזיאל. Verſ. 29. in utraque Maſora ad וידבר יהוה pro ו׳ *ſex*, reponendum ז׳ *ſeptem*, juxta maſoram 2. Reg. 21. 10, ubi loca ſeptem adducuntur.

Hîc

Hîc verò in Geneſi ante ultimum addendus locus אל עבדיו הנביאים ex libro Regum.

Exod. 7. v. 12. in maſora magna ad וַיַּשְׁלִיכוּ notatur, *Quatuor ſunt plena*, id eſt, cum ׳ in medio. Pro his adducta ſunt in Venetis loca quinq;, ubi ult. וַיַּשְׁלִיכוּ אֹתָהּ expunximus, qui pravè erat cōſutus ex Joſ. 8. 29. & Jud. 8. 25. Deinde in loco ſecundo pro זהב legendū שללו ex Jud. 8. 25. Verſ. 14. in maſora parva ad מֵאֵן notatur: *Omnia iſta ſunt defectiva jod.* Hæc maſora expungenda ut nullius uſus: nam huic voci nunquam convenit ſcribi cū ׳. [Verſ. 17. in maſora p. ad בַּמַּטֶּה notatur ח׳. Id falſum: ſunt enim tantùm ג׳ *Tria.*] Verſ. 19. maſora magna ad נַהֲרֹתָם impertinenter poſita erat in pag. ſequenti, quam huc in locum ſuum proprium revocavimus. Verſ. 29. in maſora parva ad וּבְכָה notatur: חַד מִן כ׳ מִלִּין כְּתוּבִין כ״ה בְּסוֹף תֵּיבוּתָא *Eſt una ex viginti dictionibus, quæ ſunt ſcripta in fine cum* כָּה *affixo Pronomine.* Pro כ׳, 20. ut omnes libri habent, reponendum, כ״א, 21. ut notatur in maſora magna finali in litera ה, ubi loca afferuntur. Hîc autem in Exodo in locorum recenſione omiſſus locus, ואברככה לפני יהוה ex Gen. 27. 7.

Exod. 8. 10. in maſora magna ad חֳמָרִם deerat unus locus, quem addidimus ex Num. 11. 32. Verſ. 22. in maſora parva ad לְעֵינֵיהֶם pro כ״ב reponendum כ״ד, juxta maſoram magnam, Num. 20. 8. Vide Notas noſtras ad maſoram finalem, ad fol. 49. col. 4.

Exod. 10. 7. in utraq; maſora ad יהוה אלהיהם notatur, ד׳ *Quatuor ſunt.* Putamus addendum, בְּתוֹרָה *In Lege.* Nam octies legitur in Scriptura אני יהוה אלהיהם, ut patet Exod. 29. 46, in maſora magna. Deinde in recenſione locorum pro וידעו ויהללו, ut eſt in omnibus libris, legendum וידעו כי אני יהוה: ex Exod. 29. 46, in quo bis hæc locutio occurrit. At illa וידעו ויהללו in tota Scriptu-

ra non extant. Verſ.14. in utraque maſora ad וַיָּנַח notatum eſt, ז' רַפִּין *ſeptem ſunt lenia*, id eſt, ſine dages in litera נ. Pro ז' reponendum ו' *ſex*, juxta maſoram 2. Paralip. 14. v. 6. & 15. 15. In locorum recenſione, verba וַחֲבֵרוֹ ר'ד'ה *& ſocius ejus in libro Chronicorum*, expungengenda ſunt: poſtea enim ſeparatim iſte locus ſocius adducitur, ubi eſt וישמחו qui extat 2. Par. 15. 15, cui geminus Joſ. 21. 44. Poſt וישמחו כל יהודה ponenda eſt virgula diſtinctionis. Verſ. 28. maſora ad תִּסֵּף exulabat, in pag. ſeq. quam in ſedem ſuam propriam reſtituimus.

Exod. 12. 3. in maſora magna ad ויקחו in locorum recenſione, deeſt in omnibus libris locus unus, unde poſt ויקחו אליך שמן qui extat Exod. 27. 20, ſubjiciatur וחבירו id eſt, *& ſocius ejus.* Is totidem verbis legitur Lev. 24. 2. Sic maſora hæc perfectè recenſetur 2. Reg. 7. 18. Præterea poſt שרה ponenda virgula diſtinctionis, item poſt תרומה: denique pro שנים סוסים legendum חמשה מן הסוסים ex loco antecedenti Regum.

Exod. 13. 7. in maſora parva per י"ב *duodecim*, repoſuimus י"ג *Tredecim*, juxta maſorã magnam hîc, & Pſal. 84. 8, ubi tredecim loca afferuntur. Verſ. 16. in maſora parva ad יָדְכָה pro כ' reponendum כ"א: vide paulò antè ad Exod. 7. 29.

[Exod. 15. v. 2. ad עָזִי notatur, ג' Tria ſunt cum ⸗ At Jeſa. 12. 2. & Pſal. 118. 14, in textu ſcribitur עָזִּי, & Maſora utrobique notat, ג'. Unde & ſic in Exodo ſcribendum videtur, quia rariſſimè eſt ⸗ antè Dages, Et ſic eſſe debere, ſcribit R. Menachem de Lonzano.]

Exod. 15. 8. in maſora magna ad בְּלֶב יָם pro ד' *quatuor*, reponendum ג', *tria* juxta maſoram parvam hîc & Prov. 23. 34. Locus autem ותכבר מאד בלב ים ut falſus, expungendus eſt, quippe qui nullibi in Scriptura extet.

Exod. 17. 3. in maſora parva ad העליתנו in prima &

ſecunda

ſecunda editione Veneta mendosè eſt 'המעמ pro המעט quo alter locus deſignatur ex Num. 16. 13.

Exod. 20. 10. Maſoræ ad את השמים & ad וינח impertinenter erant poſitæ in pag. præcedente, quas in locum proprium reſtituimus. Deinde ad וינח in utraque maſora pro 'ז *ſeptem*, reponendum eſt 'ו *Sex*, ut paulò antè notatum ad Exod. 10. 14.

Exod. 21. 7. Maſoræ ad כְּצֵאת & וְאִם impertinenter hærebant in pag. præcedente, quas hîc ad textum ſuum reduximus. Verſ. 29. in maſora utraque ad וְגַם notatum eſt: *Quatuordecim verſus ſunt, in quorum fine eſt* וגם *duabus dictionibus ſubſequentibus.* Sic quoque in maſora finali in litera 'ג ad גם, & Pſal. 8. 8. At 2. Paral. 21. 4. & 36. 21, traditur eſſe י"א *undecim*, & Ezech. 16. 23, י"ב *duodecim*. Hæc triplex diverſitas ſimul vera eſſe nequit. Hoc loco in Geneſi afferuntur loca quatuordecim inter quæ unus וגם זה הבל falſus eſt. Nullibi enim in Scriptura ſic legitur. Sunt & alia duo ſuſpecta, וגם אני אליך & וגם עמי ישראל, quæ inquirenda aliis. Si & hæc nullibi extent, juſtificanda erit maſora quæ tradit eſſe undecim. Vide & Ezech. 16. 29, Notas noſtras.

Exod. 22. 22. maſora ad שָׁמֹעַ planè confuſa & dubia eſt. Confer Exod. 22. & 1. Sam. 23. & maſoram finalem. Verſ. 28. in maſora magna ad אֱלֹהִים pro ל"א *triginta unum*, reponendum כ"ט *viginti novem*. Remittitur ibidem Lector ad Pſal. 7. Hoc falsò fit: unde pro תהלים סי' ז' reponendum בְּמָסֹרָה רַבְּתָא. Vide notata in maſoram finalem ad Fol. 7. col. 8.

Exod. 23. 25. Maſora מִימֶךָ impertinenter erat pag. ſeq. tradita, quam huc in locum ſui textus proprium reduximus.

Exod. 25. 2. in maſora parva ad וְיִקְחוּ pro 'ז *ſeptem*, repoſuimus 'ו *ſex*, juxta maſoram Exod. 12. 3. & 2. Reg. 7 13. Verſ. 3. in maſora magna ad וְזֹאת, pro וזאת התורה, החקים

החקים legendum וזאת המצוה החקים ex Deut.6.1. Deinde in loco וזאת התרומה אשר תרימו Ezech.45.v.13, in noſtris libris hodie legitur זאת abſque ו'.

Exod.26.v.5. in maſora magna ad האחרת poſt כיורות delenda virgula diſtinctionis, quæ eſt in omnibus libris. Nam locus unus eſt ex 1.Reg.7.38. Verſ.13. in maſora magna, in omnibus libris ponitur: *Eſt unus ex* ל"ה 35. *verſibus, in quibus eſt vox ſcripta hinc, & vox ſcripta inde, quæ habent* ו' *ab initio, una voce exiſtente in medio ipſarum.* Hîc pro ל"ה reponendum ח' *Octo*, juxta maſoram Ezech.46.7, ubi etiam vide Notas noſtras. Error hic numeri provenit ex alia maſora ſimili, quæ traditur in maſora finali fol.28.col.7, ubi numerantur כ"ה ſimiles locutiones, ſed quæ loco differunt. Nam prima iſta octo, occupant initium verſus, iſtæ 25 medium verſus. Deinde hîc in Exodo locorum recenſio remittitur ad maſoram magnam, ubi tamen loca non recenſentur, unde ſatiùs eſſet hîc verum locum indicari, nempe ביחזקאל סי' מ"ו, *Ezech.cap.*46. Verſ.25. maſora ad ויהי impertinenter tradita erat pag. præcedenti.

Exod.27.1.maſora utraque ad חָמֵשׁ, ſive ponatur כ"ה ſive כ"ח, falſiſſima eſt. In locorum recenſione ex Geneſ. 5. afferuntur tantùm quatuor (inter quæ unum exemplum falſum eſt) cùm tamen ſepties in eo capite legatur. Invenimus in univerſum, quinquaginta tria eſſe, quorum indicem novum aſcripſimus in maſora finali.

Exod.28.12.38. in maſora parva ad וְנָשָׂא in omnibus editionibus eſt י"ו *ſedecim*, pro quo reponendum י"ז *ſeptendecim*, juxta maſoram 1.Reg.8. & Ezech.29. Vide notata infrà ad Levit.16.

Exod. 29.22. Maſora וְלָקַחְתָּ impertinenter hærebat in paginâ præcedente.

Exod.32. verſ.7. Maſora וְהֶעֱלֵיתָ impertinenter pag. præc.

præc. fuerat poſita. Verſ. 18. in utraque maſora ad אין, pro י *decem*, reponendum ט *novem*, ut rectè habet maſora finalis. In locorum recenſione, unus impertinens adductus eſt, nempe עשה גדולות ex Job. 5. 9. in quo legitur וְאֵין אין, de quibus ſeparata eſt maſora Jud. 18. Expungendus ergo, & ſic remanent ט *novem*, juxta maſoram finalem.

[Exod. 34. 33. ad וַיְכַל in Maſora magna notatur ה' בתי *Quinquies in Lege*; pro ה ponendum ו *Sexies:* toties enim reperitur. Deeſt in Maſora locus Deut. 32. 45. qui addendus.]

Exod. 35. 3. in maſora magna ad מִשְׁבֹתֵיכֶם traditur: *Tria deficiunt utroq.* ו: *duo ſunt omnino plena* מוֹשְׁבוֹתֵיכֶם, *& reliqua* מושבתיכם: pro hoc poſtremo ſubſtituimus מושבתיכם poſteriore ו deficiente, ut ſcribitur Exod. 12. 20. Verſ. 24. in maſora parva ad מֵרִים adducitur ſymbolum Chaldaicum, כַּסְפָּא אַמְטִיאוּ חַכִּימַיָא וְרֵישַׁיָא. Hîc pro אמטיאו legendum אַשְׁטִי ex maſora Prov. 3. v. 35. Senſus ſymboli, *Argentum ſtultos facit ſapientes & Capita.* Voces indicant quatuor loca, in quibus מֵרִים reperitur.

Exod. 37. 19, maſora גָּבִיעַ impertinenter erat in pag. ſeq. poſita.

Exod. 38. 13, maſora ad הָעַמֻּדִים, & Exod. 39. 21. maſora לִהְיוֹת erant alienis paginis poſitæ.

Exod. 40. 20. in maſora utraq; ad אֶל pro י"ח *Octodecim*, reponendum י"ט *novendecim*, juxta maſoram Gen. 42. 21. Exod. 28. 30. & Num. 15. 38. Tot etiam loca hîc afferuntur. Deinde in locorum recenſione, poſt תהי נא אזנך קשבת virgula diſtinctionis tollenda eſt: cohærent enim verba iſta cum ſequentibus, quæ extant Neh. 1. 6. v. 27. maſora utraque ad ויקטר עליו notat, *Quater iſta ſunt conjuncta.* Pro his adducuntur loca duntaxat tria, quorum duo planè falſa ſunt. Et omnino nonniſi hoc

Digitized by Google

loco hæc locutio occurrit. Poſſet ergo hîc ſubſtitui, ל׳ דסמי׳ *Non extant ampliùs conjuncta.*

IN LEVITICVM.

Levit.3.16. in maſora magna ad לְרֵיחַ pro י״ז *ſeptemdecim*, reponendum י״ו *ſedecim*, Nam ex ſeptemdecim locis quæ hîc adducuntur, expungendus unus, qui falſus eſt, nempe והקטרת את כל האיל, qui legitur Exod.29.18. In eo enim invenitur רֵיחַ ſine ל.

Levit.4.12. in maſora parva ad אֶל מָקוֹם pro ט׳ *novem*, ut eſt in omnibus libris, reponendum י׳ *decem*: nam tot loca in maſora finali inordine אל afferuntur. Vide ibi annotata. Verſ.30. in maſora parva ad מִרְמָה pro ד׳ *quatuor*, corrigendum ו׳, *ſex*, juxta maſoram magnam hîc, & infrà cap 6.20.

Levit.5.v.7. in maſora parva ad דֵי ponitur ח׳ בְּלִשְׁנָא *octo ſunt hujus locutionis*: corrigendum in ז׳ בְּלִשְׁנָא *ſeptem ſunt hujus locutionis*, nempe ſex דֵי & unum וְדֵי. Vide notata ad Levit.12.v.23. in maſora magna ad גָּזֵל notatur: *Duo ſunt cum Kametz*: in maſora parva additur, *cum accentu Sakeph*. At vox in textu in omnibus libris habet Revia, unde in tertia editione Veneta, בְּזָקֵפָא *cum Sakeph* eſt omiſſum. Alter locus in maſora magna hîc adductus, falſus eſt, ex Ezech.18.17: reponendus pro eo, עָנִי וְאֶבְיוֹן הוֹנָה, ex verſ.11. ejuſdem capitis, ubi גָּזֵל eſt cum Sakeph, quod indicare poſſit, etiam in priore loco debere eſſe Sakeph.

Levit.6.20. in maſora magna ad כֹּל deerat unus locus, quem addidimus ex Levit.21.21, ſubſidio maſoræ magnæ finalis. Verſ.32, in maſora magna ad וְכָל מִנְחָה pro י׳ *Decem*, repoſuimus י״א *undecim*, quia tot loca hîc adducuntur, & juxta maſoram Geneſ. 2.5. Exod. 13. v.13. Ibid. maſora מְחַבֶּרֶת impertinenter erat in pag. ſeq. poſita.

Lev.

Lev.7.11, maſora וְנֶפֶשׁ in aliena erat pagina. Verſ.14. in maſora parva ad וְחֵלֶב pro לד 34. repoſuimus ח. 8. juxta maſoram finalem in litera ו, & textualem Ezech. 46. Similis error fuit antea ad Exod.26.13. Verſ.19, utraque maſora ad יָבִיא ponit, טו *Quindecim ſunt*, & tot loca videntur adduci. Corrigendum in יג *tredecim*, juxta maſoram parvam Num.6.13, & Jeſa.7.17. Jere.27.10. & expreſsè Pſal.78.29, ubi loca etiam adducuntur, In locorum ergo recenſione hîc triplex error, unde numeri falſitas prodiit. Primò poſt זבח ponenda virgula diſtinctionis, eſt enim locus hujus capitis, & ſequens extat Num.6.10: deinde Locus, כי את כל המעשה יבא במשפט pravè eſt in duos diſtinctus, ubi diſtinctionis punctum tollendum. Extat autem Eccleſ.12.14, & eſt unus ex quinque defectivis. Denique locus המנחה planè falſus eſt, adductus ex Jeſ.66.20, ubi legitur יָבִיאוּ. Sic remanent tredecim, quinque defectiva & octo plena, ut tradit maſora Pſal.78.29.

Levit.8.2, in maſora parva trăditur: ו *Sex ſunt verſus, in quibus ſemel eſt* אֵת *& ſexies* וְאֵת. Hîc pro ו repoſuimus ז, juxta maſoram magnam hîc & Gen.36.5, Verſ.24. in maſora parva ad אֹתָם pro ח *octo* reponendum ט *novem*. Vide notata ad Job.38.10. Verſ.34, in maſora parva ad לַעֲשֹׂת pro יב repoſitum יג *tredecim*, juxta maſoram Exod.35.1, ubi tot loca recenſentur.

Levit.9.18, in maſora magna ad וְאֶת הָאַיִל deerat locus unus, quem adjecimus ex maſora Exod.29.17.

Levit.10.4, in maſora parva ad קִרְבוּ pro ח *octo*, repoſuimus ה *quinq;* juxta maſoram magnam hîc & Geneſ.5.29. Magis mendoſè tertia editio habet י *decem.* In maſora magna hîc adducitur ſymbolum כִּי תְכַלֶּה לַעְשֵׂר ex Deut.26.12, non pro numero vocum, ut aliàs talia ſymbola ſumuntur, ſed pro ratione accentuum. In voce תכלה eſt accentus Geraſchaim ſeu Gereſch

duplex in altera Teliſcha: ſic in quinque iſtis v[illegible] cum duplici accentu notatis, nempe cum Teliſ[illegible] Gereſch, primùm debet cani vel pronunciari Gere[illegible] nihil obſtante quòd Teliſcha eum præcedat, ratio[illegible] ſcil. naturalis ſitus, quo primam literam occupat, non ratione lectionis.

Levit. 11. 21, in maſora magna ad לְרַגְלָיו pro quatuor locis adducta erant tantùm tria, ubi deficientem addidimus, ex Job. 18. 11.

Levit. 12. 4, in maſora parva ad תָבֹא pro י״ד *quatuordecim*, ut habent omnes libri, reponendum י״ז *ſeptemdecim*, & in maſora magna pro י״ו *ſedecim*, repoſuimus י״ז: nam ſeptemdecim loca hîc adducuntur, & ſic Job. 2. Sic etiam tradit maſora parva Exod. 23. 27, & Deut. 17. 14. Sic alibi maſora parva corrigenda erit. Verſ. 8. in utraque maſora ad בְּ׳ pro ז׳ *ſeptem*, reponendum ו׳ *ſex*, quæ loca hîc rectè adducuntur. His adjicitur in fine unum וְדֵי diſtinctè, unde etiam dici poſſet, ז׳ בְּלִשָּׁנָא *ſeptem ſunt hujus locutionis*. In locorum recenſione pro תַשִּׂיג יָדוֹ legendum תַגִּיעַ יָדוֹ, ex Levit. 5. 7.

Levit. 14 5, maſora הַצִּפּוֹר alienâ paginâ erat poſita.

Lev. 15. 2, in maſora parva ad וַאֲמַרְתֶּם אֲלֵהֶם notatum ל׳ *Non reperitur amplius*: in maſora magna, ב׳ *Bis occurrit*, cujus teſtis adductus ex Jud. 19. 18, falſus eſt. Quærendus alius, aut proba erit maſora parva.

Levit. 16. 22, in maſora magna ad וְנָשָׂא pro י״ו *ſedecim*, reponendum י״ז 17, juxta maſoram parvam hoc loco, & maſoram magnam 1. Reg. 8. 31, ubi loca perfectè adducuntur. Hîc autem in Levitico, in locorum recenſione deſunt duo, qui addendi, איש איש כי יקלל אלהיו ex Levit. 24. 15, & ונשא בו אלה להאלתו ex 1. Reg. 8. 31.

Levit. 17. 14, in maſora magna ad כִּי נֶפֶשׁ כָּל בָּשָׂר traditur: ב׳ פְּסוּקִים בְּהָדֵין עִנְיָנָא מַטְעִין בְּהוֹן *Duo ſunt verſus in hoc*

hoc capite, in quibus facilè errari poſſit, nempe ob verborum ſimilitudinem. Hîc pravè adductus erat verſus præſens, & in duos locos diſtinctus, quod emendavimus.

Levit. 19.34, in maſora magna ad בְּמִשְׁפָּט deerat locus unus, quem addimus ex Deut. 1.17. Iſtum enim locum eò pertinere, maſora ibi docet.

Levit. 20.23, in maſora parva ad בְּחֻקֹּת pro ד׳ *quatuor*, ſubſtituimus ה׳ *quinque*, juxta maſoram magnam hîc, in qua quinque loca adducuntur. Verſ. 25, in maſora parva ad בַּבְּהֵמָה pro ו׳ *ſex*, reponendum ל׳, *Non*: non enim reperitur ampliùs iſto ordine conjunctum בבהמה ובעוף, ſed ſemper verſim בְּעוֹף וּבַבְּהֵמָה.

Levit. 21.22, in maſora magna ad מקדשי הקדשים pro ו׳ *ſex*, ſubſtituendum ד׳. Quater enim hæc locutio occurrit. Loca autem pravè hîc ſunt diſtincta & duo in quatuor diſſecti; unde prodiit numerus de Sex. Tollenda igitur diſtinctio inter לשכות הצפון לשכות הדרום, qui unus eſt locus ex Ezech. 42.13; item poſt ולגשת על כל קדשי, qui cum ſequentibus verbis etiam unus eſt ex Ezech. 44.13, & pro וְאֶל legendum אֶל.

Levit. 22.21, maſora זבח שלמים erat in pag. ſequenti poſita.

Levit. 23.21, in maſora magna ad מוֹשְׁבֹתֵיכֶם datur ſymbolū, quod debebat octo loca indicare: at mendosè propoſitum eſt מה״ם תג״לש, quod legendum מה״מג, ת״לוש quomodo extat 2. Reg. 15. 16, & Cant. 6.4. Literæ autem ſingulæ ſingulas voces denotant, quæ facilè ex locorum collatione intelliguntur.

Lev. 24.12, in maſora parva ad וַיַּנִּיחֻהוּ erat notatum: *Bis occurrit, & quatuor ſunt defectiva hujus locutionis.* Hîc pro ד׳ *quatuor*, ſubſtituimus, ז׳ *ſeptem*, juxta maſoram magnam hîc & 1. Reg. 13.29. Hæc autem vox juxta maſoram, debet in textu ſcribi defectivè. Verſ. 15. in ma-

ſora parva ad וְנֶשְׁרוּ pro י"ו reponendum י"ז ut paulò antè ad Levit. 16. notatum.

Levit. 25. 1, in maſora magna ad וידבר יהוה אל משה pro ט *novem*, repoſuimus י׳ *decem*, juxta maſoram parvam hîc & maſoram magnam Exod. 33. 1., ubi loca adducuntur.

Levit. 26. v. 36, in prima editione in maſora parva ad עָלֶה notatur, ו׳ בְּאַטְרוּפֵי *Sex ſunt ſignificatione foliorum:* Sic Geneſ. 8. 11, at in ſeq. editionibus hæc gloſſa omiſſa eſt. In maſora magna hoc loco eſt, עָלֶה ז׳ בְּטַרְפֵּי ד׳ כְּתִיב יוד וג׳ כְּתִיב ה׳ *Ale ſepties reperitur pro foliis, quater ſcriptum cum* י׳ *& ter ſcriptum cum* ה׳. In noſtra editione eſt aliter, quòd hanc gloſſam falſam deprehenderimus. Videntur Maſorethæ voluiſſe notare vocabulum עָלֵה cum Tzere, partim cum ה׳ partim cum י׳ ſcriptum. Cum ה׳ bis reperitur, Gen. 3. 7, & 8. 11, quæ duo hîc in maſora afferũtur, & eatenus malè eſt in maſora ג׳ *tria* eſſe cum ה׳. Cum י׳ extat quinquies, Nehem. 8. 15, & ita rurſus hîc in maſora malè eſt ד׳, quatuor eſſe cum י׳. Quòd ſi jam עָלֵה hujus textus, ad quod maſora hîc aſcripta eſt, prioribus annumeretur, tunc erunt octo, quò in noſtra editione reſpeximus. Sed præterea adhuc aliud עָלֶה cum Sægol extat, Jeſa. 34. 4, quod excludi non poteſt, ſi hoc Levitici prioribus annumeretur, & ſic erunt novem in univerſum. Prius de ſeptem ſimplicius videtur, & maſoram ad hanc vocem Levitici à librariis impertinenter aſcriptam eſſe.

Levit. 27. 26, in maſora magna ad בִּבְהֵמָה pro ג׳ *tria*, reponendum ד׳ *quatuor*, juxta maſoram parvam hîc, & maſoram magnam Levit. 7. 21.

In fine hujus libri proximè ſub textu traditur: *Numerus verſuum libri hujus*, 859, *quorum ſymbolum* נט"ף, (quæ literæ totidem valent:) *medium ejus ſive medius verſus ejus, Qui attingit carnem fluentis*, Lev. 15. 7, ע"ה ע"זא.

Hæ

Hæ poſtremæ literæ continent numerum verſuum ultimæ ſectionis libri, unde hîc impertinenter ſunt poſitæ. Melius erit, eas ſubjici ſtatim ipſi textui ſupra maſoram de numeris verſuum libri, ut fit in fine omnium ſectionum. Ac pro עז"א mendosè in Venetis libris eſt עז"ה. Eſt enim nomen proprium, quod eundem debebat numerum continere, quem antecedentes literæ numerales ע"ח, i.e. 78. Repoſuimus ergo pro eo עז"א, quod eſt nomen proprium viri עֻזָא, qui arcam ſacram prophanè tetigerat, 2. Sam. 6. 3. Scribitur quidem ibidem verſ. 6. cum ה in fine, ſed ea forma non exprimit præcedentem numerum.

IN NVMEROS.

Num. 1. 1, in maſora magna ad וַיְדַבֵּר יְהֹוָה אֶל מֹשֶׁה pro ט *novem*, repoſuimus, י *decem*: juxta maſoram parvam. Sic ſuprà Lev. 25. 1. Verſ. 2. utraq; maſora ad לְמִשְׁפְּחֹתָם traditur: *Tota Lex defectiva eſt: præter octo*, id eſt, in tota Lege hæc vox defectivè, ſine ו Cub Cholem, ſcribitur, exceptis octo, quæ plenè ſcribuntur. Hæc autem maſora partim falſa eſt, partim impertinens. Falſa, quia in tota Lege nonniſi unum plenum reperitur, quod extat cap. 4. verſ. 38, teſte ibidem maſora, tum etiam quia loca defectè adducuntur. Impertinens, quia reliqua Loca pertinent ad librum Joſuæ, in quo octies plenum eſt. Quòd ſi ea hîc relinquantur, tunc maſora corrigenda eſt in hunc vel ſimilem modum: למשפחותם כל אוריתא חסר במ"א ופי' ופקודי בני גרשון , וכל יהושע רכותיה חסר במ"ח מלאים ופי' ויתן משה למטה בני ראובן , ויהי גבול בני ראובן , וחצי הגלעד ועשתרות , שמעון קדמאה , זבולון בתראה , יששכר קדמה ובתרא , אשר קדמא: Sic loca recéſentur Joſ. 19. Error natus ex maſora parva, ubi ex ל Rabbinico, ſuperiore apice ablato, factū eſt ח. Ergo pro

pro במ"ח legi debet, במ"א, ut eſt in libello ספר מנחת יהודה in Turcia impreſſo, qui indicem maſoræ in Legem continet. Verſ.4, in maſora magna ad אֲבֹתָיו pro ז' *ſeptem*, reponendum eſt ח' *octo*, juxta maſoram magnam hîc, in quâ tot loca adducuntur, quæ extant Num. 1.4. 44, & 2.34, & 13.2, 11.12. Levit.25.v.41. Numer.36.7. Deuter.31.20. Verſ.44, in maſora parva ad אבתיו pro ז' הס' וי"ו בסדרא, reponendum ח' חסר' וי"ו בתורה *Octo ſunt defectiva in Lege*, ut antè ad verſ.4. Sic corrigendum cap.2.34.

Num.4.27, in maſora magna ad מַשָּׂאָם pro ח' ſubſtituimus ד' *quatuor*, quot hîc loca afferuntur, quæ omnia hoc capite extant verſ.27, duo, 31.32. Unde pro בַּתּוֹרָה *in Lege*, rectiùs in maſora diceretur בְּעִנְיָן *in hoc capite*.

Num.6.13, in maſora magna ad יָבִיא pro מ"ו repoſuimus י"ג juxta maſorâ parvam: vide ſuprà ad Lev.7.19.

Num.7.17, maſora אֵילִם impertinenter erat poſita in pag. præcedenti. Verſ.24. in maſora parva ad הַשְּׁלִישִׁי traditur: *Omnia ſunt defectiva*, במ"א *excepto uno defectivo*. Pro במ"א repoſuimus במ"ג, *exceptis tribus*, ex maſora magna, in qua tria adducuntur.

Num.8.20, in maſora magna ad וְכָל עֲדַת pro ה' *quinque* repoſuimus ג' *tria*, juxta maſoram parvam, & quòd tria duntaxat loca afferuntur. Sic maſora 1.Reg.8.5. & 2.Paral.5.6.

Num.10.v.24, in maſora parva ad מְאַסֵּף mendosè erat notatum ד' ג' חס', quæ duæ ſunt diverſæ maſoræ, quas ſeparavimus, & illud ג' חס' *tria ſunt defectiva*, rejecimus ad vocem mox ſequentem הַמַּחֲנֹת, ad quam iſta maſora extat Num.2.17.

Num.12.8. in maſora parva ad וּתְמֻנַת mendosè in Venetis notatum ל' ז' חס' *Non extat ampliùs & ſeptem defectiva*

fectiva ſunt. Hìc 'וי חס expunximus: nullibi enim ſæpiùs defectivum eſt, quàm hoc loco.

Num. 13. 2, in maſora parva ad אֲבֹתָיו pro 'ז *ſeptem*, reponendum 'ח *octo*: Vide notata ad cap. 1. Verſ. 24. in maſora parva pro 'ד *quatuor*, reponendum 'ה *quinque*: Vide quæ notamus in maſora finali ad fol. 30. col. 4. Debet autem hoc loco in textu ſcribi זִמְרָה defectivè juxta maſoræ fidem. Verſ. 26, in maſora parva ad וַיָּשִׁבוּ ponendum 'י' ז' חס' וג' מל juxta maſoram magnam hîc & 1. Reg. 12. 16. Editio prima & ſecunda mendosè habent 'יז, quæ disjungenda 'י' ז. Sunt enim decem in univerſum, quorum ſeptem defectiva & tria plena. Verſ. 29, maſora ad יוֹשֵׁב interdum ponit 'יו, interdum 'יז. Sedecim ſunt יוֹשֵׁב, & uno לְיוֹשֵׁב illis annumerato, fiunt ſeptemdecim. Vide ad Geneſ. 50.

Num. 14. 3, in maſora magna ad וְלָמָּה deerat locus unus, quem addidimus ex maſora Num. 32. 7. Verſ. 11. ad עַד in maſora parva pro 'יו *ſedecim*, reponendum 'יז *ſeptendecim*: vide notata ad 1. Reg. 18. 45.

Num. 16. 35. in maſora magna ad הַחֲמִשִּׁים deficiebant duo loca, quæ addidimus ex Levit. 25. 11. & 2. Regum 1. 14. Unus etiam locus fuit mendosè adductus וישלח וישב pro וישב וישלח, vocibus tranſpoſitis, ut eſt 2. Reg. 1. 13.

Num. 17. 18. in maſora magna וְאֵת שֵׁם deerat locus unus, quem ſupplevimus ex maſora Ezech. 20. 39.

Num. 19. v. 2. in maſora parva ad דַּבֵּר אֶל mendosè erat וְדִין חָסֵר pro quo repoſuimus 'וְדִין סִ *Et hoc eſt ſymbolum.* Adducit enim mox duo vocabula Chaldaica חֻטְרָא לְתוֹרְתָא *Baculus vaccæ* convenit quæ ſymbolicè exhibent duo loca, in quibus verba præcedentia leguntur. Nempe חֻטְרָא indicat locum, in quo extat מַטֵּה *baculus*, Num. 17. 17, לְתוֹרְתָא indicat locum hujus textus, in quo extat פָּרָה *vacca.* Verſ. 5. in maſora magna ad

Tt

לְעֵינָיו deerat locus unus, quem ſupplevimus, addendo ad ultimum locum וַחֲבֵרוֹ *& ſocius ejus.* Extat enim locus iſte bis in Jeremia, nempe cap.39.6. & 52.10. In Venetis aſcriptum eſt ad hunc locum בַּתְרָא דְּיִרְמְיָה *ultimus locus Jeremiæ*, hinc leviter etiam corrigi potuiſſet, una voce addita, קַדְמָא וּבַתְרָא דְּיִרְמְיָה *primus & ultimus Jeremiæ.*

Num.21.6. in maſora parva ad אֵין pro 'י *decem*, reponendum 'ט *novem*: vide ſuprà ad Exod.32.18. verſ.16. in maſora parva ad וּמֹשֶׁה pro 'ח *octo*, repoſuimus 'ט *novem*, juxta maſoram magnam hîc & 2.Reg.2. v.25. ubi novem loca adducuntur. Verſ.25. in maſora parva בְּנֹתֶיהָ notatum erat: *In tota Lege defectivum eſt, exceptis quatuor plenis.* Poſtremum membrum expunximus nunquam enim plenè in Lege ſcribitur, id eſt, cum ו ſub Cholem. Unde mox ad verſ.32. maſora dicit: *Quinque ſunt defectiva, quorum loca, tota Lex,* & cæt. Hic totam Legem pro uno defectivo adducit, indicans omnia eſſe in Lege defectiva, & reliqua loca ex prophetis adjicit, & mox ſubjicit וְכָל כְּתוּבִים דִּכְוָתֵיהוֹן מְלֵאִים ב״מו *& omnia Hagiographa plena ſunt, exceptis ſex,* quæ falſa deprehēdimus, & tranſpoſuimus: וכל כתובים דכו׳ במ״ו מְלֵאִים *& omnia Hagiographa ſimilia ſunt ipſis* (ſcil. defectiva) *exceptis ſex plenis.* Sic 2.Paralip.28.18. notatur, Sex eſſe plena.

Num.22.26. in maſora magna ad וַיּוֹסֶף pro 'ו, *ſex*, repoſuimus 'ז *ſeptem*, juxta maſoram parvam hîc & Jud. 11.14. & 1.Reg.16. v.33. ubi loca ſeptem etiam adducuntur. In locorum recenſione unus pravè citatus & diſtinctus eſt, qui legendus, ſine diſtinctione דבר אל אחז קדמא דויוסף יהוה דבר: ut adducitur 1.Reg.16.33. Extat autem Jeſa.7.10, unde rectiùs ipſa verba adducerentur, ut ibi ſcripta ſunt, nempe ויוסף יהוה דבר אל אחז. Poſt ſeptimum adducitur unus, וַיֶּאֱסֹף cum א, ex 1.Samuel.

muel. 28. v. 19, & reliqua omnia ſcribuntur וַיֹּסֶף defectivè.

Numer. 24. 1. in Maſora parva ad כפעם בפעם, pro ה׳ *quinque*, reponendum ו׳ *ſex*, juxta maſoram finalem, & Jud 20. 31. ubi vide notata.

[Numer. 24. v. 9. in maſora magna ad כַּאֲרִי ſcribitur: *Duo ſunt*. Primus locus ex hoc textu adducitur: alter ex Pſalm. 22. 17. Is falſus eſt: nam ſcribitur per kametz. Scribendus pro eo, קשר נביאיה בתוכה, qui adducitur in Maſora finali, & legitur Ezech. 22. 25.]

Numer. 26. 24. in Maſora magna notatur: *Sex ſunt verſus, in quorum ſingulis vocib. extat litera* ש. Pro ו׳ *ſex* reponendum ד׳ *quatuor*, juxta maſoram magnam in principio Cantici canticorum, & maſorâ finalem. Error provenit hîc ex prava locorum diſtinctione, quòd duo ſint in quatuor diſſecti. Tollenda ergo diſtinctionis virgula poſt חישובי & poſt האשריאלי. Sunt enim verſus 24. & 31. hujus capitis, ſine diſtinctione media legendi. Verſ. 54. in Maſora magna ad יֻתַּן pro ד׳ *quatuor*, repoſuimus ז׳ *ſepties*, juxta maſoram parvam hîc, & quòd ſeptem loca adducuntur. Sic Levit. 11. 38. ubi loca quoque afferuntur. Verſ. 58. Maſora parva ad הוֹלִד habebat, י״ב חֲסֵרִים יוֹד *duodecim ſunt defectiva literâ Jod*, pro eo, ut falſiſſimo, ſubſtituimus: ל׳ חָסֵר יוֹד וי״ב חֲסֵרִים ו״ו *non extat amplius defectivum literâ Jod, & duodecim ſunt defectiva literâ uav.* In Maſora magna hoc loco pro י״א reponendum videtur, י״ב quia Maſora tot loca adducit; quæ etiam ſic ſcripta inveniuntur 1. Paral. capite ſecundo, quarto & quinto. Maſora tamen parva ibi quoque notat eſſe י״א undecim, unde in unius ſcriptione fortè incidit differentia.

Numer. 27. verſ. 7. in Maſora magna ad נָתֹן in locorum recenſione legendum, וַיֹּאמְרוּ נָתוֹן נִתַּן ex Numer. 8. 25.

Numer. 28. verſ. 10. in Maſora magna ad שַׁבַּת pro

שַׁבַּרְתּ in Venetis mendoſè eſt שבערת. Loca autem de שַׁבַּרְתּ cum Pathach notato, extant Levit. 25. 6.

Numer. 29. v. 19. in Maſora parva ad וּשְׂעִיר עִזִּים pro ד׳ *quatuor*, reponendum ג׳ *tria*, ut patet hîc ex Maſora magna. Verſ. 25. idem error in Venetis. Symbolum א״בד eſt probatio trium locorum, nempe reperiri has voces in hoc capite in die primo, ſecundo & quarto.

Num. 29. 39. in Maſora magna ad בְּמוֹעֲדֵיכֶם primus locus in omnibus editionibus eſt mendoſè productus, qui ſic corrigendus, וַעֲשִׂיתֶם אִשֶּׁה לַיהוָה עֹלָה אוֹ זֶבַח לְפַלֵּא נֶדֶר ex Numer. 15. 3. ubi hæc vox ſcribitur defectivè. In ſequenti mendoſè erat בְּמֹעֲדֵיכֶם pro quo repoſuimus בְּמוֹעֲדֵיכֶם ex hoc ipſo textu. Eſt enim unum ex duobus plenis.

Num. 30. verſ. 4. in Maſora magna ad בְּבֵית dicitur י״א מְיַחֲדִין *Undecim ſunt ſolitaria*, id eſt, vox בְּבֵית habet ſibi undecim voces adjunctas, quæ ſæpius cum ea non leguntur. Hîc locorum diſtinctio cautè intelligenda, ne plura putes loca adduci, quàm undecim. Nempe primus locus eſt per ſe, ex hoc ipſo textu deſumtus. Secundum exemplum בְּבֵית שְׁאָן cujus probatio eſt locus ſequens וַיֹּאמְרוּ בְּנֵי יוֹסֵף qui extat Joſ. 17. 16. Tertium exemplum בְּבֵית שָׁאוּל, quod legitur in loco וַיְהִי בִּהְיוֹת הַמֶּלֶךְ׃ 2. Sam. 3. v. 6. Hunc locum cùm inquireremus, invenimus in omnibus libris mendoſè hîc poſitum eſſe הַמֶּלֶךְ pro הַמִּלְחָמָה, quod corrigendum. Sic porrò in ſequentibus, ubi בְּבֵית cum ſua voce diſtinctè ponitur, referendum eſt ad locum ſequentem. Vide Maſoram finalem in בית.

Num. 31. 30. in Maſora parva ad אָחֻז ſimpliciter aſcriptum erat ה׳ *Quinque*; adjecimus diſtinctionis causâ, א׳ מָלֵא, *Unum plenum*, quod extat Eſth. 1. 6. Sic diſtinguit Maſora ipſa mox infrà verſ. 47.

Num. 32. 23. in Maſora magna ad תַּעֲשׂוּן in quibusdam locis eſt י״ד, 14. in aliis ט״ו 15. cauſa eſt locus unus Jud. 7. 17.

in quo

in quo juxta quoſdam libros legitur ſemel iſta vox, juxta alios, bis. Verſ. 25. in Maſora magna ad וַיֹּאמֶר notatur: י״ב, *Duodecim ſunt, quæ putantur eſſe debere* וַיֹּאמְרוּ. Loca autem recenſentur duntaxat undecim: unde in parentheſi monuimus, duodecimum quærendum eſſe. Loca undecim ſunt, Exod. 14. verſ. 25. Numer. 32. v. 25. Jud. 8. v. 6. & 11. v. 15. 1. Sam. 12. v. 5. & 16. 7. & 19. 22. 1. Reg. 20. 3. 2. Reg. 9. 11. Hoſ. 12. v. 11. Zach. 6. 7.

Numer. 33. verſ. 43. in Maſora magna ad אֹבֹת pro ז׳ *ſeptem*, reponendum ו׳ *ſex*, juxta Maſoram parvam hîc, & Levit. 19. 31. Verſ. 49. in Maſora magna ad הַיְשִׁמֹת traditur: *Tres varietates hujus vocis ſunt: in Lege,* הישמת ד׳ *quatuor ſunt ſcripta ſic.* Hîc ד׳ quatuor expungendum eſt: ſæpiùs enim in Lege non occurrit. Vide notata ad Ezech. 25. 9. Verſ. 50. in Maſora parva ad וַיְדַבֵּר יְהוָה quidam libri habent; *Quatuor ſunt cum accentu Darga & Tevir*: Maſora magna, ו׳ *Sex*, Utrumque falſum eſt. Levit. 11. 1. & 2. Reg. 21. v. 10. traduntur, Septem eſſe, & tot loca afferuntur, & rectè. Eſt autem locorum recenſio obſcurè & confusè propoſita. Nam tria loca adducuntur, quibus intelligitur verſus præcedens, qui diſtinctis verbis adduci non poterat: Nempe pro Lev. 11. 1. Numer. 33. 50. & 35. 1. citantur verba verſus proximè ſequentis. Porrò poſt צו את בני ישראל ponenda virgula diſtinctionis, & ſic erunt loca ſeptem. Verſ. 52. in Maſora magna ad וְהוֹרַשְׁתֶּם inter duo loca deerat virgula diſtinctionis, quam addidimus.

Numer. 35. v. 19. in Maſora parva ad יְמִיתֶ omnes libri habent, ד׳ ומלאים, *Quatuor & plena ſunt.* Corrigendum id ex Maſora magna Job. 9. & pro ד׳ *quatuor*, reponendum ח׳ *Octo.* In noſtra editione in Maſora parva, reducenda nota maſorethica alienè poſita, juxta hanc vocem יְמִית & pro ד׳ reponendum ח. Verſu eodem in Maſora parva ad יְמִתֶנּוּ notatum erat, ה׳ חסרים ה׳ בלשנא id eſt, *Quinque deficiunt literâ* ה׳ *in locutione hujus vocis.* Nos pro

altero, 'ה reſtituimus 'י. Debebat enim ſcribi יְמִיתֻנוּ: vide Maſoram magnam Jer. 52. 27. & 2. Sam. 14. 7. In Maſora magna ad hanc vocem debet poni, ה' חס' בלש' *Quinque ſunt defectiva in hac locutione;* voce ſcilicet latè ſumpta cum aliis vocibus hujus conjugationis Hiphil, in qua 'י requiritur. Verſ. 26. in maſora ad יָצִיא notatur: *Septies occurrit, quater defectivè & ter plenè.* Plenorum ſymbolum eſt עשן, ubi ſingulæ literæ denotant ſingula nomina, עֹרֵב *corvus*, שִׁמְעוֹן *Simeon*, נַעֲמָן *Naaman*, juxta quæ plenè ſcribitur. Symbolum illud argutè deſumptum eſt ex loco, וְהַבַּיִת יִמָּלֵא עָשָׁן *Et domus plena fuit fumo*, Jeſa. 6. 4.

Numer. 36. 7. in Maſora parva ad אֲבֹתָיו pro 'ז *ſeptem*, reponendum 'ח *octo*: vide ſuprà notata ad cap. 1.

IN DEUTERONOMIUM.

Deut. 1. 17. in Maſora parva ad בַּמִּשְׁפָּט pro 'ב *duo*, reponendum 'ח *octo*: vide ſuprà ad Levit. 19. 34.

Deut. 2. v. 30. in Maſ. magna ad וְלֹא אָבָה erat notatum; *In toto Deuteronomio in principio verſus ſemper eſt* לא, *exceptis ſedecim, quæ ſunt* וְלֹא. Hîc pro בט"ו repoſuimus בי"ז *exceptis ſeptendecim*, juxta maſoram parvam hîc & Deut. 23. 5. & juxta Maſoram finalem in לא, ubi ſeptendecim loca afferuntur.

Deut. 3. 13. in Maſora magna ad שֵׁבֶט הַמְנַשֶּׁה notatur 'ב *Duo ſunt*. Adductus eſt locus unus ex 1. Par. 5. 23, ubi ſcribitur מְנַשֶּׁה ſine ה ab initio, ideoque impertinens eſt. Nota maſorethica videtur tantùm ad הַמְנַשֶּׁה pertinere, quod bis reperitur, hîc & 1. Par. 27. 21. Joſuæ liber hîc excipitur, quia quæ in eo ſunt, recenſentur peculiariter.

Deut. 4. 13. in Maſora parva ad לחות pro 'ה *quinque*, repoſuimus 'ב *duo*, juxta Maſoram magnam hîc & infra cap. 9. 11, & ſic in Maſora finali. Error natus ex לוחות quod quinquies invenitur.

Digitized by Google

Deut. 5. 4. in Maſora magna ad דָּבָר deerat locus unus, quem addidimus ex Exod. 33. 9. Ver. 10. in Maſora parva ad מִצְוֹתָו ponitur, legendum מִצְוֹתָיו. Id expreſsè contra maſoram eſt, quæ in veſtibulo libri Samuelis ponitur, ubi iſta vox prima eſt inter 41. voces, quæ in fine ſcribuntur cum ו' & leguntur per י'. Debet ergo hîc poni legendum מצותי, quomodo legit Chaldæus, & poſtulat ſenſus.

Deut. 7. 26. in Maſora utraque ad תְּתַעֲבֶנּוּ traditur: *Hoc verbum ſemper ſcribitur cum Pathach* (ſub ת radiciali) *exceptis quatuor cum Kametz.* Hîc pro ד' *quatuor*, ſubſtituimus ה' *quinque*, quia tot loca hîc adducuntur, & Maſora ſic tradit Pſal. 5. 7, & ſimiliter Maſora finalis. Pſal. 106. traduntur tantum quatuor, excluſo loco Pſal. 107. 17, quem tamen monet in quibuſdam Maſoræ libris iſtis quatuor cum kametz annumerari, ut & hîc in Deuteronomio iſtis annumeratus eſt, etſi in noſtris libris ſit cum patach.

Deut. 8. 15. in Maſora parva ad נָחָשׁ pro ז' *ſeptem*, repoſuimus ו' *ſex*, juxta Maſoram magnam hîc, in qua ſex duntaxat loca afferuntur, & ſic Maſora parva habet Exod. 30. 34. Pro חימר ut eſt in omnibus libris, legendum וְחָצוֹר, quod eſt nomen proprium urbis, Joſ. 15. 25. Ultimus locus ſimiliter pravè adductus eſt; legendum תורין ודכרין, Eſr. 6. 9. ubi tamen alius accentus eſt in libris impreſſis.

[Deuter. 8. verſ. 16. ad יָדְעוּן in Maſora parva notatur ד'. Pro eo reponendum ב'. Bis enim tantùm reperitur: hîc, & v. 3. ejuſdem capitis.]

Deut. 10. 20. in Maſora parva pro ה' זוגין, ut eſt in omnib. libris, reponendum ד' זוגין, juxta Maſoram Deut. 6. 13, & ſic in veſtibulo libri Samuelis, ubi loca adducuntur.

Deut. 11. 2. in Maſora parva ad וַאֲשֶׁר עָשָׂה pro ח' *octo*, reponendum ז' *ſeptem*, juxta Maſoram 1. Reg. 2. 24. Sic etiam habet Maſora finalis in אשר. Ver. 29. ad אל pro ח"י reponendum ט"י. Vide notata ad Exod. 40. 20.

Deut. 12.

Deut. 12. 9. in Maſ. magna ad אֶל הַנַּחֲלָה traditur : *Vocabulum* נַחֲלָה *ſemper babet ante ſe* עַל, *præter quatuor* ד׳ אֶל. Pro *quatuor*, repoſuimus ג׳ *tria*, quia tria tantùm loca hîc adducuntur, & ſic tradit Maſora Pſal. 5. 1. & Maſora finalis.

Deut. 13. 9. in Maſ. parva ad בָּרִאשׁוֹנָה pro ואנון חס׳ מל quæ ſunt inter ſe contraria, repoſuimus ואנון ח׳ מל, id eſt, *Et ſunt octo plena*, nempe in reliqua Scriptura, quæ enumerantur Jerem. 7.

Deut. 15. 8. in utraque Maſora ad ה׳ pro ה׳ *quinque*, reponendum ו׳ *ſex*; vide notata ad Lev. 12. & Maſoram Levit. 25. 28.

Deut. 19. 6. [ad יֵחַם notatur ב׳ א׳ קמץ וא׳ פתח Duo ſunt, unum cum Kametz, alterum cum Patach. Id falſum : tria enim ſunt, duo cum Patach, & unum cum Kametz. Reponendũ ergo. ג׳ ב׳ פתח וא׳ קמץ. ibid.] in Maſ. parva ad מִתְּמֹל pro חֲסֵרִים *defectiva*, repoſuimus מְלֵאִים *plena*. Omnia enim defectiva ſunt, præter quatuor plena. Deinde in Maſora magna ad eandem hanc vocem pro ז׳ *ſeptem*, reponendum ח׳ *octo*, juxta Maſoram 2. Reg. 13. 5.

Deut. 23. 7. in Maſora parva ad לְעוֹלָם pro ח׳ *octo*, reponendum י״ח *octodecim*, ut paſſim maſora tradit, & ſic Maſora finalis, quæ ablegat ad Pſal. 75. ubi tamen loca non adducuntur. Vide notata in Maſoram finalem ad fol. 49. col. 2.

Deut. 28. v. 22 in Maſora parva ad עַד pro י״ד repoſuimus י״א, juxta Maſoram magnam hîc & Geneſ. 38. v. 17. & Cant. 8. 4. in quibus ambobus locis, undecim exempla afferuntur. Verſ. 63. in Maſora magna ad שָׂשׂ, loca mendosè erant adducta, & defectè, quæ diſtinximus & complevimus. Primus autem erat pravè ex hoc loco & Deut. 30. v. 9. corruptus.

Deut. 31. 2. in Maſ. magna ad לָבוֹא videbatur locus unus deeſſe ex prava diſtinctione, quem emendavimus.

Ver. 15. Maſoram וְקָם הָעָם הַזֶּה ex ſequenti pagina hûc in locum ſuum proprium reduximus.

Deut. 32. 34. in Maſora magna ad בְּאֹצְרֹתָי mendosè in omnibus libris eſt, כל אשר באצרתי, quod legendum אשר בביתי ex 2. Reg. 20. 15.

Deut. 33. 1. Maſora parva ad וזאת pro בתורה reponendum בִּקְרְיָה. Non enim omnia in Lege extant, ut loca indicant Exod. 25. 3. adducta.

In fine Deuteronomii numerus verſuum totius Legis, in omnibus libris mendosè proponitur, nempe 5245. Falſitatem collatio numeri verſuum ſingulorum librorum detexit. Collationis occaſionem dederunt Elias Levita & Talmudici, qui diſſentiunt. Elias Præfatione tertiâ libri Maſoreth ponit 5842. Talmudici in libro קדושים *Kidduſchim*, fol. 30. ſtatuunt 5888. Editio Felicis Pratenſis, & cum ea libri in quarto plures, 5945. Juxta Maſoram, ut ea in fine ſingulorum librorum traditur, ſunt 5845, ut ex ſubjectis numeris facilè colligi poteſt.

Geneſis habet verſus	1534
Exodus	1209
Leviticus	859.
Numeri	1288
Deuteronomion	955.
Summa	5845.

Quam rationem computationis Talmudici & Elias ſecuti ſint, non patet, etſi Eliæ diſſenſio minutula ſit. Editio Felicis Pratenſis, Anno 1517. edita, erravit in numero Deuteronomii, cui apponit verſus 1055, in quo centum redundant.

IN JOSVAM.

[Joſ. 1. verſ. 2. ad אָנֹכִי נֹתֵן, Maſora parva notat ו׳ דסמי׳

Sexies conjunctæ ſunt hæ duæ Voces: pro 'ו ponendum 'ז *Septies.* Tot enim ſunt: & totidem numerat Maſora magna Deut. 11.26. & Maſora finalis. V. 4. ad הַחִתִּים Maſora parva notat 'ד. Maſora finalis & Maſora utraque Judic. 1.26. habet 'ה, & totidem loca in Maſora magna adducuntur.]

Joſ. 1. verſ. 5. 8. in Maſora parva ad לֹא notatur: 'ט *Novies eſt initium verſus in libro Joſuæ.* Hoc falſum poſtea deprehendimus. Nam infrà Joſ. 11. 19. 22. & 21. 45. traduntur ſeptem eſſe, & tot loca ibi afferuntur, & rectè. Sunt autem in reliquis Prophetis prioribus præterea duo, nempe 1. Sam. 26. 16. & 2. Sam. 20. 21. qui iſtis ſeptem additi, conſtituunt novem, nempe בנביא' ראשוני *in Prophetis prioribus. At hîc in Joſua* pro 'ט *novem*, reponendum 'ז *ſeptem*, prout etiam habet exemplar MS.

[Joſ. 2. 4. ad שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים Maſora parva notat 'ג, reponendum 'ד & v. 24. Vide & Maſoram magnam Deut. 19. v. 17. ubi loca adducit, Maſoram item finalem. Ibid. ad וְלֹא יָדַעְתִּי in Maſora parva ponitur 'ח 8: reponendum 'ה *Quinque:* tot enim ſunt. Et ſic habet Maſora utraque Jerem. 11.19. ubi loca adducuntur.]

Joſ. 6. 20. in Maſora parva ad הָעִירָה, mendoſiſſimè erat notatum, ח' חד לשון עורא, pro quo reſtituimus ח' וחד לשון עורה id eſt, *octies reperitur, & unum eſt ſignificationis Evigilandi.* Illud extat Pſalm. 35. 23. ubi vide Maſoram. Hinc in maſora magna ponuntur eſſe novem, annumerato illi Evigilandi ſignificato, quod tamen perperam fit.

Joſ. 7. v. 13. in Maſora magna ad קָם in locorum recenſione poſt וַחֲבֵרוֹ *& ſocius ejus*, deerat virgula diſtinctionis, quam addimus. Inde enim numerus erat turbatus.

[Joſ. 8. 1. ad וְאֶת אַרְצוֹ notatur in M. P. 'ח *Octies:* reponendum pro eo 'ה *Quinquies*, ex Maſora Num. 21. 34.]

Joſ. 8.

Joſ. 8.35. in Maſora parva ad לא pro ט' novem, reponendum ז' *ſeptem*: vide notata paulò antè ad Joſ. 1.

Joſ. 10. 10. in Maſora parva ad עד, pro י"ד *quatuordecim*, reponendum eſt י"ז *ſeptendecim*: vide notata ad 1. Reg. 18.45. V. 15. in Maſora magna ad הגלגלה, pro ד' *quatuor*, ſubſtituendum ו' *ſex*, juxta Maſoram parvam hìc, & 2. Sam. 19. 40. & quia tantùm ſex loca adducuntur. Editiones Venetæ pravè habent ז' *ſeptem*. Ibid. ad וכל ישראל, notatum erat ל"ח *Triginta octo ſunt, in medio verſus*: repoſuimus pro eo ל"ה *triginta quinq;*, juxta maſoram finalem, in qua tot loca afferuntur. Verſ. 27. in Maſora magna ad בוא, pro י"ב *duodecim*, repoſuimus י"ג *tredecim*, juxta Maſoram parvam hìc, & magnam Ezech. 33. ubi loca adducuntur. Verſ. 36. in Maſora magna ad חברונה, pro novem locis, videbantur tantùm octo adducta, ob pravam diſtinctionem, quam correximus. Verſ. 38. maſora דברה in aliena pagina erat poſita.

Joſ. 11. 20. Maſora למען cum ſequentib. aliquot, impertinenter erant paginâ præcedenti poſitæ.

Joſ. 12. v. 3. maſora הישמת ex præcedenti pag. hûc revocata eſt. Triplici autem forma hæc vox ſcripta reperitur הישמת הישימות הישמות, quod Maſora magna notavit hìc & Num. 33. 49. Verſ. ult. hujus capitis ponitur in margine חצי הספר *Medietas libri*, ſcil. juxta verſus. Reponendum id ad verſum 26. capitis ſequentis, qui incipit ומחשבון, juxta fidem maſoræ in fine hujus libri.

Joſ. 13. 21. Maſora וכל ערי Ex præced. pag. huc revocata eſt. Verſ. 24. vox in textu למשפחותם debet juxta Maſoram Joſ. 19. defectivè ſcribi, unde quoque circulus, qui Maſoram indicat, expungendus, & Maſora reducenda ad verſum præcedentem juxta illud למשפחתם ipſiq́ue circulus imponendus.

Joſ. 14. 1. in Maſora parva ad נחלו pro נ' repoſitum

eſt ד' *Quatuor*, juxta Maſoram magnam hîc, quæ quatuor loca hic adducit, & ſic infrà cap. 17. 6. Verſ. 2. in Maſora parva ad בְּגוֹרָל in omnibus editionibus notatum eſt ד' פתחין *Quatuor ſunt cum Pathach*. Hoc falſum: ſubſtituendum pro eo ד' רְפִין *Quatuor ſunt raphata*, id eſt, cum Scheva ſub Beth, ut eſt in Maſora magna. In Maſora magna ad eandem hanc vocem, notatum ח' רְפִין, *quinque ſunt raphata*, & adducta loca quinque, reponendum ד' רפין. Sunt enim tantùm quatuor; & ſecundus expungendus, qui eſt ex libro Numerorum, in quo ſemper raphatum eſt, ideoque ab illis quatuor excipitur, ut patet ex Maſora Jud. 20. 9. Verſ. 6. in Maſora parva ad מֹשֶׁה אִישׁ הָאֱלֹהִים erat ל *Non reperitur amplius*: repoſuimus pro eo ו' דְּסְמִיכִין *Sex ſunt ſic conjuncta*, loca Maſora magna hîc adducit.

Joſ. 15. v. 37. in Maſora magna ad וּמִגְדַּל pro ſeptem locis videbantur octo eſſe adducta, quòd unus locus eſſet in duos diſtinctus, quod correximus.

Joſ. 17. v. 12. in Maſora parva ad וַיּוֹאֶל mendosè erat, *Sex ſunt, quatuor plena & duo defectiva*. Repoſuimus pro eo, ז *Septem, quinque plena & duo defectiva*, ut in Maſora magna. In ea tamen aliud mendum erat, quod diceret, *Quinq; eſſe defectiva, duo plena*, pro, *Quinque plena, & duo defectiva*: Vide Maſoram ad Exod. 2. 21.

Joſ. 18. 6. in Maſora parva ad וְאַתֶּם pro ה' *quinque* repoſuimus ד' *Quatuor*, juxta maſoram magnam hîc, quæ tot loca adducit, & ſic Maſora parva Ezech. 36. 8. & Maſora finalis. Verſ. 11. in Maſora parva ad גּוֹרַל pro ג' *tria*, repoſuimus ד' ex Maſora magna hîc & Num. 36. 3.

Joſ. 19. 13. in Maſora parva ad וּמִשָּׁם pro ח' *octo*, repoſitum ט' *Novem*, juxta Maſoram magnam hic & Num. 21. v. 14. ubi loca adducuntur. Verſ. 19. in Maſora utraque ad וְשִׁיאֹן pro ח' *octo*, reponendum, ט' *novem*, & in

locorum

locorum recenſione; ad locum ויען חדה, qui hujus textus eſt, addendum ב' בו, *Duo ſunt in eo.* Sic plenè adducuntur Eſræ 5.5. Verſ.49. maſora וַיְּבַלּוּ ex præcedenti pagina huc in ſuum locum traducta eſt.

Joſ.20.9. in utraque maſora ad בְּגוֹרָל erat notatum ה' *Quinque ſunt lenia.* Id correximus in ד' *quatuor*, juxta maſoram Joſ.14.2. Vide etiam mox notata ad caput ſequens.

Joſ.21.4. in maſora magna ad בַּגּוֹרָל traditur; *Quatuor ſunt dageſſata, eaq́ omnia defectiva* ו'. Iſta quatuor hîc in textu ſunt verſ.4.5.6.8. & ſcribũtur in omnibus libris plenè cum ו', unde pro חֲסֵרִים poſuimus מְלֵאִים. Deinde ponendum, ד' דגשין בענין *quatuor ſunt dageſſata in hoc capite*, aut ו' דגשין *ſex ſunt dageſſata*: nam alia duo adhuc notantur 1.Paral.6. v.61.63; quæ hiſce quatuor adjungenda. In maſora parva pro ד' reſtituendum ו', juxta maſoram 1.Paralip. 6. Præterea legitur adhuc aliud 1.Paral.6.65, ſed maſora ad illud nihil annotavit, unde illud tunc fortè fuit ſcriptum בְּגוֹרָל cum Scheva: quo juſtificari poſſet maſora Joſ.14.21, de quinq; raphatis. Verſ.44. in utraq; maſora pro ז' *ſeptem*, reponendum ו' *ſex:* deinde in maſora magna expungenda ſunt verba וְחַבְרוֹ דְמִשְׁנֵה תוֹרָה׃ *& ſocius ejus in Deuteronomio*, quod falſum: nunquam enim in iſto libro legitur. Vide ſuprà ad Exod.10. v.14. Verſ.45. in maſora parva ad לא traditur: *Sexies occupat initium verſus in hoc libro.* Pro ו' repoſuimus ז', juxta maſoram magnam hîc, in qua ſeptem loca adducuntur. Vide notata ad Joſ.1.

Joſ.22.3. in maſora parva ad לא pro ו' *Sex*, reponendum ז' *ſeptem*: vide notata ad Joſ.1. Verſ.6. in maſora parva ad וַיְשַׁלְּחֵם pro ז' *ſeptem*, reponendum ט' *novem*, juxta maſoram Jerem.38.11, & nonus locus hîc in maſora magna addendus, אל ירמיהו אל הבור ex Jeremia. Verſ.8. in maſora magna ad בְּכֶסֶף in locorum recen-

ſione pro quindecim videbantur adducta loca quatuordecim, propter virgulam diſtinctionis ſublatam, quam ſuo loco reſtituimus. Verſ. 18. in maſora parva ad וּמָחָר pro 'ז *ſeptem*, repoſuimus 'ו *Sex*, juxta maſoram magnam hîc & Exod. 19. Verſ. 23. in maſora magna ad וְאִם notatum: *Octo ſunt verſus, in quibus eſt* וְאִם, & adducta videbantur loca novem, ob virgulam diſtinctionis redundantem, quam ſuſtulimus. Ibidem ad עוֹלָה notatur: *Tria ſunt plena in hoc libro*, ſcil. cum litera 'ו, hoc verſu & verſ. 26. & 28, ubi verſ. 26. pravè ſcriptum eſt defectivè, cùm maſora expreſsè notet illud eſſe plenum, ut & in quibuſdam libris ſcriptum eſt.

Joſ. 24. 28. maſora וַיְשַׁלַּח cum ſequenti ad hunc textum ex ſequenti pagina tranſlata eſt.

Sub finem hujus libri notatur Summa verſuum 656. Signum ejus numeri traditur mendoſè סנ״ו per Samech loco ם Mem finalis, quod valet 600. Præſtaret poni, נ״ום. Deinde verſus medius hujus libri pravè citatur ומחשבון עד רמת גלעד. Pro גלעד legendum הַמִּצְפֶּה, ex Joſ. 13. v. 26. qui eſt medius. Ad eum etiam ponendum eſt in margine חֲצִי הַסֵּפֶר. quod falsò in omnibus libris notatum eſt ad verſum ultimum cap. 12.

IN JUDICUM LIBRUM.

Jud. 2. 2. In Maſora parva ad מִזְבְּחוֹתֵיהֶם erat notatum; *Tria ſunt plena*. Diſtinximus id, ג' ב' מְלֵאִים, *Tria, quorum duo plena*, Sic loquitur Maſora parva Deuter. 7. 5. & maſora magna hoc loco & Ezech. 6. Defectivum extat in Deuter. etſi in quibuſdam exemplaribus plenum ſit, contra authoritatem maſoræ. Verſ. 12. maſora יי' אֱלֹהֵי אֲבוֹתָם ex præcedenti pagina hûc in locum proprium reducta eſt.

Jud. 3. 26. in maſora parva ad הַפְּסִילִים erat 'ג, *Tria*: repoſui-

repoſuimus pro eo 'ד, *quatuor*, juxta maſoram magnam hoc loco & 2.Paral.33.22.

Jud.6.v.2. in maſora parva ad המנהרות pro 'ח reponendum 'ט vide maſoram Jeſaj.33.16. & Ezech.33.27. Verſ.13. in maſora parva ad בי אדני notatũ erat 'ח *Quinquies conjunctim leguntur:* correximus in 'ז *Septem*, ex maſora Geneſ.43. ubi tot loca adducuntur. Error, ut videtur, natus ex בִּי אֲדֹנִי, quod quinquies legitur, ut mox traditur verſu 15.

Jud.7.v.5. maſora ad בִּלְשׁוֹנוֹ varians eſt. Parva hîc habet 'ח, *Octo ſunt plena,* Magna habet 'ז, *Septem*, quod mutavimus in 'ו *Sex*, quòd ſex tantum loca hîc afferat, quòd etiam maſora finalis ſic tradat, & maſora magna Proverb.17.20. At Zach.14.12. traditur 'ז *ſeptem*. Fieri ergo poteſt, ut præcedens locus Prov. ſeptimus ſit, maximè cum maſora parva eum inter plena ſcribat. Verſ. 11. in maſora parva ad הַחֲמֻשִׁים erat notatum; *Quatuor ſunt hujus locutionis:* adjecimus 'חס. *Defectiva.* In maſora magna erat, *Quatuor ſunt defectiva*; adjecimus בלשנא *In hac locutione.* Maſora enim accipit vocem חמשים, tam ſolam, quàm cum litera ſervili.

Jud.8.6. in maſora parva ad נִתֵּן pro 'ז *ſeptem*. repoſuimus 'ו *Sex*, ex Maſora Geneſ.34.v.21. ubi loca adducuntur. Sic etiam corrigendum verſ.15. In maſora magna ad eandem hanc vocem allegata erat Maſora magna finalis. At cum ibi loca non extent, ſubſtituimus hîc ſectionem וַיִּשְׁלַח Gen.34. Verſ.22. in maſora magna ad גם pro 'י"ג, ſubſtituimus 'י"ב, 12. ex maſora Jerem.12. & maſora finali Corrigenda etiam ſic erit maſora parva in qua 'י"ג remanſit. Cæterum in maſora magna erant hîc undecim duntaxat loca adducta, ubi unum deficientem addidimus ex maſora Jeremiæ. Verſ.25. in maſora parva ad נָתוֹן reponendum, 'ה' נ' מל.

Non

Non enim ſunt quinque plena, ſed quinque in univerſum, quorum tria ſunt plena & duo defectiva. Vide Maſoram Num.27.7. Verſ.33. ad וַיָּשֻׁבוּ pro ד׳ reponendum ו׳ *ſex*, Juxta maſoram Jud.21.23. & 1.Reg.22.33, ubi loca addacuntur.

Jud.9.7. maſora ad וַיֹּאמֶר לָהֶם diſcrepans eſt. Quandoque notat, כ״ב, 22, quandoque כ״ג 23. Maſora finalis viſa fuit viginti tria loca adducere, quoad ordinem externum. Sed tandem inquiſitione factâ, deprehendimus locum ex 2.Reg.25.24. fuiſſe pravè in duos diſſectum. Corrigenda itaque maſora erit, ubicunque כ״ג, 23, ponuntur. Verſ.17. in maſora magna ad נִלְחַם pro duodecim locis erant duntaxat undecim allata: deficientem addidimus ex verſ.25. hujus capitis. Sic paſſim ad hanc vocem notatum eſt, eſſe duodecim. Unum tamen præter illa adhuc invenimus 1.Paral.18.10, quod inter hæc duodecim non eſt computatum. Verſ.18. in maſora parva ad וְאַתֶּם pro ט׳ *novem*, reponendum ד׳ *quatuor*: juxta maſoram Joſ.18.6, ubi vide Caſtigationes noſtras. Verſ.37. in maſora parva Notam maſorethicam ב׳ מְלֵאִים *Duo ſunt plena*, ut impertinentem & hoc loco falſam, expunximus. Ad יְרֵדִים pertinere non poteſt, quia nunquam plenè cum י׳ ſcriptum legitur.

Jud.11.6. in maſora parva ad וְהָיִיתָה pro ב׳ *duo* repoſuimus ג׳ *tria*, juxta maſoram magnam hîc, in qua tria loca adducuntur. Et tamen fortaſſis tantùm duo ſunt: nam in tertio exemplo ex 1.Paral.19.11, ſcribitur וְהָיִיתָ, quam formam maſora à præcedentibus alibi diſtinguit. Verſ.8. in maſora magna ad לְרֹאשׁ pro quinque locis videbantur adducta ſex, quod unus locus pro duobus eſſet propoſitus, virgulâ diſtinctionis interjectâ, quam ſuſtulimus. Verſ.15. ad וַיֹּאמֶר notatur: *Duodecim ſunt, quæ putantur eſſe debere* וַיֹּאמְרוּ. Deeſt hîc locus unus, quem hactenus obſervare non potuimus.

Verſ.30.

Verſ.30. in maſora utraq; ad נָתוֹן pro ד' מְלֵאִים *quatuor ſunt plena*, reponendum, ה' ג' מְלֵאִים *quinque ſunt, quorum tria plena*, juxta maſoram Deuter.15.10. & Num. 27.7, aut ſimpliciter ג' מְלֵאִים. In maſora magna primus locus, in quo eſt וְנָתוֹן, ceu impertinens, expungendus. Nam de eo peculiaris extat maſora Geneſ.41. v.43, quæ cum נָתוֹן non commiſcenda. [Verſ.34. in utraque maſora ad מִמֶּנּוּ pro ה' *Quinque* reponendum ו' *Sex*, juxta Maſoram Levit.6.8. ubi loca enumerantur, quorum quinque reliqua extant Levit.27.9. Joſ.1.v.7. Jud.11.34.1.Reg.22.43. 2.Reg.4.39. In Maſora magna, poſt ſecundũ locum omiſſus eſt locus Joſuæ, אל תסור ממנו ימין, qui addendus. Symbolum quoq; pravè adductum eſt: repetendum autem ex Levitico אפריש בעירא יהושע ויפתח לקש באורחא.]

[Judic.12.2. ad וָאֶזְעַק notatur in maſora parva ל', *Non amplius reperiri*. Id falſum: ter enim reperitur. Circulus videtur apponendus ad וְהוֹשַׁעְתֶּם in eadem Linea.]

Jud.13.19. in maſora magna ad הַמַּפְלִא pro quatuor locis adducta erant quinque, ex quibus unum falſum, ex Levit.27.2. pravè duplicatum, expunximus. Rectè afferuntur, Num.6.2.

Jud.14.15. Maſora וַיֹּגֶּר impertinenter erat in pagina ſequenti poſita, quam hûc ad ſuum textum reduximus.

Jud.15.7. in maſora magna ad תַּעֲשׂוּן traditur, ט"ו *quindecim* eſſe, in maſora parva י"ד *quatuordecim*. Cauſa diſcrepantiæ eſt unus locus controverſus, qui in quibusdam libris ſcribitur תַּעֲשׂוּן, in aliis תַּעֲשׂוּ. Vide maſoram Jud.7.

Jud.17.5. maſora parva ad בֵּית אֱלֹהִים pro ד' *quatuor*, poſuimus ה' *quinque*, ex maſora Geneſ.28, ubi quinque loca adducuntur. Verſ.7. in maſora magna ad וְהוּא traditur: Sex ſunt verſus, in quibus eſt והוא והוא. Pro ו'

Digitized by Google

ſex, reponendum ז' *ſeptem*, juxta maſoram 1.Reg.19. v.19. & Hoſ.7.9, ubi ſeptem loca adducuntur. In locorum recenſione poſt תַּקְרִישׁוּ, ponenda virgula diſtinctionis, & ſic erunt loca ſeptem.

Jud.18.12. in maſora magna ad עַל כֵּן pro ח' *octo*, ſubſtituimus ט' *novem*, ex Maſora Gen.32.33. Verſ.21. in maſora utraque ad הַכְּבוּדָּה notatum erat: *Tria ſunt plena & dageſſata.* Adjecimus בִּלְשָׁנָא *in hac locutione.* Non enim de hac voce ſimpliciter, ut hîc extat, maſora loquitur, ſed etiam de כְּבוּדָּה ſine ה ab initio.

Jud.19.13. Maſoram לְךָ ex ſequenti pagina huc in locum proprium reduximus. Verſ.15. maſoram לָלִין ſimiliter ex pagina ſequenti, huc ad ſui textus locum aſcripſimus. Erat autem ad eam vocem traditum, ז' *ſeptem* eſſe. Repoſuimus pro eo ו' *Sex*, juxta maſoram magnam hîc & maſoram finalem. Unum præterea eſt cum Chirek לָלִין Geneſ.24, quod ſeparatim his adjecimus, quia & maſora id ſeparatim notat.

Jud.20.9. in maſora parva ad בְּגוֹרָל pro ה' *quinq*, reſtituendum ד' *quatuor:* Vide Notas ad Joſ. 14. 2. Verſ. 30.31. in maſora parva ad כְּפַעַם בְּפַעַם pro ה' *quinque*, ſubſtituimus ו' *ſex*, juxta maſoram magnam hîc & finalem, in qua ſex loca adducuntur, quæ extant Num.24.1. Judicum 16.20. & 20.30.31. 1.Samuel.3.10. & 20.25. Verſ.39. in maſora parva ad וּבִנְיָמִן pro ב' *duo*, repoſuimus ט' *novem*, juxta maſoram magnam hîc, quæ locorum recenſionem remittit ad maſoram finalem, ea rurſus huc, & ſic neutro loco extant. Quærenda ergo ſunt alibi. Geneſ.45.14. maſora etiam notat ט' *novem*. Verſ.42. maſora parva ad מַשְׁחִיתִים habet ד' *quatuor*: maſora magna ח' *octo*. Horum conciliationem maſora ipſa ponit Jeſa. 1.4, ubi ad משחיתים notat, ח' ד' מלא' *Octies vox iſta reperitur, quorum quatuor plena ſunt*, ſcilicet cum utroque Jod. Cæterum משחיתים ſive plenè ſcriba-

Digitized by Google

ſcribatur,ſive defectivè, extat tantùm ſepties, ut & ſeptem exempla hîc afferuntur,& octavum eſt הַמַּשְׁחִיתִם, cui ut à reliquis diſtincto, maſora præponit וְחַד *& unum eſt*, nempe cum ה ab initio. Quatuor iſta plena ſunt, Jud.20.42. Jeſa.1.4. Jerem. 6.28. 2.Paral.27.2. Quod in Jeremia extat,in quibuſdam libris ſcribitur מַשְׁחִיתִם planè contrà maſoram, quæ Geneſ. 19. notat, ad locum משחיתם להפיל, qui extat 2.Sam.20.15, Non extare ampliùs ſic ſcriptum.

Jud. 21.9. in maſora magna ad יָבֵשׁ pro 'ו *ſex*, repoſuimus 'ז *ſeptem*, juxta maſoram finalem. Hîc autem omiſſus erat locus unus, ex verſ.20. hujus capitis,quem adjecimus. At quid ſibi vult maſora parva,quæ hîc notat 'ח *Octo* eſſe defectiva (id eſt, ſine 'י poſt ב cum quo 'ו *ſex*, eſſe defectiva? deinde ſi his ſeptem rectè annumeratur בְּיָבֵשׁ 1.Paralip. 10. 12. quare non etiam מִיָּבֵשׁ Jud.21.8. Præterea legitur etiam 1.Sam. 31. 11. 2.Reg. 15.14. 1.Paral.10.11, quæ maſora non computat. Aliter ergo concipiendo hæc maſora foret.

IN LIBRVM I. SAMVELIS.

[In veſtibulo hujus Libri adducuntur voces, quæ in fine ſcribuntur cum 'ו, & leguntur cum 'י. Dicuntur מ"א. Id corrigendum, & pro eo ſubſtituendum מ"ח. Totidem enim adducuntur.]

1.Sam.1.15. in maſora magna וְיַיִן וְשֵׁכָר pro ב *duo*, repoſuimus 'ג *tria*, juxta loca hîc adducta, & ſic maſora parva Deut.29.5. & Jud.13.14.

1.Sam.2.19. in maſora parva ad מִיָּמִים יָמִימָה pro 'ד *quatuor* repoſuimus 'ה *quinque*, ex Maſora Exod.13.10. ubi quinque loca adducuntur.

1.Sam.3.1. in maſora parva ad ודבר יהוה pro 'ו *ſex*, reponendum 'ז *ſeptem*: vide notata ad 1.Reg.17.24.

1.Sam.4.9. in maſora parva ad וְהָיוּ pro ז׳ reponendum ו׳: vide notata 2.Sam.2.5.

1.Sam.7.10. in maſora magna ad מַעֲלֶה locorum recenſio remiſſa fuit ad Sectionem רְאֵה Deut.14.7, ubi remiſſio ad maſoram finalem, & ibi ad Jeremiam. Subſtituimus ergo hoc loco pro Sectione רְאֵה Jeremiam. Verſ.13. in maſora magna ad וְלֹא יָסְפוּ pro ה׳ *quinque* reponendum ד׳ *quatuor*, juxta maſoram 2.Samuel.2.28. & 2.Reg.6. ubi loca etiam adducuntur. In maſora magna poſt ויתקע יואב בשופר tollenda eſt diſtinctionis virgula: eſt enim unus locus ex 2.Sam.2.28.

1.Sam.9.22. in maſora magna ad כִּשְׁלֹשִׁים אִישׁ notatur ג׳ *tria*, quorum loca adducuntur. His in fine ſubjectum erat קַדְמָא *prius ſive præcedens eſt defectivum*, quod falſum. Subſtituimus ergo pro iſta voce, בַּתְרָא *poſterius*, nempe ejuſdem hujus textus exemplum, quod maſora parva notat eſſe defectivum.

1.Sam.10.v.7. in maſora magna ad כִּי אֱלֹהִים pro ד׳ *quatuor*, ſubſtituimus ו׳ *ſex*, juxta maſoram parvam, & juxta ſex loca adducta hic, & Eccleſiaſt.5. in principio. Verſ.16. in maſora magna ad דּוֹדוֹ locorum recenſio mendosè remiſſa fuit ad Jud. cap.9. ſubſtituimus pro eo י׳ caput decimum, ubi ad verſum primum loca traduntur.

1.Sam. 11.1. in maſora magna ad הָעַמּוֹנִי pro ו׳ *ſex*, ſubſtituendum ה׳ *quinque*, in locorum recenſione poſt verba וְשָׁל אַחֲרָיו diſtinctionis virgula expungenda eſt. Indicant enim locum ſequentem, qui hujus capitis eſt verſus ſecundus, & ſic ſunt quinque loca, quæ prius videbantur eſſe ſex.

1.Sam.16.12. in maſora magna ad וְטוֹב oro ו״י *ſedecim* ſubſtituimus י״ז *ſeptendecim*, juxta maſoram 1.Reg.1.42. & 2.Paral.17.8. In locorum recenſione deerat hic unus locus,

locus, quem addidimus ex Eccleſ. 11.7. ex cujus defectu natus numerus de ſedecim.

1.Sam.17.34. in maſora parva ad וְנָשָׂא pro י״ב *duodecim*, corigendum י״ז *ſeptendecim*, juxta maſoram magnam 1.Reg.8.v.34, ubi loca recenſentur. Verſ.46. in maſora parva ad חַיַּת הָאָרֶץ pro י׳ *decem*, reponendum ט׳ *novem*: vide notata in maſoram Finalem ad fol. 11. columm. 3.

1.Sam.18.29. in maſora parva ad אֹיֵב notatur: *Non reperitur amplius defectivè*, id eſt, ſine ו ſub Cholem. Id ſtrictè accipiendum de voce, ut hîc ſcripta eſt. Maſora magna tradit, ג׳ *Tria* eſſe, ſeu ter hanc vocem occurrere defectivè. Illius explicandi cauſa, addidimus hîc ad maſoram בְּלִישָׁנָא *in locutione hujus vocis*, nempe annumeratis ei לְאֹיֵב & הָאֹיֵב.

1.Sam.19.18. in maſora magna ad הָרָמָתָה pro octo locis, videbantur duntaxat ſeptem adducta, ob virgulam diſtinctionis inter duo loca omiſſam, quam convenienter addidimus. Verſ. 24. in Maſora parva ad עָרֹם pro ג׳ *tria*, repoſuimus ד׳ *quatuor*, juxta Maſoram magnam hîc, in qua quatuor loca adducuntur. Sic Job. 1. verſ. 21.

1. Sam. 20. 17. in Maſora parva ad וַיּוֹסֶף pro ב׳ *duo*, reponendum ז׳ *ſeptem*: vide notata ad Num. 22. 26.

1. Sam. 22. 20. in Maſora magna ad בֵּן pro ב״מו *præter ſex*, reponendum ב״מז *præter ſeptem*. Vide notata ad Geneſ. 30. 19.

1. Sam. 23. v. 10. in Maſora parva ad שָׁמַע notatur ח׳ *octo*, in magna, ה׳ *quinque*: vide notata ad Exod. 22. Deinde pro וב׳ מְלֵאִים *& duo ſunt plena*, reponendum וג׳ *& tria*, nam tot in Exodo adducuntur. Ibidem pro תָּבֹנוּ, legendum תָּבִינוּ ex Jeſa. 6. 9. Verſ. 19. 29. in Maſora parva ad בִּמְצָרוֹת pro ח׳ *octo*, corrigendum ט׳ *novem*, juxta Maſoram magnam Jeſa. 33. 16. & Ezech. 33. 27.

1. Sam. 24.1. in Maſora parva ad תִּמְלֹךְ pro ה׳ *quinque*, reponendum ג׳ *tria*, juxta maſoram magnam Proverb. 30. v. 22. ubi vide notata.

1. Sam. 25. 17. in Maſora magna ad וְעַל כָּל notatur; *In toto libro Samuelis ſemper dicitur* אֶל כָּל, *exceptis ſex*, עַל כָּל. Pro his ſex videbantur duntaxat quinque loca adduci, ob defectum virgulæ diſtinctionis, quam ſuo loco adjecimus.

1. Sam. 30. 2. in Maſora magna ad וַיֵּשֶׁב pro quinque videbantur quatuor tantùm loca adducta, ubi ex uno, adhibita diſtinctione, fecimus duos. Verſ. 16. in Maſora magna ad וְשֹׁתִים erat notatum; *Sex ſunt in Scriptura*. Id ſimpliciter acceptum, falſum fuit. Nam unum plenè ſcribitur. Unde adjecimus diſtinctionis causâ, ה׳ חס׳ וא׳ מלא, id eſt, *Quinque ſunt defectiva, & unum plenum*. Adducta verò erant tantùm loca quinque, ubi ſextum adjecimus ex 1. Par. 12. 39. Præter hæc in omnibus editionibus loca pravè diſtincta ſunt. Primùm poſt יְחִי ponenda diſtinctio: deinde ſequentia verba יְהוּדָה וְיִשְׂרָאֵל רַבִּים delenda prorſus, ut ſuperflua: unum enim locum, iſta & ſequentia indicant, qui extat 1. Reg. 4. 20. Plenum etiam ultimo loco diſtinctè indicavimus.
Hoſ.4.v.3. in maſora magna ad וּבְעוֹף ultimus locus mendoſè erat productus, על בן תאבל הארץ וקררו, ubi pro ultima voce וקררו ſubſtituimus ואמלל. Eſt autem locus hujus textus. Qui ſcripſerunt וקררו, habuerunt ſimilem locum in mente, qui legitur apud Jeremiam, על זאת תאבל הארץ וקררו, Jerem.4.28.

Hoſ.7.9. in maſora parva ad וְהוּא pro ח' *octo*, repoſuimus ז' *ſeptem*, juxta maſoram magnam hîc: vide notata ad Judicum 17.

Hoſ.8.1. in maſora parva ad שֹׁפָר pro ט' *novem*, repoſuimus ב' *duo*, juxta maſoram magnam hîc: alterum extat Job.39.25. Maſora de *novem*, intelligenda eſt latè, de ſimplici hac voce, & cum literis ſervilibus ſumtâ. Vide maſoram magnam Job.39.

Hoſ.9.v.10. in maſora magna ad אֲבוֹתֵיכֶם traditur: *Tria ſunt plena in hoc libro.* Plena, id eſt, cum ו'. In hoc libro, ſcil. duodecim prophetarum: nam alia duo extant Zachar. 1. 2. 5. Verſ.15. in maſora magna ad אוסף traditur: *Tria ſunt Milra in Scriptura, duo plena & unum defectivum.* Hoc falſum correximus ex maſora Deut. 18,16. *duo defectiva & unum plenum.* Hoc enim Deu-

teronomii, & alterum Ezechiel.5.v.16, defectiva ſunt. Symbolum horum trium linguâ Chaldaicâ proponitur שְׁמַעִית דִּרְחִימוּ כַּפְנָא *Audivi quòd amant famem.* Explicatio, *Audivi*, repręſentat locum Deuteronomii, ubi legitur *Ne pergam audire. Quod amant*, indicat locum hunc Hoſeæ, ubi dicitur, *Non pergam amare iſtos. Famem*, indicat locum Ezechielis, ubi dicitur, *Et famem adjiciam vobis.*

Hoſ. 14. v. 10. in maſora parva ad וְצַדִּקִים notatum erat: *Quater occurrit, ter deficiente Jod in prophetis.* Correximus id juxta maſoram magnam hic, in quâ dicitur, *Tria eſſe plena, & unum deficiente jod primo*, quod eſt hoc ipſum. Deinde quod in maſora parva dicitur בִּנְבִיאִים *in prophetis*, hoc expungendum. Nam unus extat Pſalm.68.4. & duo Prov.28.1. & 29.16. Denique in locorum recenſione pro ייעלזו legendum ויעלצו.

IN JOELEM.

Joel.1.8. in maſora parva ad אֱלִי mendoſè in Venetis eſt ל׳ וְחָסֵר, ubi vocem וחסר rejecimus ad lineam ſequentem, ad vocem חֲגֻרַת.

IN AMOS.

Amos 2.8. in maſora magna ad יֵין notatur: *Decem ſunt in hac locutione.* Loca adducta erant duntaxat ſeptem, ubi tria deficientia adjecimus ex maſora Eſth.1.7, ubi plenè adducuntur.

Amos 3.9. in maſora magna ad הַשְׁמִיעוּ עַל traditur: *Verbum שמע ſemper conſtruitur cum אֶל præter duodecim, quæ ſunt cum עַל.* Pro duodecim locis adducta erant duntaxat decem, ubi duos deficientes addidimus ex maſora 2.Reg.20.13, ubi vide Notas noſtras.

Amos 5.

Amos 5.8. in maſora magna ad וְחַיִּ pro ז׳ *ſeptem*, reſtituendum ח׳ *octo*, ut habet maſora parva. Locorum prava diſtinctio, errori cauſam dedit. Unde poſt בָּבֶל ponenda diſtinctionis virgula: ſunt enim diſtincta loca ex Jerem. 27.17, & Ezech. 18.32. Sic erunt octo loca & non opus eſt iſtis, quæ in parentheſi maſoræ inſeruimus tunc, quando hunc errorem non deprehendimus. Verſ.16. in maſora magna ad יהוה אלהי צבאות notatum erat: י״ב *duodecim ſic ſunt conjuncta.* Poſt י״ב poſuimus י״ג *tredecim*, ut maſora parva habet mox infra verſ.26. & Amos 6.14. Vide maſoram finalem in אֲדֹנָי. Ibid. in maſora parva ad אֶל אֵבֶל traditur: ג׳ *Tria ſunt in hac locutione.* Pro ג׳ ponendum ה׳ *quinque*, juxta maſoram Eccleſiaſt. 7.2, cui conſentit maſora finalis. Verſ.20. in maſora parva ad הֲלֹא traditur: *Non extat ampliùs defectivum in hoc libro*, ſcil. duodecim Prophetarum. Pro hac maſora invenitur contraria Mich. 1.5. ubi vide notata.

Amos 8.2. in maſora magna ad עֲבוֹר notatum erat: ז *Septem ſunt plena in hac locutione.* Pro ז׳ repoſuimus י׳ *decem*, juxta maſoram Numer. 22.26, ubi loca recenſentur. Sic Maſora parva Amos 7.8. Verſ.12. in maſora parva ad עַד pro י״ו *ſedecim*, ſubſtituimus י״ז *ſeptendecim*: vide Caſtigationes ad 1. Reg. 18.45.

Amos 9.11. in maſora magna ad אָקִים deerat locus unus, quem addidimus ex maſora 1. Sam. 3. ubi loca integrè adducuntur.

IN OBADIAM.

Obad. 3. in maſora parva ad בְּחַגְוֵי notatur ד׳ *Quater* reperiri. Reponendum pro eo ג׳ *Ter.* Alia duo ſunt Cant. 2.14. & Jerem. 49.16, & nihil ampliùs de hac voce in ſacra Scriptura extat.

In Jonam.

Jonæ 1.9. in maſora parva ad ארח pro ו׳ *ſex*, repo-nendum ז׳ *ſeptem*, juxta maſoram magnam hîc, & Le-vit. 3.9, ubi ſeptem loca afferuntur.

In Michaeam.

Mich. 1.5. in maſora magna ad הלוא traditur: *Totus hic liber* (12 prophetarum) *defectivus eſt, excepto uno*, הלוא חשך יום יהוה quod extat Amos 5.20. Sic quoque tradit maſora finalis in לא. Si hæc maſora vera eſt, tunc peccant libri hodierni, qui הלוא plenè habent in textu, præter illud Amos. Ibi autem tradit maſora parva Non eſſe aliud defectivum in hoc libro, quæ maſora verior videtur, facta collatione eorum quæ paſſim occurrunt, veluti Obad. 5.8. Mich, 1.5. bis & 13.1. Hab. 1.12, quæ omnia plenè cum ו׳ ſcribuntur, unde maſora in Amos vera videtur, nullum ſcil. aliud defe-ctivum in hoc libro extare, & alia maſora erit, in toto hoc libro הלוא plenè ſcribi, excepto unico in Amos.

Mich. 2.1. in maſora magna ad מִשְׁכְּבוֹתָם notatur: *Quatuor ſunt plena*, ſcil. cum ו׳. Loca afferuntur dun-taxat tria. Quartus addendus ex hoc ipſo textu.

Mich. 5.1. in maſora magna ad מושל locus unus vide-batur deficere, ob virgulam diſtinctionis omiſſam, quam ſuo loco adhibuimus.

Mic. 6.12.16. in maſora parva ad וְיֹשְׁבֶיהָ pro ד׳ *qua-tuor*, reponendum ו׳ *ſex*, juxta maſoram magnam hic & Jeſa. 40.22, ubi ſex loca afferuntur.

In Nachum.

Nah. 1.11. in maſora parva ad יֹעֵץ pro ג׳ *tria*, poſui-mus

mus ד *quatuor*, juxta maſoram magnam hîc, in qua quatuor afferuntur. Editio prima ponit ב' *duo*, ſimiliter mendoſè, ut loca oſtendunt.

IN HABAKUK.

Hab. 1. 12. circulus maſoræ index, poſitus erat ſuper קָרשׁי, quem tranſtulimus ſuper ſequentem vocem נָמוּת. In maſora magna hoc loco, quoque erat poſita קרשי, quaſi ad eam maſora pertineret. Subſtituimus & ibi vocem נָמוּת. Hanc enim eſſe, de qua hic dicitur תִּקּוּן סוֹפְרִים *Correctio ſcribarum*, apparet ex commentario R. Salomonis & Aben Eſræ, hoc loco, tum etiam ex aliis Hebræis, ut alio loco dicemus.

IN SOPHONIAM.

Soph. 2. v. 11. in maſora magna ad וְיִשְׁתַּחֲווּ traditur: *Septies invenitur.* Loca horum malè fuerunt diſtincta, & defuit unus, quem complevimus, addendo ad primum locum ב' בו, *duo ſunt exempla in iſto loco.*

IN HAGGAEUM.

Hag. 2. v. 3. in maſora magna ad אֱמָר־נָא traditur: *Eſt unum ex undecim paribus vocum cum diverſo accentu notatis, quorum priùs habet accentum Revia, alterum Sakephcaton.* In horum parium recenſione deerat unum, & unum pravè fuit citatum. Nam ותבא בי רוח erat tantum ſemel poſitum, ubi adjecimus וַחֲבֵרוֹ *& ſocius ejus:* extat enim Ezech. 2. 2. & 3. 24. Sic pro בן ארם כל דברי, repoſuimus, ויאמר אלי בן ארם וחברו quæ ipſa quoq; in Ezechiele ſunt. Verſ. 18. in maſora parva ad לְמִן הַיּוֹם erat notatum, ח' *octo*, pro eo poſuimus ז' *ſeptem*, juxta maſoram

maſoram magnam hîc & Exod. 9. 18. ubi ſeptem loca afferuntur.

In Zachariam.

Zach. 1. 5. in maſora parva ad אֲבוֹתֵיכֶם in ſecunda & tertia editione deeſt litera numeri ג׳ *Tria*, quam addidimus. Debet autem in textu ſcribi plenè cum ו׳, ut verſu ſecundo, & Hoſ. 9. 10, quæ iſta tria ſunt, quæ in libro duodecim prophetarum plena eſſe dicuntur: vide maſoram Hoſ. 9. Verſ. 17. in maſora magna ad וְנִחַם deerat locus unus, quem complevimus. Incidit autem in noſtra editione mendum, in voce וַתְּחַבֵּרוּ alieno loco poſitâ: reducenda eſt poſt locum נחם יהוה על זאת qui bis legitur, Amos 7. v. 3. 6. Adjecimus etiam, וכל ישעיה דכו׳ *& totus Jeſajas iſtis ſimilis eſt*, id eſt, in toto Jeſaja quoque cum Pathach ſemper ſcribitur, quæ ſub his locis non comprehenduntur. Abſque hac additione maſora prior abſolutè ſumpta, fuiſſet falſa, unde maſora parva eam exprimit Amos 7.

Zach. 6. v. 14. in maſora magna ad לְזִכָּרוֹן traditur ח׳ *octo* eſſe, & ſic ubique maſora notat. Diſtinctè autem capiendum, nempe לְזִכָּרוֹן ſepties extat, & ſemel cum addito ו׳ ab initio וּלְזִכָּרוֹן, quod octavum eſt, quod propterea in parentheſi in maſora monuimus. Confer maſoram Exod. 28. verſ. 13. 29.

Zach. 7. 11. in maſora magna ad סֹלָרֶת loca pravè erant diſtincta, & pro tribus videbantur quatuor adducta, quod emendavimus.

Zach. 8. 1. in maſora parva ad וַיְהִי notatum erat: ה׳ *Quinq; ſunt initium verſus cum hoc accentu.* Pro ה׳ *quinq;*, repoſuimus כ׳ viginti, juxta maſoram Zach. 7. v. 4, ubi traditur plenius: *Viginti ſunt initium verſus cum accentu Tevir, quorum duo ſunt in hoc libro.* Loca viginti plenè recenſentur 2. Par. 12.

Zach. 14.

Zach. 14. 17. in maſora utraque ad אל ירושלם traditur eſſe *Tredecim*, & ſic habet maſora finalis, & maſora parva paſſim. Loca autem afferuntur duntaxat duodecim, unde unus deficit, quod in parentheſi in maſora monemus.

In Malachiam.

Malach. 1. 6. in maſora utraque ad ארונים traditur *Non reperitur ampliùs plenum*, (cum ו׳ in medio) *ſeptem autē in hac locutione ſunt plena*, nempe in numero plurali cum Affixis. Poſt loca ſex, quæ extant Jud. 13. 8. & 19. v. 26. Pſal. 123. 2. & 147. 5. 2. Paral. 17. 8. Mal. 1. 6. ſubjicitur, Unum eſſe planè defectivum אֲרֹנֵי, ex 1. Sam. 16. v. 16. & unum omnino plenum אֲרוֹנֵינוּ, quod inter præcedentia ſex poſitum antea, ex Pſalm. 147. Sunt ergo duntaxat ſex plena, & in maſora pro ז׳ *ſeptem*, reponendum ו׳ *ſex*.

Mal. 2. 2. in maſora magna ad אם לא notatur: *Octo ſunt initium verſus*. Loca adducta erant tantum ſeptem, ubi octavum adjecimus ex maſora Gen. 24. 38. Verſ. 6. in maſora parva ad בְּפִיהוּ erat notatum כ״א *viginti unum ſunt hujus locutionis*. Pro כ״א ſubſtituimus כ״ב *viginti duo*, juxta maſoram in principio libri Cantici canticorum. Idem error fuit verſ. 7. Verſ. 11. in maſora parva ad נֶעֶשְׂתָה pro ז׳ *ſeptem*, ponendum ט׳ *novem*, ut eſt in maſora magna hic & Daniel. 11.

In fine Malachiæ ponitur numerus verſuum libri duodecim prophetarum 1050, quorum ſymbolum mendoſum datum erat א״ה, id eſt, 1005. Pro ה׳ ergo ſubſtituimus נ׳, quod valet 50.

In Psalmos.

Pſal. 5. 5. in maſora parva ad רֶשַׁע pro י״ו *ſedecim*, re-

Digitized by Google

ponendum י״ז *ſeptendecim:* vide notata ad Jeſa.58. v.4. Verſ.10. in maſora parva ad כִּי traditum erat: כ״ח *viginti quinq; ſunt cum iſto accentu initium verſus in hoc libro.* Pro כ״ה poſuimus נ״ה *quinquaginta quinque*, ut hîc habet editio prima, & maſora magna hoc loco, & maſora finalis.

Pſalm.6.4. in maſora magna ad וְאַתְּ mendoſè erat ואתה הר מלין pro quo repoſuimus ואתה חַד מִן מִלִּין *Veatta una eſt ex vocibus, in quibus deficit litera* ה׳ *in fine, & leguntur cum* ה׳. Hæ ponuntur in maſora finali in litera ה׳ & ſunt viginti novem. Verſ.11. in maſora parva ad יָשֻׁבוּ pro י׳ *decem*, repoſuimus ז׳ *ſeptem*, juxta maſoram, Geneſ.15.

Pſal.7.1. in maſora parva ad עַל דִּבְרֵי pro ז׳ *ſeptem*, repoſuimus י׳ *decem*, juxta maſoram magnam hîc, in qua decem adducuntur.

Pſalm.8.8. in maſora parva ad וְגַם quidam libri habent י׳ *decem*, alii י״א *undecim*, alii י״ד *quatuordecim:* vide Caſtigationes noſtras ad Exod.21.29.

Pſalm.18.16. in maſora parva ad וַיֵּרָאוּ pro ה׳ *quinq;* ſubſtituimus ד׳ *quatuor*, juxta maſoram magnam hîc & 2.Sam.22.

Pſal. 26. 12. in maſora parva ad רַגְלִי erat ſimpliciter notatum, ח׳ וכל מנין דכו׳ *Octo ſunt & omnis numerus ipſi ſimilis eſt.* Ad ח׳ *octo*, adjecimus בְּלִשָּׁנָא *in locutione hac:* non enim ſimpliciter hæc vox octies reperitur, ſed ſexies per ſe, & bis cum ל ab initio לְרַגְלִי, quæ conjunctim ſunt octo. *Et omnis numerus ipſi ſimilis eſt*, hoc eſt, רַגְלִי quoque ſemper dicitur, quando ipſi numerus adjectus eſt, veluti אֶלֶף רַגְלִי *mille pedites.* Iſta autem non ſunt numerata, nec in priori numero comprehenſa. In maſora magna mendoſè erat ז׳ *ſeptem*, pro quo repoſuimus ו׳ *ſex*, quæ ſpeciatim adducuntur, & ſeorſim adjiciuntur duo לְרַגְלִי.

Pſalm.28.

Pſalm. 28. v. 3. in maſora utraque ad וְרָעָה traditur: ט׳ ו׳ בִּישִׁין וג׳ טָבִין *Novem ſunt, ſex mala & ſex bona.* id eſt, ſexies reperitur iſta vox ſignificatione *mali*, & ter ſignificatione *paſcendi*, quod bonum eſt.

Pſal. 31. 8. in maſora parva ad וּלְמַעַן traditur, ו׳ יְחִידָאִין *Sex ſunt ſolitaria.* Pro ו׳ reponendum ט׳ *novem*, juxta maſoram Jeſa. 37, ubi novem adducuntur. Solitaria, id eſt, deſtituta ſociâ voce præcedente לְמַעַן. Verſ. 6. in Maſora parva ad אוֹתִי erat notatum, ל׳ מל׳ *triginta plena ſunt.* Pro eo repoſuimus כ״ו *viginti ſex*, juxta Maſoram finalem in את. Verſ. 8. in Maſora utraque ad בְּאִיתָה notatum erat, ה׳ *Quinque ſunt defectiva, in Hagiographis*, id eſt, ſine ה in fine, ut Maſora parva expreſsè dicit Pſalm. 50. 18. Hoc ſimpliciter acceptum, falſum eſt, unde diſtinctiùs Maſoram propoſuimus, *Quinque ſunt in Hagiographis, quatuor defectiva, & unum plenum*, ſcilicet cum ה, quod extat Pſal. 10. 14, רָאִתָה cum defectu Jod in medio, de quo præcedens Maſora de quinque defectivis non loquitur.

Pſal. 33. 7. in Maſora parva ad תְּהוֹמוֹת pro ג׳ *tria*, poſuimus ד׳ *quatuor*: tot enim Maſora magna hîc adducit.

Pſal. 35. 28. in Maſora parva ad וּלְשׁוֹנִי pro ד׳ *quatuor*, repoſuimus ג׳ *tria*, juxta Maſoram Pſal. 22.

Pſal. 36. 7. in Maſora magna ad מִשְׁפָּטְךָ traditur, *Eſt una ex quatuor vocibus in Scriptura, quæ dicuntur Ittur ſopherim.* Sic afferuntur loca quatuor. At Gen. 18. 5. maſora parva tradit eſſe quinque. Sic & Talmudici docent eſſe quinque, & quintum afferunt ex Gen. 24. 55. אַחַר תֵּלֵךְ. Duo alia ſunt, אַחַר Pſalm. 68. v. 26, item אַחַר Numer. 12. 14, ubi in textu eſt וְאַחַר contra hanc maſoram. Vide ſuprà in Clavi maſoræ cap. 11. & Præfationem Hebraicam primam in hæc Biblia, col. 5. in fine & deinceps.

Pſal. 37. 24. in maſora magna ad יוּטָל erat notatum:

Tria ſunt, quorum duo defectiva & unum plenum. Mendoſè id, quod propterea invertimus, *Duo plena & unum defectivum.* Unum plenum hîc eſt, alterum Prov. 16. 33, defectivum Job. 40. 28. De hoc maſora ipſamet dicit, ultimum eſſe defectivum.

Pſal. 38. 8. in maſora magna ad נִקְלֵה pro ג׳ *Tria*, reſtituimus ב׳ *duo*: nam duo loca affert maſora, quorum alterum extat Prov. 12. 9, unum præterea diſtinctè affert וְנִקְלָה cum ו׳ ab initio, quod legitur 1. Sam. 18. 23.

Pſal. 43. 2. in maſora magna ad לָמָּה traditur; *Tria ſunt raphata ſive lenia*, nempe abſque dages in מ, *quorum loca*, & cæt. *& omne Lama lene eſt milra, excepto uno: & omne Lama dageſſatum* (in מ), *eſt milhel; quod ſi eſt ante literas* אח״ע, (id eſt, ante vocem ab aliqua harum literarum incipientem) *eſt lene & milhel. à quibus quinque excipiuntur, quæ etſi ſint ante* אח״ע, *tamen dageſſata inveniuntur.* Hîc pro אח״ע legendum א״ה, juxta maſoram infrà Pſal. 49. 6. & Jer. 15. 18. & maſoram finalem, & ſic exempla hîc adducta idem confirmant.

Pſal. 45. 8. in maſora parva ad רֶשַׁע pro י״ו *ſedecim*, reſtituimus י״ז *ſeptendecim*, juxta maſoram Mich. 6. ubi loca recenſentur. Vide notata ad Jeſa. 58. 4. Verſ. 17. in maſora parva ad תְּשִׁיתֵמוֹ pro ל׳ *Non* reperiri ampliùs, poſuimus ג׳ *Tria* eſſe, juxta maſoram magnam hîc, in qua tria afferuntur.

Pſalm. 48. 11. in maſora parva ad רֶשַׁע correximus, ut Pſalm. 45.

Pſal. 58. 6. in maſora utraque ad יִשְׁמַע לְקוֹל erat notatum: י״ז *Septendecim locis verbum* שָׁמַע *conſtruitur cum* ל. Pro י״ז repoſuimus י״ח *octodecim*, juxta maſoram magnam hîc, in qua octodecim exempla afferuntur. Ubi ſeptendecim maſora habet, præteriit unum, quod extat 1. Sam. 28. 23. Vide maſoram finalem in ordine ק׳, ubi R. Jacob de hac diſcrepantia monet.

Pſalm. 59.

Pſalm.59.14. in maſora magna ad וַיֵּדְעוּ erat virgula diſtinctionis inter duos locos omiſſa, unde numerus locorum erat turbatus: eam ſuo loco adjecimus.

Pſal.66.7. in maſora parva ad יָרִימוּ mendosè erat poſitum, legendum ירימו, pro eo reſtituimus ירומו. Verſ.12. in maſora magna ad וּבַמַּיִם notatur, *Ter invenitur, cum pathach juxta Athnachta*, quorum loca adducuntur, ſed inter eos unus falſus eſt, nempe ישם נהרות למדבר qui extat Pſal.107.v.33, in quo præſens vox non legitur. Reponendum pro eo ישם מדבר לאגם מַיִם, qui eſt ejuſdem Pſalmi verſ.35, ubi vocum ſimilitudine decepti fuerunt. Tertius locus extat Prov.30.16. Deinde quòd hîc in maſora, dicitur, Tria eſſe patachata juxta Athnachta & Sophpaſuk id falſum eſt, & propterea verba ובסוף פסוק expungenda ſunt. Nã præcedentia tria exempla tantum ad Athnach referuntur, & vox מַיִם cũ Sophpaſuk ſemper habet Kametz, ut Pſal.63.2. & 74.13, & ita ſemper, quæ idcirco non ſunt numerata. Denique ultima hujus maſoræ verba, וכ׳ל א׳ס׳ף ut falſa & ſuperflua ſimiliter expungenda ſunt, aut pro דכוו׳, quod notat דִכְוָתֵיהוֹן *ſimilia ipſis*, legendum קָמְצִין *cum Kametz ſunt*, & ſic maſora eſſet proba, nempe, מַיִם *cum omni Athnach & Sophpaſuk habet Kametz præter tria cum pathach, quæ tradita ſunt antè.*

Pſal.67.7. in maſora parva ad אֶרֶץ erat notatum: י״ד *Quatuordecim ſunt initium verſus.* Pro י״ד repoſuimus י״ג *tredecim*, juxta maſoram Pſal.68.9, ubi tredecim adducuntur, & ſic habet maſora finalis, & maſora magna Geneſ.47.6.

Pſal.68.18. in maſora parva ad אֲדֹנָי בָם traditur, ג׳ מחיקין רַפִּין cujus ſenſus, Tria ſunt quæ ultimam literam ו & י proferunt, & tamen poſt ſe relinquunt literam בגד כפרת raphatam, quod contra communem conſuetudinem eſt, quæ requireret ibi Dages lene. Tria illa loca ſunt, קַו תהו Jeſa.34.11. שָׁלֵו בָהּ Ezech.23.42, & hoc

אֲדֹנָי בָּם. Cæterum hæc maſora in Venetis malè diſcerpta eſt, & prima ejus pars impertinenter poſita in pagina præcedenti, & mendosè incipiens בה pro בם.

Pſalm. 72. 5. ad וְיִרָאוּךָ in maſora parva ad ד׳ *Quatuor ſunt*, in maſora magna ג׳ *Tria*. Utrumque ſimpliciter intellectum, falſum eſt, unde diſtinximus & pleniùs propoſuimus hanc maſoram ex Jeſa.25.v.3, ubi traditur ad hanc vocem ד׳ ג׳ מל וא׳ חס׳ *Quatuor ſunt, tria plena & unum defectivum.* Vide notata ad Jeſa.25.

Pſal. 74.11. in maſora parva ad כַּלֵּה pro ו׳ *ſex*, reponendum י׳ *decem*, juxta maſoram magnam hîc: deinde bonum eſſet addi בְּלִשָּׁנָא *in locutione hujus vocis.* Non enim iſta decem intelliguntur ſtrictè & ſimpliciter de hac voce, ſed latè de aliis etiam vocibus Verbi כָּלָה, ut exempla oſtendunt.

Pſal. 75. 10. ad לְעֹלָם traditur: *Octodecim ſunt defectiva*, id eſt, cum ו׳ in medio. Locorum recenſio remittitur ad maſoram finalem in ordine ע. Ibi autem viciſſim fit ablegatio ad hunc locum. Sic etiam Exod. 3. 15. & 15. 18. ad hunc Pſalmum fit remiſſio. At nec hîc, nec alibi iſta loca maſora recenſet. Vide ergo Notas noſtras in maſoram finalem, ad fol. 49. col. 2.

Pſal. 80. 14. in maſora magna pro יכרסמנה legendum מיער, ad hanc enim vocem, non ad præcedentem, maſora iſta pertinet.

Pſal. 81. 12. in maſora parva ad שָׁמַע עַמִּי לְקוֹלִי pro י״ו *ſedecim*, repoſuimus י״ח *octodecim*: vide notata ſuprà ad Pſalm. 59. Similiter & in maſora magna hîc correximus.

Pſal. 84. 11. in maſora parva ad אֱלֹהַי traditur: *Bis eſt cum Pathach juxta Athnactha.* Alter locus ponitur הושע עבדך כי אתה. Hîc expungendum כי, quod in iſto loco non legitur; extat autem Pſal. 86. 2.

Pſal. 85. 6. in maſora parva ad הַלְעוֹלָם pro ב׳ *duo*, reſtituimus

tuimus 'ו ex maſora magna, in quatria loca adducuntur.

Pſal. 89.1. in maſora parva ad הָאֶזְרָחִי traditur, 'ג *Ter* inveniri. Maſora magna tradit 'ב *bis* extare, & adducit tria exempla, quorum tertium ad hujus vocis probationem nihil facit: eſt enim verſus ſecundus hujus Pſalmi. Corrigenda hîc eſt maſora magna, & primò pro 'ב *duo*, reponendum 'ג *tria*, deinde expungendus tertius ille locus, & ſubſtituendum, ויחכם מכל הארם מאיתן האזרחי, ex 1.Reg.4.31. Verſ.5. in maſora parva ad לְדֹר וָדוֹר notatur: *Non reperitur amplius ſic ſcriptum.* Sic & maſora magna: *Non eſt aliud ſimile ipſi ſic ſcriptum*, & adducitur ad probationem verſus ſecundus hujus Pſalmi mendosè: nam ibi ſcribitur לְדֹר וָדֹר ſine 'ו in medio. Expunximus ergo eum, & ſubſtituimus verba hujus verſus quinti. Verſ.11. in maſora magna ad רָהַב traditur: *Duodecim ſunt hujus locutionis.* Sic & Job.9. & Jeſa.30. maſora magna tradit, & tot loca adducit. At in Jeſaia unum exemplum amplius à collectore hujus maſoræ adjectum eſt, quod legitur Jeſa.60.5, & ſic erunt Tredecim.

Pſalm. 93.3. in maſora parva ad נָשְׂאוּ pro י"א *undecim*, ſubſtituimus 'י *decem*, juxta maſoram magnam hîc, & 2.Sam.18.

Pſal.95.7. in maſora magna ad בְּקֹלוֹ pro 'ו *ſex*, poſuimus 'ה *quinque*, ut habet maſora parva, & quot loca hîc adducuntur.

Pſal.101.3. in maſora parva ad עֲשׂה notatum erat: *Quatuor ſcripta ſunt cum* ו. Id falſum eſt: repoſuimus pro eo, *Quatuor ſunt quorum unum ſcriptum eſt cum* 'ו, ſcil. in fine. Tria ergo reliqua ſunt cum 'ה ut maſora magna hîc addit. Quod cum ו ſcriptum eſt, legitur Gen.31.28. ubi maſora utraq; proba eſt, & loca etiam ibidem adducuntur.

Pſal.105.4. in maſora magna ad בַּקְּשׁוּ notatũ erat 'ו *ſex*, eſſe: poſuimus pro eo 'ז *ſeptem*, juxta maſoram Soph.2. ubi loca adducuntur. Verſ.11. in utraque maſora notatur: *Eſt*

Eſt unus ex כ"ג *viginti tribus verſibus, in quo non eſt longus neq; brevis*, id eſt, neque litera ו, neque litera י. Pro כ"ג reponendum כ"ב *viginti duo*, juxta maſoram Num.7. ubi loca adducuntur.

Pſalm.106.26. in maſora parva ad וַיִּשָּׂא יָדוֹ erat notatum: ה' *Quinq; ſunt, in quibus deficit* אֶת. Pro ה' poſuimus ח' *octo:* vide ſuprà notata ad Ezech.20.

Pſalm.114.3. in maſora magna ad הַיָּם notatum erat, Non eſſe ampliùs initium verſus, & adductus erat locus וְהַיָּם, incipiens à litera ו. Defecta ergo ibi fuit locutio, quàm ſupplevimus, addendo וְאֶחָד *& unum eſt*, ſcil. והים בקעת לפניהם, quod extat Neh.9.11.

Pſal.115.14. in maſora parva ad יֹסֵף erat notatum: ד' *Quatuor ſunt ſignificatione Addendi, & unum illorum eſt defectivum.* Pro ד' quatuor notavimus י"א *undecim*, & pro וְאֶחָד *& unum*, ſubſtituimus וח' *& octo*, juxta maſoram Exo. 8.v.25. & Geneſ.30.4. ubi dicitur, eſſe undecim, quorum octo defectiva, & tria plena. In Geneſi loca afferuntur, ſed nonnihil confusè, quod hoc loco in maſora per parentheſin monemus.

Pſal.122. in maſora magna dicitur: *Decem verſus ſunt in quibus vox ſecunda eſt* שָׁמָּה. Loca adducta erant undecim, ex quibus falſum expunximus, qui etiam Geneſ. 29.3. in maſora omiſſus eſt.

Pſalm.128.3. in maſora parva ad וְטוֹב notatum erat ג' *Tria*, ſubſtituimus pro eo י"ז *ſeptendecim*, juxta maſoram 2.Paral.17. ubi tot loc. recenſentur.

Pſalm.140.8. in maſora magna ad יְהוִה אֲדֹנָי erat notatum, ו' *Sex ſunt ſic ſcripta.* Subſtituimus pro eo ה' quinque, ut habet maſora parva & quot loca hîc adducuntur. Sic Habac.3.18. & maſora finalis. Subjicitur in fine hujus maſoræ, וחד ארוני מלא *Et unum* ארוני *plenum eſt*, cujus locus affertur ex Jud.13.8. Hoc ut impertinens, expungendum

dum eſt : in hoc enim verſu præcedens locutio ירוה ארני non legitur.

Pſalm.147.5. in maſora parva ad אֲדוֹנֵינוּ notatur: *Non extat amplius defectivum , & ז׳ ſeptem ſunt plena in hujus vocis locutione.* Pro ז׳ reſtituendum ו׳ *ſex,* juxta maſoram parvam Jud.13.8, & maſoram magnam Mal.1.6, ubi loca ſex afferuntur. Vide ibi Notas noſtras.

Pſal.148.7. in maſora parva ad תַּנִּינִים traditum erat, ג׳ *Tria ſunt plena.* Correximus id juxta maſorã magnam hîc, quæ tradit, ב׳ מְלֵאִים דִּמְלֵאִים *Duo ſunt omnino plena,* ſcilicet cum utroque Jod. Adjicit deinde, Tria eſſe defectiva Jod poſteriori, quorum loca etiam afferuntur. Verſu 12. maſora magna ad בְּתוּלֹת confuſa & falſa eſt, diſſentientibus hodie libris in ejus vocis ſcriptione, quam maſora hoc loco explicare voluit. Dicit בְּתוּלוֹת quater inveniri diverſimodè ſcriptum in litera ו׳. Exempla adducta extant Jeſa. 23. 4. Pſal. 45. 15. Thren. 4.33. Zach. 9. 17. Hujus Pſalmi exemplum prætериit, ac proinde erunt quinque.

Pſal.149.5. in maſora magna ad מִשְׁכְּבוֹתָם, pro quatuor locis, adducta erant duntaxat tria, ubi deficientem addidimus ex Hoſ.7.4. quem huc pertinere, maſora parva ibi notat. Afferuntur etiam Mich.2. ſed itidem mendosè, quod ibi quoque correximus.

In Proverbia.

Prov.1.18. in maſora magna traditur: הֵם וְהֵם novies conſtituunt initium verſus. Delevimus הם, quia loca hîc adducta, probant id duntaxat de והם. Sic maſora 2.Paral.9.24. & maſora finalis, tantùm de והם loquuntur.

Prov.3.20. in maſora parva ad תְּהוֹמוֹת erat notatum: ג׳ *Tria ſunt plena.* Pro ג׳ repoſuimus ד׳ *quatuor,* juxta maſoram magnam hîc & Exod.15. ubi quatuor loca afferuntur.

Prov.4.v.17. in maſora parva ad רֶשַׁע pro י״ו *ſedecim*

reponendum י״ז *ſeptendecim*; vide notata ad Jeſa.58.4.

Prov.8.7. in maſora parva ad רֶשַׁע corrigendum, ut præcedit. Verſ.14. in maſora parva ad תוּשִׁיָּה pro ו׳ *ſex*, reſtituimus ז׳ *ſeptem*, juxta maſoram magnam hîc & Jeſa. 28.29. ubi loca ſeptem afferuntur. Inter iſta ſeptem maſora utrobique hunc locum Proverbiorum citat, לִי עֵצָה וְלִי תוּשִׁיָּה, cùm omnes libri hodiè in textu habeant, לִי עֵצָה וְתוּשִׁיָּה. Si hæc ſcriptio eſt authentica, tum hic locus ad præcedentia ſeptem non eſt referendus. At quid ſibi vult maſora cum numero ſive ſex ſive ſeptem? nam undecim plena cum י׳ reperiuntur, nempe Jeſa. 28.28. Mich.6.v.9. Job.5.12. & 6.13. & 11.6. & 12.16. & 26.3. Prov.2.7. & 3.21. & 8.14. & 18.1. Fortè redundantes olim ſcripti fuêre תֻשִׁיָּה.

Prov. 10. v. 2. in maſora parva ad רֶשַׁע pro ט״ז *ſedecim*, repoſuimus י״ז *ſeptendecim*: vide notata ad Jeſa.58.4.

Prov. 12.2. in maſora parva ad יַרְשִׁיעַ traditur: *Quatuor ſunt, & unum defectivum.* Illud libri hodie oſtendunt Job.34.v.29. ubi maſora magna monet quoſdam libros maſoræ tradere, duo eſſe defectiva, nempe hoc Jobi & Proverbiorum. At 1.Sam.14.48. maſora magna dicit, hoc Proverbiorum tantùm eſſe defectivum.

Prov. 13.23. in maſora parva ad רָב notatum erat, ל״ב *Triginta duo ſunt cum Kametz.* Pro eo repoſuimus ל״ג *Triginta tria*, ut R.Salomon hîc ſcribit, ſe in libris maſoræ inveniſſe. Vide Notas noſtras ad 2.Par.28.

Prov.14.v.4. in maſora parva ad בָּר erat notatum: ה׳ *Quinque ſunt cum Kametz.* Hoc falſum eſt, unde ſubſtituimus pro eo ל׳ *Non reperitur amplius cum Kametz*, ſcilicet extra hiſtoriam Joſephi, Geneſ. 41. & deinceps, in qua ſemper, quinquies ſcilicet extat cum Kametz, & in tota reliqua Scriptura non ſæpiùs, niſi unico hoc loco Proverbiorum.

Google

biorum. Maſora autem hîc prolixior eſt, & alia quædam peculiaria cum Kametz adjungit, inquiens: Omnia בָּרוֹיֵי (id eſt, omne vocabulum בָּר) in hiſtoria Joſephi, omnia פָּרוֹיֵי (id eſt, פָּר) in hiſtoria Balak: omnia קָרוֹיֵי (omnia וַיִּקָר) in hiſtoria Bilham: omnia בָּזוֹיֵי (בָּז) in Proverbiis: omnia כְּבָרוֹיֵי (כְּבָר) in Eccleſiaſte: omnia קָלוֹיֵי (קָל) in Daniele, ſunt cum Kametz, & in reliqua Scriptura tota cum Pathach, excepto uno בָּר in Proverbiis. Hinc capienda maſora parva ad בָּר Geneſ. 41. Terminatio וֹיֵי eſt forma Infinitivi, ex dialecto Hieroſolymitana.

Prov. 16. 12. in maſora parva ad רֶשַׁע pro י״ו repoſuimus י״ה, ut ſuprà cap. 4, ubi vide.

Prov. 17. 20. in utraque maſora ad בִּלְשׁוֹנוֹ pro ו׳ *ſex*, repoſuimus ז׳ *ſeptem*: vide notata ad Jud. 7.

Prov. 18. 5. in maſora magna ad בַּמִּשְׁפָּט deeſt locus unus, qui addendus ex Prov. 1. v. 17. Vide notata ad Levit. 19. 34.

Prov 20. 26. in maſora parva ad וַיָּשֶׁב erat notatum, כ״א *viginti unum ſunt*. Subſtituimus pro eo כ״ה *viginti quinq.*, juxta maſoram finalem, ubi loca adducuntur. Sic Gen. 14. 16. & 20. 14 Jud. 17. 3. & alibi.

Prov. 24 v. 16. in maſora parva ad וּרְשָׁעִים pro ו׳ *ſex*, reſtituimus ז׳ *ſeptem*, ex maſora Prov. 2. ubi loca afferuntur.

Prov. 26. v. 12. in maſora magna ad רָאִיתָ erat notatum, ה׳ *Quinq. ſunt defectiva in Hagiographis*. Repoſuimus pro eo, *Quatuor ſunt defectiva & unum plenum*. Vide notata ad Pſalmum 31. 8.

Prov. 30 verſ. 15. in maſora parva ad הַב pro ג׳ *Tria*, reponendum ב׳ *duo*: nunquam enim ſæpiùs reperitur, quàm hîc geminatum. Verſ. 16. in maſora magna ad מַיִם, unus locus pravus eſt, qui corrigendus ut & alia in hac maſora, ut Pſalm. 66. ubi vide quæ notavimus.

Digitized by Google

Verſ. 19. in maſora parva ad בְּלֶב־יָם pro ד׳, *quatuor*, reſtituendum ג׳ *tria*, juxta maſoram parvam Prov. 23. v. 34. & Jud. 15. 8. In maſora magna locus ותבכר מאד ב לב ים, falſus eſt, & expungendus. Verſ. 22. in utraq; maſora erat notatum, quatuor iſtius locutionis plena eſſe: adducta autem erant loca quinque. Pro ד׳ *quatuor*, repoſuimus ג׳ *Tria*, juxta maſoram finalem. Ex locis adductis, duos expunximus, unum ex 1. Reg. 1. 5, in quo אֶמְלֹךְ defectivè ſcribitur, alterum ex verſu 18. ejusdem capitis, in quo nullum vocabulum hujus locutionis extat.

Prov. 31. v. 21. maſora ad לֹא תִירָא interdum tradit ח׳ *octo* eſſe, interdum ו׳ *ſex*, quando octo tradit, tunc includit duo וְלֹא תִירָא: vide notata ad Ezech. 3. 9.

In Jobum.

Job. 1. 1. in maſora magna ad וְהָיָה הָאִישׁ הַהוּא notatur: *Duo ſunt ſic conjuncta*. Primus locus obſcurè indicatus erat per vocem כְּעָרִים, quæ legitur Jer. 20. 16. Alter locus erat גָּדוֹל מִכָּל בְּנֵי קֶדֶם, qui eſt verſus tertius hujus capitis Jobi, in quo legitur וַיְהִי הָאִישׁ הַהוּא, ideoque falſus. In ejus locum ſubſtituimus verba verſus primi. Ver. 7. in maſora magna ad תָּבֹא pro י״ו *ſedecim*, repoſuimus י״ז *ſeptendecim*, juxta maſoram Job. 2. 2, ubi ſeptendecim loca afferuntur, & ſic quoque Levit. 12. ad verſum 4, quibus conſentit maſora finalis in בא. Vide notata ad Levit. 12. Verſ. 17. in maſora parva ad וַיִּקָּחוּם pro ג׳ *Tria*, ſubſtituimus ב׳ *duo*, juxta maſoram magnam hîc, quæ duo tantùm affert, hoc alterum ex Joſuæ 7. 23. Hæc autem maſora impertinenter erat poſita in pagina ſequenti, quam huc ad ſuum textum reduximus.

Job. 2. 2. in utraque maſora ad תָּבֹא pro י״ו repoſuimus י״ז, ut capite præcedenti. Verſ. 12. in maſora parva וַיִּשְׂאוּ קוֹלָם pro ג׳ *Tria*, repoſuimus ד׳ *quatuor*, juxta

maſoram

maſorã magnam hîc, & Jud. 21. ubi tot loca afferuntur.

Job. 3. 8. in maſora parva ad יִקְּבֻהוּ pro 'ב *duo*, reſtituimus 'ג *Tria*, juxta maſoram magnam hîc, quæ tria adducit. Alia duo ſunt Pro. 11. 26. & 24. 24. Verſ. 24. in maſora parva ad תָּבֹא pro ו"י repoſuimus ז"י, ut cap. 1.

Job. 4. 3. in Maſora parva ad יְקִימוּן mendosè erat וק' מלרע pro quo ſubſtituimus ול' מִלְּרַע, juxta maſoram magnam hîc. Verſ. 12. in maſora parva ad וַאֵלַי pro ג"י *Tredecim*, poſuimus ג *Tria*, juxta maſoram magnam hîc, in qua tria adducuntur. Ibidem in maſora parva ad שֵׁמֶץ pro 'ג *tria*, reponendum 'ב *duo*, quæ afferuntur infrà cap. 26. 14. Verſ. 19. in maſora parva ad עָשׁ pro 'ד *quatuor*, ſubſtituimus 'ה *quinque*, juxta maſoram magnam hîc, quæ quinque adducit.

Job. 5. 9. in maſ. parva ad וְאֵין pro 'ג *tria*, reponendum 'ו *ſex*, juxta maſoram Jud. 18, ubi ſex afferuntur.

Job. 7. 14. in maſora parva ad תְּבַעֲתַנִּי erat ל *Non reperitur amplius*. Reſtituimus pro eo 'ג *tria*, ex maſora Job. 9. 34. Tertium extat Job. 13. 21. Verſ. 17. in maſ. parva ad לְעֹלָם traditur, א"י *Undecim ſunt defectiva*: reponendum pro eo ח"י *octodecim*. Vide notata ad Pſal. 75. 10.

[Jobi 9. 13. ſcribitur ad רהב duodecies ſcribi cum ה in medio (ut diſcernantur à רחב.) Loca autem videntur adduci tredecim. In illis autem notandum, שערך כעדר & שהם הרהיבוני, quæ ut duo loca diſtinguuntur, unum & eundem eſſe locum, Cantic. 6. 4. ubi ſic legitur: שהם הרהיבוני שערך כעדר. Itaque vel ſic ſcribendus iſte locus, & verba illa, שערך עדר cum præcedentibus ordine debito, ſine diſtinctione, ſunt conjungenda, vel tollenda.]

Job. 19. 4. in maſora parva ad וְאַף traditum erat, ו"ר"פ *Sex ſunt initium verſus*. Reſtituimus pro eo 'ט *novem*, jux-

ta, maſoram magnam hîc & infrà cap. 36, ubi tota loca adducuntur.

Job. 21. 22. in maſora magna ad מַה חֶפְצוֹ in Venetis traditur: *Eſt unum ex ſeptem* מה *cum kametz ante* ח״ע, i.e. ante voces à 'ח vel 'ע incipientes. Hoc ſimpliciter intellectû, falſum eſt. Vera eſt maſora finalis in מה, & textualis Gen. 31. quæ tradunt, Quinque eſſe cum Kametz ante ח״ע: & ante 'ח duo cum Patach, quod poſtremum nos hoc loco tantùm expresſimus, & duo illa מַה ante 'ח propoſuimus. Alterum eſt מַה חַטָּאתִי, Geneſ. 31. 36. Quinque cum kametz, extant Gen. 31. ad ver. 32.

Job. 24. 15. in maſora parva ad וְעַיִן pro 'ח *octo*, reſtituimus 'ט *novem*, ex maſora magna hîc & Eſræ 5. 5. Loca autem hîc in Jobo recenſentur duntaxat octo, ubi deficientem addidimus ex maſora in Eſra, ubi plenè adducuntur.

Job. 26. 5. in maſora magna ad יחוללו הרפאים expunximus vocem הרפאים, quæ ſuperflua fuit: maſora enim duntaxat vocem יחוללו notat. Deinde in editione prima mendosè legitur והוא חד מלין pro וְהוּא חַד מִן מִלִּין. Verſ. 14. in maſora parva ad שֶׁמֶץ pro 'ג *tria*, reſtituimus 'ב *duo*, nam duo loco duntaxat adducuntur, nec plura ſunt, alterum extat Job. 4, 12.

Job. 28. 22. in maſora parva ad בְּאָזְנֵינוּ pro 'ז *ſeptem*, ſubſtituimus 'ו *ſex*, juxta maſoram finalem, in qua ſex loca afferuntur, nec ullibi ſæpiùs maſora hujus vocis recordatur.

Job. 29. 13. in maſora parva ad תָּבֹא pro י״ו repoſuimus ד״י, ut ſuprà cap. 1. Verſ. 16. in maſora parva ad יָרֹב pro 'ה *quinque* reſtituimus 'ו *ſex*, juxta maſoram Exod. 23. & Pſal. 119. in lit. ר.

Job. 30. 7. in maſora magna ad שִׂיחִים pro חדנסיב שוחר reſtituimus חד נסיב ש׳יחר. Inquit enim maſora: Semel legitur שִׂיחִים, & ſemel השיחים, ſuntque unum ex quinque

quinque paribus vocum, quarum una habet ab initio ש, altera חש, Verſ. 30. in maſora magna ad חָרֵב loca pravè fuerunt diſtincta, quod emendavimus.

Job. 32. 10. maſora magna ad כ״ע bis erat ſuperfluè poſita, ubi unam expunximus.

Job. 34. 8. in maſora parva ad רֶשַׁע pro י״ו *ſedecim*, reponendum י״ז *ſeptendecim*: vide notata ad Jeſa. 58. 4. Ver. 35. in maſora magna ad וּדְבָרָיו pro quinque locis, erant duntaxat allata quatuor, ubi deficientem reſtituimus ex maſora Deut. 4. 36.

Job. 36. 10. in maſora utraque ad אָזְנָם pro ח׳ *octo*, reponendum ט׳ *novem*. Maſora parva in Venetis mendoſiùs habet י״א *undecim*. Loca fuerunt mendoſè & confuſè propoſita. Primus locus in Venetis legitur, את בני אהרן ויקרא, pro ויק״ב: verſus decimusquintus hujus capitis Jobi, pravè erat in duos locos diſtinctus: numerus denique erat defectus. In noſtra editione quoque ſunt quædam emendanda. Poſt tertium locum, legendum וחברו דבשרירות, quo intelligitur locus Jer. 11. 8, quem vox שרירות quæ ibidem legitur, diſtinguit à ſimili loco Jer. 7. 24. Poſt שרירות ponenda diſtinctio. Quartus locus legendus ולא שמעו ולא הטו expunctis literis ר״ב. Cæterùm novem loca extant Levit. 8. 24. Jer. 6. 10. & 7. 24, cujus ſocius vel ſimilis locus per שרירות à præcedenti diſtinctus, extat cap. 11. 8. Jer. 7. 26. cujus ſocius per לבלתי שמוע à præcedenti diſtinctus, extat cap. 17. 23. Jer. 34. 14. Job. 36. verſ. 10. & 15.

Job. 40. 18. in maſora parva ad פִּיהוּ mendoſè erat כ״כ pro כ״ב *vigintiduo*, de quibus in principio Cantici canticorum.

Job. 42. 12. in maſora parva, ad בֵּרַךְ pro ב׳ *duo*, reſtituimus י״ב *duodecim*, ex maſora magna hîc, quæ affert loca duodecim.

IN CAN-

IN CANTICUM.

In veſtibulo interiori, circa vocem majuſculam שִׁיר traditur maſ. de פִּיהוּ, quæ legitur cap. 1. verſ. 2: ibi pro כ״ג *viginti tria*, reſtituimus כ״ב *vigintiduo*, ut habet hîc maſ. parva, & Thren. 3. 29. & aliâs ſæpè. Loca adducuntur viginti tria, unde factum, ut maſ. quandoque ponat כ״ג viginti tria eſſe. At ſecundus, זכרו נפלאותיו falſus eſt, ex Pſal. 105. 5. adductus, in quo non פִּיהוּ ſed פִּיו legitur. Manent ergo viginti duo.

IN RUTH.

Ruth. 1. 4. in maſora parva ad מֹאֲבִיּוֹת pro ד׳ *quatuor*, reponendum ה׳ *quinque*, juxta maſoram Deut. 2. 11. & maſoram finalem. Verſ. 16. in maſora magna ad עַמֵּךְ, pro quinque locis adducta erant tantùm quatuor, & omiſſus locus hujus textus, quem addidimus.

Ruth. 3. 12. inter octo voces, quæ ſcribuntur in textu, & non leguntur, adducitur הַנֶּפֶשׁ, ex Jerem. 38. 16. Pro eo ponendum videtur את אשר quod maſora parva ibi notat eſſe unum ex illis.

IN THRENOS.

Thren. 3. 2. in maſora parva ad אֹתִי notatum erat, ל׳ *Triginta ſunt plena*: reſtituimus pro eo כ״ו *vigintiſex*, ex maſora finali in את.

In fine hujus libelli omiſſa eſt à librariis ſumma verſuum, item medietas libri ſive medius verſus, qui tamen in medio libri à maſorethis notatus eſt; unde liquet defectum iſtum in fine libri non eſſe à maſorethis. Addi autem poſſit, ut ſic in hac parte totius maſoræ conformitas, in hunc vel ſimilem modum:

סכום פסוקי דאיכה מאה וחמשים וארבעה ק'נד סימן וחציו לדכא תחת רגליו:

IN ECCLE-

IN ECCLESIASTEN.

Eccleſ. 2. 16. in maſora magna ad יוֹתֵר notatum erat: *Omnia ſunt plena exceptis* ו *ſex defectivis*: Pro ו *ſex*, reſtituimus ז *ſeptem*, juxta maſoram magnam hîc & infrà cap. 7.

Eccl. 3. 20. Notæ duæ maſorethicæ ad אֶל מָקוֹם אֶחָד tranſpoſitæ ſunt. Ad אל מקום pertinet ט *novem*, & ad tres iſtas voces conjunctim, pertinet ג *tria*, ut liquet ex maſora finali in ordine קם. Verſ. 22. in maſ. magna in locorum recenſione, in penultimo loco mendosè erat הָאֲדָמָה pro הַמַּרְאָה. Locus extat Dan. 10. 7.

Eccleſ. 6. 10. maſora ad לָדִין impertinenter erat poſita in pag. præced.

Eccleſ. 8. 8. in maſ. parva ad רֶשַׁע pro יו *ſedecim*, repoſuimus יז *ſeptendecim*: vide notata ad Jeſa. 58. 4.

Eccleſ. 9. 6. in maſora parva ad גַּם pro יא *undecim*, repoſuimus יב *duodecim*, juxta maſoram magnam hîc & Jerem. 12. ubi loca afferuntur.

Eccleſ. 12. 13. in maſora parva ad אֶת הָאֱלֹהִים יְרָא erat notatum: י *Decem ſunt hujus locutionis.* Pro י *decem*, reſtituimus ז *ſeptem*, ex maſora Gen. 42. 18, ubi loca adducuntur.

IN ESTHER.

Eſth. 2. 6. in maſora parva ad הגלה ſimpliciter ponendum ד׳ חס בלש׳ *Quatuor ſunt defectiva in hac locutione*, juxta maſoram magnam hic, & Nah. 3. 10, ubi loca adducuntur.

Eſth. 4. 8. in maſora magna ad וּלְצַוּוֹת traditum erat: *Eſt una ex* יב *duodecim vocibus in quibus continuò ſcribuntur duo Vau.* Pro יב *duodecim* poſuimus יג *tredecim*, quia tot voces ſpeciales hîc afferuntur. Sic quoque tradit maſora Exod. 39. 4.

Digitized by Google

Eſth. 5. 1. in maſora magna ad בְּבֵית הַמַּלְכוּת traditur: Eſt unum ex quinque paribus, ubi in uno eſt בֵּית, in altero בְּבֵית. In horum parium recenſione deerat unum par, nempe בֵּית רָשָׁע, quod addidimus ex Mich. 6. 10.

Ver. 14. in maſora parva ad וַיִּתְלוּ erat notatum, ל׳ *Non reperitur amplius, unum eſt* ויתלו. Hîc pro וְחַד *& unum eſt*, repoſuimus וב׳ *& duo ſunt*, ויתלו, nempe 2. Sam. 4. 12. & Eſth. 7. 10.

Eſth. 6. 2. in utraque maſora ad וימצא pro ז׳ *ſeptem*, reſtituimus ו׳ *ſex*, juxta maſoram Gen. 44. Eſræ 10. & maſoram finalem.

Eſth. 7. 1. in maſora magna ad אֶסְתֵּר הַמַּלְכָּה in locorum recenſione deerat unus, quem addidimus.

[Eſth. 9. 23. in maſora magna ad החלו pro ו reſtituendum ז. Septimus locus extat 2. Chron. 20. 22.]

In fine hujus libri numerus verſuum libri totius ponitur 166, quorum ſymbolum adulterinum datum fuerat קס״ו, quod emendavimus in קסו.

In Danielem.

Dan. 1. 9, in maſora parva ad וַיִּתֵּן הָאֱלֹהִים erat notatum, ד׳ *quatuor ſunt hujus locutionis.* Pro ד׳ *quatuor*, repoſuimus ז׳ *ſeptem*, tot enim loca hîc afferuntur. Sic in maſora magna Geneſ. 27. 28.

Daniel. 2. 12, in maſora magna ad חַכִּימֵי traditur: *Viginti octo voces in libro hoc ſcriptæ ſunt cum* י *in fine.* Id per ſe falſum eſt, ideoque addidimus, *Cum Tzere in fine dictionis.* Sic traditur quoque infrà cap. 7, & in maſora finali. In vocum recenſione deeſt una, quæ quærenda aliâs. [v. 31. ad יַתִּיר notat Maſora parva, *Bis plenum reperiri.* Alter locus eſt, Joſ. 15, 48, uti habetur ex Maſora manuſcripta. Loci poſſent addi, quia in Joſua eſt nomen proprium, unde non facile eſt eum reperire.]

Dan. 3.

Dan. 3. 27, in maſora parva ad וְרֵיחַ pro ד׳ *quatuor*, reſtituimus ה׳ *quinque*, ex maſora magna hîc, quæ quinque loca adducit. Sic maſora parva tradit Cant. 4. 11. & 7. 9.

Daniel. 4. 25, in maſora parva ad כֹּלָּא deerat Nota Maſorethica, quam appoſuimus ג׳ *tria*, ex maſora magna hîc. Ibid. ad נְבוּכַדְנֶצַּר pro ה׳ *quinque*, repoſuimus ב׳ *duo*, ex maſora magna. Verſ. 32, in maſora magna ad מָה traditur: *Eſt unum ex ſeptem cum Kametz ante* ח״ע. Hoc falſum eſt: Vide ſuprà ad Job. 21.

[Dan. 5. 11. In Maſora magna recenſentur ח׳ octo loca, in quibus litera בגד כפת ab initió eſt dageſſata, ſine cauſa. Sic etiam notatur Exo. 15. 1. in maſora parva, & v. 11. 16. ubi vide Maſoram, in qua dicitur, in quibusdam libris eſſe Peſik inter iſtas duas voces. Atque ſic omnes locos ab initio fuiſſe, credibile eſt, cùm poſt Peſik adhibeatur Dages illud. Reliqua loca ſunt Jer. 20. 9. Jeſa. 54. 12. Dan. 5. 11. ubi etiam Maſora notat ח׳ Octo, & Dan. 3. 2. Hæc ſunt ſeptem: octavus interjectus eſt, ex Pſal. 35. 10. מי כמוך באלים, qui in omnibus noſtris libris ſcribitur ſine Dages, unde videtur falſus. Quod ex R. Jehudah ben Bileam, in libro de Accentibus confirmatur, qui notat eſſe duntaxat ſeptem, & iſtum ex Pſalmo non recenſet. Idem R. Jehudah iſtis locis ſubjicit: ואין אדם יכול להשיב עליהן שכך הן מקובלין *Et nullus poteſt contra illa excipere: quia ſic per Traditionem ea ſunt accepta.*]

Dan. 6. 7, in maſora magna ad אִדַּיִן unus locus erat in duos diſtinctus, unde numerus fuit turbatus, quod emendavimus.

Daniel. 7. 25, in maſora magna ad וּלְקַדִּישֵׁי in vocum recenſione deerat una, quam reſtituimus ex maſora capitis ſecundi: Vide etiam, quæ ibi notata ſunt.

Dan. 8. v. 20, in maſora parva ad רָאִיתָ pro ח׳ *quinque*

notavimus ד' *quatuor:* vide Notas ad Proverb. *26.* v. 12.

Dan. 11. *16*, ad ויעש in maſ. parva mendoſè erat notatum ג'ר"פ *tria ſunt initium verſus.* Hoc falſiſſimum eſt: [v. 18. in maſ. mag. ad וישם poſt כן כתיב ponenda diſtinctio, ſequitur enim novus locus, & pro לפני leg. לפניו.] reſtituimus pro eo ג' רָפִי *tria lenia*, id eſt, cum Scheva ſub Vau, ut eſt in maſora magna. Verſ. 32, in maſora parva ad יַחֲזִקוּ erat notatum, ג'חס *tria ſunt defectiva* ſcilicet cum י' in medio, pro quo ſubſtituimus ו' *ſex*, ut habet maſora magna hîc & parva, verſ. *6.* hujus capitis, ſcil. בְּלִשְׁנָא in locutione hujus verbi in conjugatione Hiphil, non de voce ſimpliciter accepta, quæ hoc tantum loco ſic legitur, & bis וַיַּחֲזִקוּ, 2. Sam. 2. 16, & 1. Reg. *9. 9*, & bis הֶחֱזִקַתְנִי Jere. *6.* 24, & 8. 21, & ſemel מַחֲזִקָהּ Dan. 11. *6*, quæ omnia hîc adducuntur. Verſ. *36*, in maſora magna ad נֶעֱשָׂתָה deerat locus unus, quem addidimus ex maſora Malach. 2, ubi loca plenè recenſentur.

IN ESDRAM.

Eſdr. *6.* 13. in maſora parva ad אֱדַיִן traditum erat י"א בטעם *Undecim ſunt cum iſto accentu.* Pro י"א reſtituimus ט' *novem*, juxta maſoram magnam hîc & Dan. *6. 6*, ubi loca adducuntur. Verſ. 21, in maſora magna ad לִדְרֹשׁ erat notatum: ו' *Sex ſunt defectiva.* Pro ו' *ſex* reſtituimus ז' *ſeptem*, quæ loca hîc recenſentur. Sic. 2. Par. 31. 21. & 32. 31. maſora parva tradit ſeptem eſſe.

Eſdræ 8. 2. in maſora magna ad גֵּרְשֹׁם erat notatum: *Quater extat defectivè & ſemel plenè*, nempe cũ ו' ſub Cholem. Pro eo ſimpliciter poſuimus ד' וחס' *Quatuor ſunt, & defectiva*, juxta maſoram parvam hîc, & Exo. 2. 21, ubi loca etiam afferuntur, & Exo. 18. 3. Quartum defectivum extat Jud. 18. 30. Ver. 25. in maſora magna ad וָאֶשְׁקֳלָה in locorum recenſione unus locus bis erat adductus

ductus diverſis verbis, unde numerus videbatur abundantior : unum ergo membrum expunximus, & pro 'ה *quinque*, repoſuimus 'ד *quatuor*, quibus alia duo ſubjiciuntur, quæ in quibusdam libris maſoræ recenſentur ut plena, in quibusdam non. Maſora parva ea agnoſcit pro plenis, unde ponit 'ו *ſex*, eſſe plena. Vide etiam notata ad Ezech. 4. 10.

Eſdr. 10. 18. in maſora parva ad וַיִּמָּצֵא pro 'ז *ſeptem*, repoſuimus 'ו *ſex*, juxta maſoram Eſth. 6. ubi vide quæ notavimus. Ver. 30. maſora parva ad וּבְנוּ pro 'ה *quinque*, reponendum 'ו *ſex*, juxta maſoram finalem, in qua ſex afferuntur.

IN NEHEMIAM.

Nehem. 1. 6. traditur : *ſeptendecim verſus ſunt, in quibus eſt* אֶל עַל עַל. Pro י"ז reponendum י"ט *novendecim*, juxta maſoram Exo. 40. 20, ubi loca afferuntur. Vide ibi Notas noſtras.

Neh. 3. 8. in maſora parva ad עַל יָדוֹ pro 'ב *Duo* repoſuimus 'ג *tria*, ut tradit maſora ver. 17: tertium extat, ver. 19. Verſ. 24. in maſora parva ad עַד tradit: י"ו *Sedecim verſus ſunt, in quibus eſt*, עַד וְעַד. Pro י"ו reponendum י"ז *ſeptendecim:* Vide notata ad 1. Reg. 18. 45.

Neh. 5. 2. in maſora magna ad וְיֵשׁ traditur : *Sex ſunt initium verſus.* Loca adducta erant duntaxat quinque, ubi deficientem addidimus ex maſora Num 9. 20. Ver. 18. in maſora parva ad לְהַרְבֵּה erat ל̇ *Non reperitur ampliùs.* Notavimus pro eo 'ג *Tria*, juxta maſoram magnam hîc, in qua tria loca afferuntur.

Nehem. 6. 5. in maſora magna ad פְּתוּחָה erat notatum 'ה *Quinque ſunt*, & afferuntur tantùm exempla tria : unde pro 'ה repoſuimus 'ג *tria.* Sic Ezech. 21. 33, ubi loca quoque afferuntur.

Digitized by Google

Nehem. 7. 2. in maſora parva ad וַיִּרָא אֶת הָאֱלֹהִים erat notatum: י' *Decem ſunt hujus locutionis*: pro י' repoſuimus ז' *ſeptem*, ut ſuprà Ecclef. 12. ubi vide. Ver. 3. in textu ſcribitur וַיֹּאמַר cum circulo ſupernè, qui denotat diverſitatem lectionis. In margine autem Nota diverſæ lectionis deerat, quam addidimus. Nam legendum וָאֹמַר. Quinque autem talia ſunt, quæ ſcribuntur ויאמר, & leguntur וָאֹמַר, quæ traduntur infrà cap. 5. Ibid. in maſora parva ad עַד pro י"ו *ſedecim*, reponendum י"ז, ut paulò antè cap. 3.

Neh. 9. 11. in maſora magna ad וְהַיָּם deerat locus unus, quem adjecimus ex maſora 1. Reg. 7.

Neh. 11. 9. in maſora magna ad הַסְּנוּאָה in locorum recenſione unus locus fuit omiſſus, quem addidimus ex 1. Par. 9. 6. Ver. 14. in maſora magna ad הַגְּדוֹלִים poſtremus locus mendosè fuit duplicatus, unde in unius locum ſubſtituimus alium, ex Neh. 12. 43. Sic plenè traditur maſora Jerem. 25.

Nehem. 12. 8. in maſora parva ad בִּנּוּי pro י' *decem*, repoſuimus ו' *ſex*, ex maſora finali, ubi ſex afferuntur. Ver. 41. in maſora parva ad מִיכָיָה pro ה' *quinque*, reſtituimus ג' *tria*, juxta maſoram parvam hic verſ. 35. & 2. Reg 22. 12. Loca quinque afferuntur, ex quibus duos expunximus, unum planè falſum ex 1. Reg. 15. 2. adductum, alterum alienum ex 2. Par. 17. 7, ubi legitur וְלְמִיכָיָהוּ quod maſ. ibi notat, non ampliùs reperiri.

IN LIBRVM I. PARAL.

1. Par. 1. ad ver. 24. in maſora parva notatur: ב' *Duo ſunt, in quorum diſtinctionibus ſingulis eſt* ש. Pro ב' reponendum ד' *quatuor*, juxta maſoram Cant. 1. 1. Vide Caſtigationes noſtras ad Num. 26. 24.

1. Par. 2. 1. in maſora parva ad אֵלֶּה notatur: *Decies eſt initium verſus in hoc libro, uſque ad* וְדָוִד זָקֵן: iſta verba

extant

Digitized by Google

extant cap. 23. 1. Maſora magna hîc manca fuit, unâ lineâ vel excudendo, vel in deſcribendo aliquando omiſsâ. Nos ergo eam hîc ſupplevimus, ponendo primum maſoram ipſam, deinde addendo reliqua loca.

1. Par. 5. 25. in maſ. parva ad אֲבֹתֵיהֶם pro 'ו *ſex*, ſubſtituimus 'ט *novem*, juxta maſ. magnam finalem, quæ tot loca adducit. Sic tradit maſora 2. Par. 20. 33. Vide Notas noſtras in maſoram finalem, ad fol. 2. col. 8.

1. Par. 6. 32. in maſora magna ad כְּמִשְׁפָּטָם defuit locus unus, quem addidimus ex 2. Par. 4. 7. Verſ. 56. in maſora magna ad וְאֶת שָׂדֵה mendosè erat ex hoc ipſo verſu citatum, מִגְרָשֶׁיהָ pro חֲצֵרֶיהָ.

1. Par. 8. 28. in maſora parva ad רָאשֵׁי אָבוֹת pro 'ז *ſeptem*, repoſuimus 'ו *ſex*, ut maſora parva notat ad verſum 10. hujus capitis. Vide maſoram finalem in רא, & quæ ibi notamus ad fol. 55. col. 5.

1. Par. 9. 9. in maſora parva ad רָאשֵׁי אָבוֹת pro 'ז *ſeptem*, reponendum 'ו *ſex*, ut capite præcedenti quoque notavimus.

1. Par. 10. 2. in maſora magna traditur, *Septies ſic in Scriptura legi*. In fine hujus maſoræ adjectum erat, In Eſra quoque ſemper eſſe יוֹנָתָן exceptis 'ב duobus. Pro 'ב hîc repoſuimus 'א. Nam ſemel tantùm in toto Eſra legitur יְהוֹנָתָן.

1. Par. 12. 4. in maſora parva ad וְיִרְמְיָה pro 'ד *quatuor*, reſtituimus 'ב *duo*, ex maſora magna hîc, ubi duo tantùm loca afferuntur.

1. Par. 13. 12. in maſora parva ad וַיִּרָא אֶת הָאֱלֹהִים notatur, 'ו *Sexies* hanc locutionem legi; pro 'ו repoſuimus 'ז *ſeptem*, vide ſuprà ad Eccleſ. 12.

1. Par. 16. 35. in maſora magna ad וְאִמְרוּ in locorum recenſione deeſt locus unus, ſiquidem ſex eſſe debent juxta maſoram, quæ ſic tradit hîc & Jer. 4. 5.

1. Par. 17. 1. in maſora magna ad אָנֹכִי יוֹשֵׁב loca erant confusè

confuſè & mendoſè adducta, quod emendavimus. Ver. 20. in maſora parva ad אֵין pro 'י *decem*, reponendum 'ט *novem*: vide notata ad Exo. 32. 18.

1. Par. 18. 10. in maſora parva ad נִלְחַם mendoſè erat 'ב *duo*: repoſuimus pro eo י"ב *duodecim*, juxta maſoram Jud. 9. ubi tot loca afferuntur. At hic locus inter iſta duodecim non recenſetur: erunt ergo tredecim.

1. Par. 21. 1. in maſ. magna ad וַיַּעֲמֹד loca malè erant diſtincta, quod numerum ipſorum turbabat. Ver. 30. in maſora magna ad לִדְרֹשׁ loca confuſè & mendoſè propoſita, correximus ex maſora Eſræ 6.

1. Par. 25. in maſora magna ad יוֹסֵף traditum erat: 'ח *Octo ſunt nomen proprium hominis*. Pro 'ח repoſuimus 'ט *novem*, ut habet hîc maſora parva, & quot loca hîc adducuntur.

1. Paral. 26. 27, in maſora magna ad מִן traditur: *Liber Chronicorum, Daniel & Eſra ab initio verſus ſemper habent* ומן *præter decem*. Hîc declarandi causâ adjecimus מִן, nempe præter decem מן ſine copula ו. Horum octo ſunt in hoc libro, ut tradit hîc maſora parva. Verſ. 31, in maſora parva ad וַיִּמָּצֵא pro 'ז *ſeptem*, reſtituimus 'ו *ſex*: Vide ſupra ad Eſth. 6.

